PREMISLIA SACRA, SIVE

SERIES ET GESTA

EPISCOPORUM

r. l.

PREMISLIENSIUM.

E FONTIBUS DOMESTICIS ET EXTRANEIS CONGESSIT

FRANCISCUS PAWŁOWSKI

Scholasticus cathedr. Premisl.

CRACOVIAE

apud **Vlad. Jaworski.**

1 8 7 0.

BERKELEY, CALIFORNIA

PREMISLIA SACRA, SIVE

SERIES ET GESTA
EPISCOPORUM

r. l.

PREMISLIENSIUM.

E FONTIBUS DOMESTICIS ET EXTRANEIS CONGESSIT

FRANCISCUS PAWŁOWSKI
Scholasticus cathedr. Premisl.

CRACOVIAE
apud Vlad. Jaworski
1 8 6 9.

BX
4690
P7
P38
1869

Dulce est, inter majorum versari commercia, et veterum dicta, factaque complecti memoria, atque operum praestantibus actionibus inhaerere.

Joann. Dlugoss.

in Eplta dedicat ad Sbigneum Card. Olesnicium Eppum Cracov.

3503.58
P289

LECTORI BENEVOLO.

Si nescire, quid, priusquam natus sis, acciderit, Cicerone judice idem est, ac semper esse puerum, sacerdotem historiam ecclesiae et dioecesis suae ignorare omnino turpe foret et ignominiosum. Haec sine dubio mens erat viris cruditis, qui in Polonia notitias historicas jam universam patriae ecclesiam, jam singulas dioeceses earumque praesules attinentes, tanto studio et labore collegerunt, operibusque suis litterariis ad posteros transmiserunt.

Historiam generalem ecclesiae Polonae patrio sermone sub titulo: „Dzieje i prawa kościoła polskiego“ edidit Theod. Ostrowski, e schol. piis, Varsaviae 1793 3 tom. 8, quod opus nuper Posnaniae anno 1846 reimpressum est. E Protestantibus vero Christ. Georg. Friese scripsit opus: Kirchengeschichte des Königreichs Polen. Breslau 1786. 3 t. 8. Utroque opere tamen aliquid in hoc genere perfectius desideratur.

Longe plures vitas episcoporum scripserunt, in quibus sequentes notamus.

Seriem Archiepiscoporum Gnesnensium contexuit Steph. Damalewicz, Vladisl. ac Crusvicien. Canonicus, Varsaviae 1649. 4to Idem paulo antea edidit vitas episcoporum Vladislaviensium, Cracoviae 1642. 4to Nostris diebus

3 Nov. 1925
18476

Michael Bohusz Szyszko vitas Archiepiscoporum Gnesn. a Wilibaldo usque ad Andream Olszowski ex inedito MS^to^ quondam Stanisl. Bużeński, Decani Warmien. († 1676) e latino in patrium sermonem transtulit, notitias vero de fundatione Archiepiscopatus et de undecim posterioribus Archieppis usque ad obitum Michaelis Poniatowski adjecit Nicol. Malinowski. Opus prodiit Vilnae 1852.

Vitas Archiepiscoporum Haliciensium et Leopol. (a Christino usque ad Andr. Próchnicki incl.) edidit Jacobus Skrobiszowski, Canonic. Metrop. Leop. Continuatio hujus operis in MS° relicta est a Thoma Józefowicz, Can. Metr. Leop.

Vitas Episcoporum Cracov. in lucem emisit Simon Starowolski, Can. Crac. Cracoviae 1655 fol. min. Recenter vero idiomate vernaculo comparuit luculentum opus Ludov. Łętowski, Eppi Joppensis, Decani cathedr. Cracov. s. t. „Katalog Biskupów, Prałatów, i Kanoników krak.“ tom. 4 Crac. 1852 sq. 8°.

Vitas Episcoporum Posnan. per Joan. Longinum scriptas cum supplementis edidit Thom. Treter, Can. Warmien. Brunsbergae 1604. 4°.

Episcoporum Płocensium vitas debemus Stanisl° Łubieński, episcopo et ipsi Płoc., editas Crac. 1642. 4o.

Warmiensium episcoporum historiam scripsit supradictus Thom. Treter, cujus opus posthumum prodiit Cracoviae 1637 fol.

Mich. Piechowski, Can. Chelm. edidit opus: „Cornucopiae infulae Chelmensis“. Zamoscii 1617 fol.

Kijoviensium antistitum gesta praeter Simon. Okolski (Leopoli 1646) scripsit Chr. G. Friese, commemoratus a Janocio in Excerptis litteraturae Polonae p. 133. (Opus Friesei comparuit Varsaviae 1763 fol.).

Omnium Praesulum Poloniae vitas complexus est P. Franc. Rzepnicki S. J. Posnaniae 1761 seq. 3 t. 8°.

At nostra Premisl. dioecesis (quod non sine verecundia scribo) una e paucis fuit, in qua studium hujusmodi diu neglectum jacuit, quamvis minime defuerint, qui futuro rerum nostrarum historiographo viam sternere, ac materialia praeparare laudabili zelo allaboraverint. In his imprimis commemorandus est Fridericus Alembek, Philos. ac Theol. Doctor, Protonotarius aplicus, ab anno 1643 Canonicus, a 1657 Cantor ecclesiae cathed. Premisl. († 1673), qui, cum auctoritate Petri Gembicki Eppi. Pr. dioecesin visitaret, librum sat voluminosum, Dlugossiano beneficiorum libro supparem, (nunc cum summo totius Dioec. detrimento deperditum) s. t. „Status ecclesiarum Dioec. Prem.“ congessit, quo origin s et praecipua fata ecclesiarum diligenter investigavit, ac dotationes accuratissime descripsit. In alio MS°. „Trzebiniana“ inscripto, singula privilegia Episcopatus et Capituli Prem. connotavit, eorumque indices accuratos confecit, in „annulo canonicali“ autem excerpta ex actis episcopalibus et capitularibus compilavit. Tandem in quarto MS^to notitias ad vitas Episcoporum Prem. (usque ad Paul Piasecki incl.) e publicis ipsorum actis, tum e probatis auctoribus: Długossio, Cromero, Nakielscio etc. congregavit, fundationes Capituli consignavit, et Catalogum personarum Capitularium, usque ad sua tempora pertingentem, construxit. Hoc ultimum opus majores nostri „Gemmam ecclesiae cathedralis“ vocarunt, quae vero recentioribus adeo viluit, ut ejus conservandae sollicitam curam gerere desierint. Extat modo in bibliotheca Ruthenorum Premisliensium, per Joann. Ławrowski, Archidiaconum cathedr. r. g. fundata.

Dolendum est, virum venerandum his veluti praeludiis praemissis, ipsi historiae Dioecesis nostrae conscribendae manum non admovisse. At meminisse oportet, eum, quando his laboribus perfunctus est, jam aetate provectum fuisse, ac postrema ipsius vitae in luctuosissima ac turbulentissima tempora incidisse, bellorum scilicet cum Cosacis et Suecis gestorum, motuumque intestinorum, quibus infelix Polonia Joanne Casimiro regnante vehementissime concussa, et tantum non funditus eversa est.

Michael Piechowski (supra qua auctor vit. episcoporum Chelm. memoratus), 1720 Custos, mox et Suffraganeus Prem. an, prout a Janockio relatum legitur, quidpiam de vitis Episcoporum Prem. MS^ti reliquerit, actis nostris prorsus silentibus decidere non ausim.

Alembekum presso pede secutus est anonymus auctor MS^ti in archivo nostro superstitis, quo vitae Episcoporum Premisl. usque ad Vencesl. Hier. Sierakowski exclusive i. e. ad ann. 1742 continentur. Hanc compilationem p. m. Franc. Xav. Zacharyasiewicz, Episcopus noster, e tenebris erutam, et vitis Episcoporum succedentium, tum supplementis, aliunde haustis, completam, A. D. 1844 Viennae typis Mechitaristicis imprimendam curavit. Liber iste, cujus titulus multa pollicetur, pauca praestat, nam, ut de numerosis typi mendis taceam, quae sensus intelligentiam admodum turbant, in notitiis de singulis Episcopis nimis est mancus et confusus, in chronologia summe perplexus, omni crisi ac pragmasi destitutus, tamque copiosis et palpabilibus erroribus refertus, ut vel aequissimae exspectationi minime respondeat.

Quum itaque desiderio meo, ex isto libello pleniorem notitiam de rebus nostratibus obtinendi, minime satisfactum esset, quae inde comperi ad privatum meum usum aliunde complere ac corrigere constitui, ad quod consi-

lium exequendum mihi 1850 in collegium Canonicorum ecclesiae cathed. Premisl. cooptato, liberoque tum ad Consistorii tum ad Capituli Archivum accessu fruenti, opportuna sese obtulit occasio.

Sic praesens lucubratiuncula sensim enata est, quam cum fratribus in vinea Domini, qui simili ac ego domesticae historiae studio et amore ducuntur, communicandam duxi, ut, dum ipsis fontes adeundi copia deest, compendium quoddam habeant, cujus adminiculo desiderium suum utcumque explere valeant.

De instituti mei ratione haec pauca accipe.

Materialia a me collecta in tres classes divisi, quarum prima notitias ecclesias Dioecesis nostrae parochiales et conventuales, altera Episcopos, tertia Capitulum attinentes continebat. Haec omnia uno opere, comprehendere meditabar. Ast postmodum mutata intentione ea, quae ad primam classem pertinent, Schematismo dioecesano inseri feci, tertiae classis collectanea peculiari MS^to^ sub titulo: „Memorabilia Capituli r. l. Premisl. [1])“ complexus sum. Itaque praesenti, quem manibus tenes, libro nonnisi classis secundae argumentum remansit, cui Prolegomena generalia de civitate et Dioecesi Premisliensi praemittenda censui.

Dum laborem hunc in lucem publicam emittere audeo, Tuam, Lector benevole, indulgentiam, non quia auctoribus id faciendi mos est, sed intimo sensu ductus, imploro, nam imperfectum meum cernunt oculi mei, ac opus impolitum, si non prorsus tineis blattisque relinquendum,

---

[1]) MS. hocce praeter succinctam historiam Capituli duplicem Praelatorum Canonicorumque consignationem, chronologicam scilicet, et alphabeticam continet, posteriori vero insunt, quotquot reperiri poterant, notitiae de singulis biographicae.

nonum saltem in annum, uti suadet poeta, aut diutius etiam premendum fuisse, ingenue agnosco. Equidem veritatem ubique candide indagavi, eamque sine ira ac studio dicere, facta historica a conjecturis discernere, chronologiam gestorum rite definire summae religioni habui. At quoad notitiarum ubertatem, pragmaticam earum connexionem, eamque, quam praesens saeculum in deliciis habet, narrandi vivacitatem et venustatem opusculum longe abest, ut emunctioris naris criticis placere queat, ut potius verendum sit, ne multis eorum tanquam sicca et jejuna, nec semper concinne disposita, fontium compilatio adpareat. Non defuit sane intentio, orbis litterarii tum commodis, tum etiam gustui serviendi, opusque, quantum ingenii mei vires sinerent, absolutum reddere optavi, attamen, ut de valetudine incommoda sileam, id commemorare sufficiat, me, aliis curis officiisque distentum, praesenti labori, quantumvis adamato, tantum paucas horas succesivas consecrare posuisse. Cum autem, uti proverbium habet, vita brevis sit, ars longa, cum porro exigua spes affulgeat, me unquam ad operis defectus abstergendos plus sive otii, sive virium nacturum esse, editionem amplius non procrastinandam existimavi. Utinam succedentia tempora eum ferant, qui non solum filum narrationis, ubi a me abruptum est, reassumat, sed et narrationem meam ad incudem revocare, perfectioremque ac limatiorem reddere non detrectet!

Latine quod scripserim apud venerab. clerum, cujus lectioni liber proxime destinatur, nulla me excusatione opus habere autumo. Laici vero eruditi ne mihi hoc rogo tanquam sermonis vernaculi despectum vitio vertant. Sum sane ex iis, qui res patrias in genere, proin et linguam gentis nostrae summi faciant, propterea tamen iis zelatoribus consentire nequeo, qui Latii linguam, quae olim

commune litteratorum totius orbis vinculum fuit, et me judice, adhuc esse deberet, e libris, qui nostra aetate scribuntur, prorsus eliminandam proscribendamque censent. Quodsi vero mihi quaedam exciderint auribus inaudita Romanis, classicae, quam vocant, elegantiae amatores et aemulatores benigne ignoscant, memores, fieri vix potuisse, quin mihi in adornando hoc libello mediae et infimae latinitatis monumenta terenti, quipiam, ut vocant, barbarismi, qui tamen in vita ecclesiastica pridem civitate donati sunt, familiares fierent. Haec data opera semper declinare, et difficile et quandoque fuisset ridiculum. Multa certe latinius scribi poterant, ni res substratas ipsis fontium verbis referre maluissem.

Caeterum nil ardentioribus votis expeto, quam ut opusculum ad majorem Dei gloriam, ad ecclesiae catholicae et Dioecesis Premisl, quae mater mea dilecta est, utilitatem cedat.

Scripsi Premisliae in festo S. Adalberti Mart. Pontif. 23 April 1869.

F. P.

MANUSCRIPTA, AD QUAE IN PRAESENTI OPERE PROVOCATUR:

1. **Trzebiniana**, sive summaria consignatio privilegiorum Episcopatus, Capituli et ecclesiae cathedr, Prem. auctore Frider. Alembek, S. T. D. Canon. Prem. 1647 fol.
2. **Annulus canonicalis**, liber continens excerpta ex actis eppalibus et capitularibus, ord. alphab. disposita, auctore eod, Frid. Alembek, 1649 in 4to.
3. **Acta episcopalia** i. e. tam episcoporum, quam officialium, ab anno 1470 et deinceps.
4. **Acta sessionum Capitularium**, ab anno 1443.
5. **Rosa**, liber transsumpta privilegiorum documentorumque continens, jussu et auctoritare Joannis Christophori in Słupow Szembek E. Pr. 1723 conscriptus. Constat 2 tom. fol., quorum prior (Rosa I) privilegia episcopatus, alter (Rosa II) Capituli privilegia comprehendit. (Nomen Rosa respectum habet ad Stemma dicti Eppi, quod inter duas rupicapras tres rosas continet).
6. **Libri privilegiorum**, constat duab. partibus in folio, Pars I continet fundationes ecclesiarum, pars II privilegia ab episcopis variis communitatibus, ecclesiis aut personis privatis in bonis eppalibus collata et per Capitulum confirmata.

7. Libri Visitationum Eppi Venc. Sierakowski an. 1744 — 1760 fol.
8. Lib. Visit. Josephi Thad. Kierski E. P. 1780 fol.
9. Statuta Capituli, fol. in pergam. e saec. 16o.
10. Statuta Capituli, revisa et reformata per Joan. Christoph. Szembek E. P. 1722 fol.
11. Liber fund. Custodiae cathedr. Prem. fol.
12. Erectio Poenitentiariatus in ecclesia cathedr. Prem. 1750 fol.

PROLEGOMENA.

§. 1. De Russia rubra et civitate Premisliensi, tum de utriusque vicissitudinibus politicis summaria relatio.

Quae hodie Galicia orientalis dicitur, eam majores nostri Russiam rubram [1]) nuncupavere, inter

---

[1]) Russia omnis in parvam et magnam distinguebatur. Haec magni ducis Moscoviae, illa regis Poloniae dominationi suberat. Magna Russia, ultra Borysthenem (Dnepr) sita, etiam nigra dicebatur, parva vero in albam et rubram dispescebatur. Russia alba constabat provinciis, M. Ducatui Lithuaniae contiguis, scilicet palatinatibus Novogrodensi, Mstislaviensi, Witepscensi et Minscensi. Russia rubra minori Poloniae erat confinis, a qua Sano et Visloco amnibus disterminabatur. In enumerandis satrapiis ad eam pertinentibus auctores sibi non constant. Mart. Cromerus, qui saeculo XVI floruit, hoc nomine duos tantum palatinatus, nimirum palatinatum Russiae, sensu strictiori sumtae, et Belzensem comprehendit. Vid. ejus opus s. t. „Polonia“ Lugduni Batav 1642 in 12o cum aliis reimpressum in officina Elzevir. fol. 41. 42. At Simon Starowolski, sequentis seculi XVII scriptor hanc appellationem etiam ad Podoliam et Volhyniam, porro ad palatinatus Braclaviensem et Kijov., nec non ad terram Chelmensem extendit. Vid. ejus „Poloniam“ Dantisci 1652 in 12o pag. 112. Major adhuc dissensio deprehenditur quoad originem nominis Russiae rubrae. Simon Okolski in opere „Russia florida“ scribit: „Rubra dicitur e triplici causa e complexione, religione et sanguine“. Ex complexione: quod

cujus municipia Premislia nostra, si incolarum numerum et opulentiam consideres, locum certe non postremum, si vero ortus antiquitatem spectes, merito primum [1]) sibi vindicat.

Joannes Długossius [2]), eam a Premislao I, Polonorum duce, octavo post Christum natum saeculo, fundatam refert, quod etsi quibusdam suspectum appa-

---

incolae essent complexionis sanguineae, item, quod multa in ea regione rubeta adessent cum granis coloris rubicundi; e religione et sanguine: quod regio illa frequentissimum theatrum bellorum fuerit, quibus plurimum sanguinis Christiani a barbaris Tartaris et Turcis ibidem sit effusum. At Naruszewicz in histor. Polon. hoc nomen longe antiquius esse ostendit, asserens, eam regionem pridem ante Turcarum et Tartarorum incursiones Chrobatiam rubram fuisse dictam, cum e contra ea pars, cujus caput Cracovia erat, Chrobatia alba vocaretur. Stanisl. Siestrzeńcewicz A Eppus Mohilev. in opere: „Recherches historiques sur l'origine des Sarmates, des Eselavons et des Slaves" Petropol 1812, tom I, pag. 141 censet, hanc nomenclaturam a populis orientalibus originem ducere, quibus color albus symbolum est libertatis, niger servitutis, ruber pulchritudinis et venustatis. Russiam ergo albam tantundem esse, ac liberam, nigram i. q. servituti (Tartaricae) subjectam, rubram i. q. venustam ac fertilem, eo quod haec Russiae pars prae caeteris situs amoenitate et soli ubertate emineret.

[1]) Una fortasse Halicia est, quae cum ipsa hoc respectu de principatu contendere posset, siquidem aliqui hujus civitatis vestigia jam apud Herodotum sibi deprehendere videntur. At haec incerta sunt, et observante Naruszewicz clariora Haliciae indicia primum ineunte saec. XII occurrunt. Leopolis longe recentioris originis est, utpote a Leone Haliciensium duce saeculo XIII sive condita, sive aucta. Vid. Naruszewicz hist. pol. tom IV, p. XXIV, tom V, fol. 168 not. *g.* tom VI, fol. 97 not. *t.* Łojko, recherches sur Halicz et Włodzimirz partie I p, 155, seq. 174.

[2]) Długos. hist. Polon. edit. Lips. columna 40: „Premislia, a Premislao fundata,.... fluvio „San subter eam decurrente". Plura de hoc Premislao vid. apud eundem auctorem libr. I col. 60. 61.

reat [1]), eam tamen saeculo decimo jam extitisse, ambigere non licet.

In confinio duarum nationum, crebris bellis mutuo sese lacessentium, posita civitas, jam Polonorum, jam Ruthenorum dominationi fasces submittebat. Quo tempore Miecislaus I Polonis imperabat, Wladimirus I, Russorum princeps, regionem nostram armis expugnatam, ditionibus suis adjunxit [2]). Verum Boleslaus I, cognomento Strenuus (Chrobry), non tantum hanc jacturam recuperavit [3]), sed etiam propitio Marte cum Russis dimicans, Poloniae fines ad Borysthenem seu Dneprum usque protulit [4]).

---

[1]) Historiam principum Poloniae, qui ante susceptam religionem christianam regnarunt, perquam obscuram, et mythis plenam esse, neminem latet. Naruszewicz narrationes de hoc Premislao, qui et Lescus I audit, fabulis accenset, et de veritate fundationis Premisliae per hunc principem dubitat. Vid. tom III. pag. XXVII. Sunt, qui censeant, Dlugossii relationem meram conjecturam esse, e nominis affinitate ductam.

[2]) Joan. Dlugoss. hist. Pol. tom I lib. 2 pag. 108 ad annum Christ. 984 scribit: „Russiae dux Wladimirus duci Poloniae „Miecislao bellum movet, quod vario marte gestum est...: Ex„pugnavit autem dux Wladimirus castra Polonorum videlicet „Przemyśl, Czerwień, et alia expugnata occupat, praesidio „militari forti imposito suae et Ruthenorum subjicit ditioni". Cui concinit Nestor Ruthenorum chronographus ad ann. mundi 6489, qui est 981 p. Ch. nat.

[3]) Nestor ad an. Christi 1018 notat Boleslaum, ab expeditione Kijov. redeuntem, castra Czerweńsk occupasse, Dlugossius Czerwieńsk pro castro habuit, at Naruszewicz observat, castrum hujus nominis nullibi extitisse, ni forte castrum Czerwonogrod malis intelligere, quod tamen in Pocutia, tunc a Peczyngis possessa, situm erat. Omnino ergo probabilis est ejusdem Narussevii conjectura, sub Czerweń intelligi debere Russiam rubram, ad cujus castra etiam Premislia pertinebat. Vid. Narusz. tom. II, lib. I, c. XXIV, not. *y*.

[4]) Vid. Dlugoss. t., I lib. II, col. 163 et Cromerum, in hist. de orig. et reb. gest. Polonor. lib. XIII, ubi haec refert. „Tres „columnas ferreas permagnas fixit in Borysthene seu Nepro, „qua Zula fluvius influit, ad memoriam victoriae sempiternam".

Sub imbelli regimine Miecislai II, cum Poloni intestinis dissidiis scinderentur, Rutheni, refectis viribus provincias, a Boleslao Strenuo expugnatas, revindicarunt, quas inter etiam terram Premisliensem fuisse, haud vana conjectura est [1]).

Casimirus I, cognomento monachus profligata anarchia, quae post fata Miecislai II. Poloniam perturbaverat, domi recti ordinis instaurator, otio ad bella cum exteris gerenda caruit, ac cum finitimis Ruthenis ducta in matrimonium principis eorum Jaroslai I. sorore, pacem amicitiamque coluit. At vero ejus filius Boleslaus II. (audax) Kijovienses armis aggressus, belloque feliciter confecto in patriam redux, castrum Premisliense, pro illius aevi conditione valide munitum, obsedisse et expugnasse legitur [2]).

Postquam hic rex ob caedem S. Stanislai, Cracoviensium antistitis, exauctoratus regnoque pulsus est, Poloni turbis domesticis distenti, Ruthenis praevalere non poterant. Tunc itaque Premislia, et terra Premislien. proprios, ruthenicae stirpis, duces habere coepit [3]), et quam-

[1]) Vide Długoss. ad ann. 1026 p. 181. „Jaroslaus atque Miecslaus Russiae duces, morte Boleslai Pol. R. audita.... fines regni Pol. invadunt, castrumque Czerwensko (vid. supr. f. 14. n. 3), et alia castra oppugnant &“.

[2]) Idem ad ann. 1071, p. 267, ubi mentio fit de arce Premisliensi, ad quam incolae urbe expugnata confugerant. Spatiosam fuisse oportet eam arcem, cum tantam populi copiam capere potuerit. Scribit porro cit. auctor, eam et natura loci et frequentibus turribus bene munitam fuisse. Rex arcis annonae et aquarum inopia ad deditionem compulsae propugnacula, obsidione laesa, instaurari fecit, atque hic integram hyemem transegit. Cf. Miechovitam lib. II, c. 18.

[3]) Eorum seriem et gesta legesis in dissert. Franc. Siarczyński, opusculo periodico „Czasopis zakładu Ossolin.“ an. 1828 fascic. II. inserta s. t. „Dzieje księstwa niegdyś Przemyskiego. Łojko, recherches sur Halicz et Vladim. part. I. cf. quoq. Hippol. Stupnicki in opere. Galicya Leop. 1849.

vis nonnulli principum Poloniae, quos inter Boleslaum III [1]) cum ore distorto (Krzywousty) et Casimirum II cognomine Justum [2]) memorasse sufficiat, bellis feliciter gestis Russiae terras, ac nominatim ducatum Premislien. ditionis suae fecisse legantur, tamen possessio isthaec nec stabilis nec diuturna fuit, donec extincta ducum Haliciensium stirpe [3]), Casimirus III (Magnus) Poloniae rex anno domini 1340 totam Russiam rubram regno suo annexuit et incorporavit [4]).

---

[1]) Cf. Długoss. lib. IV, p. 417 et 424. ubi Woladarum Premisliensium ducem a Boleslao semel iterumque proelio victum, captumque commemorat, Baszko continuator Boguphali Eppi Posn. in Chronica edit. Varsav. de anno 1752, p. 52.

[2]) Vinc. Kadłub. Chron. lib. IV, c. 8, Długos. ad an. 1189, p. 539. ad 1187 p. 557, ubi ad an. 1179 scribit: Casimirus Pol. Dux et Monarcha Brestensem, Vladimiriensem, Premisliensem provincias a regno suo distractas recuperat. Cromer lib. 6.

[3]) Historia ducum Russiae in plures stirpes divisorum valde implicata est A. D. 1026 Wolodarus Premisliensium dux hic loci mortuus, et in basilica S. Joann. B. a se aedificata, sepultus est. (Dług. ad an. cit.). At postea ducatus Premislien. cum Haliciensi coaluit, ipsique duces Haliciae potissimum residebant, donec Leo Danielowicz sedem suam Leopolim transtulit, Vid. Hippol. Stupnicki „Galicya pod względem geograficzno-topograficzno-historycznym“ Lwów 1849 pag. 106. Hic princeps circa 1301 mortuus duos filios habebat. qui in proeliis cum Gedimino Lithuaniae duce gestis, juven s occubuere nulla prole relicta. Igitur Haliciae et Premisliae ducatus obtigit Boleslao, Trojdeni Masoviae ducis filio (circa 1321), utpote e Leonis filia progenito. Boleslaus, ut Ruthenis placeret, ritum graecum et cum ipso Schisma amplexus est, at Latinis semper favens ac vitam libidinosam vivens exosum se reddidit, et a proceribus gentis veneno sublatus est. Vid. auctor. supr. cit. p. 116—118.

[4]) Vid. Długoss. libr. IX. ad ann. 1340, f. 1057. 1092—3. Rex in Russiam rubram jure cognationis suae cum Boleslao Trojdenide usus est. Quodsi cui titulus ejusmodi insufficiens videatur, meminerit, eum illo aevo, non ad regulas juris hodie recepti dijudicando, passim sufficientem habitum fuisse.

Ejus successor Ludovicus, Hungariae simul et Poloniae rex, omnem lapidem movit, ut Russiam rubram a Polonia avulsam Hungariae regni provinciam efficeret, nec [1]) conatibus ejus eventus omnino defuit; sed, cum anno 1382 sine haerede masculo decessisset, cumque inter proceres utriusque gentis post multas ambages, ac varios tractatus convenisset, ut e defuncti regis filiabus major natu Maria apud Hungaros, junior vero Hedvigis apud Polonos rerum potiretur, haec (Hedvigis) anno 1386 Vladislao Iagelloni magno Lithvaniae duci nupta, Poloniae jura in Russiam rubram virili animo vindicans, provinciam hancce regno recuperavit [2]).

---

[1]) Erant et Hungaris suae ad terras Russiae rubrae praetensiones, eo potissimum fundamento nixae, quod an. 1185 Andreas, Belae III filius, et circa annum 1214 Colomannus, dicti Andreae filius, Haliciae principatum obtinuerint, posterior etiam auctoritate Sedis Aplicae Haliciae rex unctus coronatusque fuerit. Vid. Długoss. lib. VI. col. 653 et col. 604. Łojko: Recherches sur Halicz et Wladimir partie I f. 159 seq. 166 seq. At Polonorum jura si non firmiora, antiquiora certe erant. Ludovicus rex post incursionem Lithvanicam (1376) sub praetextu defensionis contra barbaros arcibus castrisque Russiae rubrae Hungarica praesidia imposuit et Hungaros magistratus passim per civitates collocavit (1377) Vid. Dlugoss libr. X. col. 37. Toti provinciae praefecerat (1374) idem rex Vladislaum, ducem Opoliensem, cognatum suum, qui se in privilegiis suis Russiae dominum et haeredem scribit. Inde concluditur eum has terras a Ludovico jure feudali obtinuisse. Serius tamen se pro Russia, quam regi Poloniae cessit, terris Dobrinensi et Bidgostiensi compensari passus est. VCromer. lib. XIII. cf. Łojko, tract. supr. cit. part. II. p. 191—194. Ludovico 1381 defuncto Russia rub. Mariae, ejus filiae majori, Sigismundo Brandeb. nuptae, tanquam reginae Hungariae parebat.

[2]) Id eo tempore (circa 1387 — 1390) accidit, quo Vladislaus Jagello, 1386 Poloniae rex coronatus, in Lithuania versabatur, in convertenda gente defectu missionariorum, linguae lithuaniae peritorum, catechistae partes adimplens. Vide Dlugoss lib. X. p. 126. Łojko „Recherches sur Halicz et Vladim. part. II.

Exinde Premislia nostra quatuor et quod excedit saeculis Poloniae regum dominationi suberat [1]), donec versus exitum saeculi XVIII, viribus regni exhaustis, a finitimis tribus potentiis: Austria, Russia et Borussia prima Poloniae dismembratio perficeretur, qua occasione potior Russiae rubrae pars sub nomine Galiciae et Lodomeriae Augustissimae stirpi Habsburgico-Lotharingicae in possessionem cessit [2]).

---

p. 195. Juxta vulgatam traditionem Hedvigis regina cum lecto Polonorum exercitu non procul Premislia ad villam Stubno Hungarorum copias fudit et profligavit. V. Stupnicki „Galicya" p. 64.

[1]) Casimirus M. Rex Długossio teste Premisliae arcem de cocto latere aedificavit. Dług. lib. IX. col. 1181—4. Alii reges post ipsum civitatem variis privilegiis decorarunt. Vladislaus Jagello juris Magdeburgici usum concessit. Sigismundus Augustus incolas a cunctis teloneis, pontalibus, aggeralibus, foralibusque exactionibus liberavit, forum septimanale (targ) diebus lunae et Veneris celebrandum concessit, incolasque a foralibus, Capitaneo Prem. pendendis, exemit. Sigismundus III jus eligendi magistratus consularis impertitus est. Haec et alia generali privilegio complexus est Augustus II anno 1706.

[2]) Augustiss. Maria Theresia Romanor. Imperatrix vidua, Hungariae ac Bohemiae regina a. D. 1772 nomine coronae Hungaricae antiquas praetensiones ad Russiam rubram et Podoliam resuscitavit, ac terras huc spectantes cum particula minoris Poloniae armata manu occupavit. Vid. manifestum Caes. Reg. Aulae s. t. „Exposé preliminaire des droits de la couronne d'Hongrie sur la Podolie, ainsi, que de la couronne de Boheme sur les duchés d'Oswiecim et Zator". a Vienne 1772 evulgatum. Responsum nomine regis et reipublicae Polonae ad has, aeque ac ad similes aulae Petropolitanae et Berolinensis praetensiones per virum doctum Felicem de Loyko, Camerarium S. R. Majest. elaboratum, prodiit s. t. „Recueil des declarations notes et faits principaux, qui ont precedé et accompagné la diete confederée depuis le 18 Septembre 1772 jusqu' au 14 Mai 1773. 42. Josephus II Aug. 1789 Premisliae jura liberae regiae civitatis peculiari privilegio confirmavit.

§. II. De religionis Christianae, ac ritus latini in Russia rubra initiis. De fundatione episcopatuum latinorum generatim, ac in specie episcopatus Premislien. r. l.

Pervulgata opinio est, Russiam rubram, ac cum ea terram Premisl. non prius Evangelii luce illustratum fuisse, quam Wladimiri Magni armis expugnaretur, unde passim statuitur, incolas regionis una cum fide Christiana Graecorum ritus adoptasse [1]). At cum superius evictum sit, terram Premisl., priusquam a Ruthenis jure belli e victoriae occuparetur. Miecislao I Polonor. principi paruisse [2]), cum porro constet, hunc principem ante Wladimirum M. ad Christum conversum, ritumque ecclesiae occidentalis amplexum fuisse, cum denique compertum sit, Miecislaum subditos suos, ut relictis idolis Christianae religioni nomina darent, non modo persuasionibus stimulasse, sed et vi adhibita coegisse [3]), nescio, cur non conjicere liceat, Premisliensis terrae habitatores jam Miecieslai temporibus Christianos, et quidem ritus occidentalis factos esse. Quidquid sit, cum Ruthenorum dominio non solum ritus graecus, sed et schisma orientale his in regionibus praevaluit[4]).

---

[1]) Sic non tantum ruthenici scriptores, sed et Franc. Siarczyński, in opere period. „Czasopis księgozbioru Ossolińskich. an. 1828 fasc. 4. scribens: „Bądź Lechitowie, bądź Rusini „byli pierwszymi ojczycami ziemi Przemyskiej, byli to za„wsze Sławianie, którzy pierwsze początki wiary Chrystusa „od wschodu przyjęli".

[2]) Cf. §. 1.

[3]) Vid. Długos. ad ann. 965 pag. 94. Naruszewicz tom II. p. 29, 30.

[4]) Quo tempore Vladimirus M. cum populo suo Christiana sacra amplexus est (quod juxta Długos. 992, juxta alios 988 evenit) schisma graecum, quod Photius sacculo 9o suscitaverat, erat sopitum, ac Nicolaus Chrysoberges, Patriarcha CPnus qui ad hunc principem baptizandum sacerdotem Chersonem

Hoc tamen non obstante Catholicorum latinum ritum profitentium certus numerus in Russia rubra, ac speciatim in tractu Premisl. semper aderat; quod nemo mirabitur, qui sequentia rerum adjuncta expenderit.

Russia rubra Poloniae ac Hungariae contigua fuit. In tanta ergo vicinitate fieri non poterat, quin incolae utriusque regni jam commerciorum causa, jam aliis e rationibus [1]) in Russiam commearent. Accedit, quod Ruthenis cum utraque gente crebra bella fuerint, qua occasione non pauci Hungari et Poloni captivi in Russiae partes abducebantur, ibique domicilia figebant.[2]). Cum porro

---

miserat, cum S. R. ecclesia comunionem coluit. Russi ergo ad fidem conversi eidem ecclesiae uniti fuere. Quin etiam postquam schisma sub Michaele Caerulario circa 1053 recruduerat, gens Ruthena aliquamdiu vinculum unionis cum pontificibus Romanis conservasse perhibetur, donec tandem circa ann. 1100 per Graecos antistites in sede Metropolitana Kijov. collocatos, ad schisma pertracta fuit. Vide Chodykiewicz dissert. historic. crit. de utroq. AEppatu Metropolit. Kijov. et Halic. uti olim distincto A. D. 1770. 4°. Caeterum eppatus ruthen. Premisl. longe ante latinum, nescitur, quo praecise tempore et fundatore, erectus est. Sunt, qui putent, ejus originem Jaroslao I, Wladimiri M. filio, qui saec. XI vixit, adscribendam esse. At ante 1218 nulla eius vestigia occurrunt. V. Siarczyński, op. cit. ann. 1828 fasc. 4. p. 3. 4.

[1]) Boleslai Crivousti successores, inter quos ille terras Poloniae testamento distribuerat, continuas fere discordias fovebant, seque mutuis bellis infestabant. Stridentibus armis exterriti, variisque angariis pressi ruricolae Poloni magnis agminibus in fertiles Russiae regiones domicilia transferebant. V. Naruszewicz tom 4 pag. 265 in not.

[2]) Post obitum Boleslai Chrobry, circa an. 1031 Rutheni irruptione in Poloniam facta multos captivos secum abduxerunt, quos in locis desertis ad Borysthenem qua colonos locarunt. Vid. Długoss. lib. II ad ann. 1026 columna 181 et Naruszewicz tom 2 p. 207 ubi ad Nestoris testimonium provocat. Similes transmigrationes serius quoque, cum Rutheni terras polonicas crebrius infestarent, locum habuisse, dubitari nequit.

nonnulli Poloniae et Hungariae principes, scil. e Polonis Boleslaus Strenuus [1]), Boleslaus Audax [2]), Boleslaus Crivoustus [3]), Casimirus Justus [4]), ex Hungaris vero Andreas et Colomanus [5]) Russiae provinciis aliquamdiu dominarentur, exinde Catholicorum r. l. his in terris incrementum non consequi non poterat.

Romani Pontifices inde a prima Ruthenorum conversione iis in unione cum ecclesia occidentali servandis, ortoque Schismate ad eam reducendis gnavam operam impendebant. Poloni vero principes inde a tempore Boleslai Stremi, qui Ruthenos armis perdomuit, politicis etiam motivis ducti ritui latino inter eos plantando ac dilatando allaborabant. Utrique de tempore ad tempus latinos Evangelii praecones in Russiam mittebant, quos inter Brunonem[6]) et Bonifacium [7]), tum Reinbernum [8]) Eppum Colber-

[1]) cf. I.
[2]) ib.
[3]) [4]) v. ib.
[5]) v. ib.
[6]) Bruno, quem Ditmarus Merseburg condiscipulum suum vocat, a Rom. Pontifice in regiones Septemtrionales Evangelii praedicandi causa missus est. (Breviar. Rom. inter propria Polon. 17 Octobr.) Idem Ditmarus scribit, eum Prussis ac Russis Evangelium annuntiasse, ad pium istud opus a Boleslao, Polonor. principe invitatum. Subdit, eum AEppali dignitate fuisse insignem, quin tamen sedem ejus indicet. Forsitan nationum a se convertendarum (sine certa sede) Eppus vel AEppus fuerat designatus, sicut Jordanus, a quo Posnan. Eppi seriem suam inchoant, eodem Ditmaro teste Eppus Polonorum dicebatur. Caeterum Bruno in Russiae confiniis martyrio coronatus est, Boleslaus Chrobry vero corpus ejus a Pezenatibus (Pieczyngis) redemit. V. Naruszewicz tom II pag. 136 nota.
[7]) Bonifacius illustri loco in Germania natus, et ipsius Othonis Imp. affinis, in Italia Camaldulensium institutum amplexus et AEppali charactere insignitus, summi Pontificis jussu in partes boreales qua missionarius se contulit. Breviarium Rom. inter propr. Poloniae (19 Jun.) tradit, eum, quum per medias flammas illaesus transiisset, regem Ruthenorum ad

gensem annales commemorant. Zelosi hi missionarii commissum sibi negotium jam majori jam minori successu promovebant. Saeculo XIII recens enati ordines

---

Christum convertisse, atque mox principis exemplum innumeram populi multitudinem secutam esse, at fratrem regis, haec iniquius ferentem, Bonifacium comprehendendum et capitis abscissione plectendum curasse. V. Naruszewicz loc. praec. not. cit. Difficile est definitu, quisnam ille rex fuerit, ab illo conversus. Equidem non improbabile est post fidem a Ruthenis Wladimiri M. temporibus susceptam aliquas paganismi reliquias inter eos superfuisse, quibus eliminandis, respective gentilibus illis ad ritum latinum convertendis, Bonifacius insudaverit. At regem mentionatum nonnisi largiori sensu accipere possumus. Forsan aliquis vasallus M. Ducis Russorum, aut ejus Satrapa fuit. P. Clemens Chodykiewicz Ord. Praed. in dissert. de AEpp. Kijov. et Halic. putat Bonifacium in Prussia praedicasse et passum essé, relationem vero breviarii Rom., quae ipsi Russiam qua theatrum activitatis assignat, e mendoso codice S. Petri Damiani fluxisse, in quem vitio descriptoris loco „Pruthenorum“ lectio „Ruthenorum“ irrepserit. Vindicet auctor conjecturae fidem suam! Recentiores Bonifacium, cum Brunone not. praec. commemorato confundendum putant, qui in confirmatione Brunonis nomén adoptaverit. Vid. Wetzers u. Welte's Kirchenlexikon art. „Bruno, Apostel der Preussen und Russen.“

[8]) Boleslaŭs Chrobry Swatopelco, Wladimiri M, filio, filiam suam desponsaverat, cum qua Reinbernum Eppum Colbergensem in Pomerania (tunc ad Poloniam pertinente) Kijoviam misit. Hujus praesulis influxu Svatopelcus ritum lat suscepit, multique Rutheni ejus exemplum imitati sunt, siquidem Ditmarus, scriptor coaevus refert: „Hujus (sc. Svatopelci) gratia omnis haec regio conversa est“ id quod de conversione ad rit. lat. intelligendum est, siquidem Wladimiri M. familia jam antea fuit Christiana. (Narusz. tom II p. 136 not. 2. tom IV p. 263. 264 in not.) — Aegre id ferebant Russi, igitur Svatopelcus sub praetextu seditionis contra patrem agitatae cum uxore et Reinberno carceri inclusus est, in quo dictus eppus obiit. Graecos quoque CPolitanos hic Latinorum inter Ruthenos progressus valde consternavit; quare, referente chronica Ademari „post paucos dies Graecus episcopus in „Russiam venit, et medietatem illius provinciae convertit, et „morem graecum in barba crescenda et ceteris exemplis ad„duxit.“ Narusz. tom II p. 136 not. *a*.

mendicantium opus propagandae inter Ruthenos fidei Romano-catholicae et cum ea ritus latini his in partibus stabiliendi magno fervore adgressi sunt, uberesque laborum suorum fructus messuerunt. Dominicani [1]) praeeunte S. Hyacintho [2]), gente Polono mox non modo Premisliae [3]), Leopoli [4]) et Haliciae [5]) sed etiam Kijoviae [6])

---

[1]) Dominicanorum seu „fratrum praedicator." in Russia labores apostolicos exponit Simon Okolski in opusculo s. t. „Russia florida etc." Multi hujus ordinis missionarii in dictis regionibus martyrii palmam adepti sunt, in cujus rei memoriam Dominicani provinciae Russiae e peculiari Aplicae Sedis privilegio rubea zona utebantur et etiamnum utuntur.

[2]) Hyacinthus Odrowąż, Canonicus Cracov. cum Ivone Eppo Cracov., avunculo suo Romam profectus, ibidem una cum fratre suo Ceslao recens S^ti Dominici institutum amplexus est. In patriam reversus (1222) primum FF. praedicatorum coenobium Cracoviae ad SS. Trinit. aliquamdiu rexit, mox in Russiam profectus ibi laboribus Aplicis usque ad Tartarorum incursum (1241) magno successu vacavit., tunc Cracoviam redux in monasterio praedicto vitam temporalem cum aeterna commutavit (1257). V. Niesiecki, Korona pol. art. Odrowąż.

[3]) Conventus Premisl. stante adhuc vita S. Hyacinthi, ergo ante 1257 fundatus est; nam cum vir sanctus Kijovia reverteretur fratres suos Praemisliae invenisse memoratur. V. Bzowski in „propagine D. Hyacinthi". Venet. 1606. Nowomieyski in „Phoenice Ord. Praed. Poznan. 1752. Ostrowski, dzieje kościoł. pol. Poznań 1846 tom. 2 pag. 43. P. Sadoc Barącz „Rys dziejów zakonu kazn. w Polsce" Lwów 1861 t. 2 p. 325.

[4]) Conventus Leopolien. teste Okolski in Russia florida p. 70—80 Leoni Danielowicz, Russiae duci circa fin. saec. 13 originem suam debet. Dominicani Leopol. latinum fundationis privilegium a memorato principe anno mundi 5778 (qui juxta Graecorum computum anno Christi 1270 respondet) editum asservant, quod tamen variis difficultatibus laborat, meraque parodia alterius ejusdem principis documenti 1301 in rem Metropoliae ruth. Haliciensis editi, attamen quoad authentiam pariter suspecti, esse videtur. Quidquid sit Conventus hic s. t. SS. Corp. Christi stante adhuc regimine principum Ruthenorum indubie fundatus est. Vid. P. Sadoc Barącz opus not. praec. cit.

sedem fixerunt, Franciscani vero (Minoritae Conventuales) pariter coenobia sui ordinis Premisliae [1]), Leopoli [2]) et Haliciae [3]) erexerunt. Romani Pontifices utrique ordini, quo facilius scopum suum persequi posset, ampla privilegia contulerunt [4]), Innocentius IV vero ex eis so-

[5]) Conventus Haliciensis circa 1238 cura S. Hyacinthi exortus est. Vid. Długoss. lib. VI colum. 661. 662 et Math. de Miechov. ad ann. cit.

[6]) Wolodimirus Wsewołodowicz, Kijoviens. Dux S. Hyacintho, qui filiae ejus coecae visum restituisse memoratur, locum extra civitatem „Błonie“ dictum donavit, ubi vir S^tus circa 1228 ecclesiam s. t. B. M. V. aedificasse, et Conventum erexisse traditur. Vid. Okolski in Russ. flor. p. 115—118. Gregor. IX A. D. 1233 cives et lat. Kijov. in B. Petri tutelam recipit, et Judicibus mandat, ne eos ab ullo molestari permittant. Theiner mon. hist. tom. I p. 25. Inde patet praedicationem S. Hyacinthi et sociorum ejus non fuisse fructu vacuam.

[1]) FF. Ord. Minor. S. Francisci sub Boleslao Pudico circa 1237 in Poloniam venerunt favente Grimislava, principis matre, quae ipsis, e Bohemia accitis, primum monasterium Cracoviae aedificavit. Sunt tamen vestigia, eos jam prius in Russia adfuisse. Vid. Biernacki Speculum Minor. Ostrowski Dzieje kość. pol. tom 2 p. 44 in not. De primordiis Conventus Premisl. vide Schematism. dioeces.

[2]) E. Skrobiszewski in Vit. AEppor. Halic. et Leop. conconstat, hunc Conventum s. t. S. Crucis ad fin. saec. 14^ti cum Sedes AEppalis Leopoli nondum adesset, pridem extitisse, ut proinde probabile sit, eum aeque ac Conventum Halicien-sem et Premisl. regnantibus adhuc ducibus Ruthenorum fundatum fuisse.

[3]) Conventus hic perantiquus est, at de primordiis ejus nil certi constat. Id modo pro certo habetur eum longe ante tempora Casimiri M. erectum fuisse. Ad ejus ecclesiam primi AEppi Halicienses, qui ex ord. S. Francisci assumi solebant, resedisse creduntur.

[4]) Gregorius IX an. 1234 eis concessit: excomunicatos absolvere, super irregularitatibus dispensare, ac ea omnia facere, quae ad salutem animarum pertinent. Innocentius IV 1244 et 1251 eis potestatem fecit minores ordines conferendi, ecclesias fundandi, indulgentias largiendi, defectu ecclesiarum in hospitiis sacra peragendi. Gregorius X eos, quamvis mendicantes bona immobilia et census acquirere permisit, cum

cietatem fratrum peregrinantium instituit, convertendis paganis, haereticis et schismaticis destinatam [1]).

Principes Rutheni in genere quidem missionariis latinis, et eorum discipulis, ad sacra Romana accedentibus, infensos se exhibebant, et utrosque pro virili persequebantur [2]). At non deerant, qui Romani Pontificis

---

inter schismaticas gentes ob paucitatem fidelium solis eleemosynis vivere haud possent. V. Okolski in Russ. flor. p. 10—15. Porro Gregorius IX 15 Mart. 1233 accedentibus ad solennem praedicationem FF. Praed. in Russia indulgentias concedit, ipsisque Fratribus dictis facultatem incendiarios et clericorum percussores absolvendi largitur. Innocentius VI 16 Novem. 1353 Nicolao de Crosna Ord. Minorum Vicario Russiae concedit, ut fratres sui ordinis sine alia licentia ad partes Russiae ducere possit. Theiner mon. pol. tom. I pag. 23. 551. Cuncta fere ad curam animarum et regimen ecclesiarum spectantia in terris Russiae per Dominicanos et Minoritas administrabantur. Gregor. XI a. D. 1373 Vicario ministri general. Ord. FF. Minor. in partibus Russiae deputato dat facultatem, ut in terra Lemburgae ac aliis Russiae partibus fidelibus per se vel ministros a se deputatos non obstante contradictione Eppi Lubussen., qui se ibi jurisdictionem ordinariam habere asserit, Sacramenta administrare, ac omnibus privilegiis, a Sede Apostolica concessis, uti valeat. Vid. Skrobiszowski in Vit. AEp. Halic. et Leopol. Cap. V.— Idem Pontifex eod. anno 19 Nov. AEppo Gnesnen. ejusque collegis FF. Minores verbum Dei in Russiae partibus praedicantes, fovendos ac defendendos commendat. V. Theiner monum. histor. pol. tom. I fol. 668.— Gregorius IX 15 Mart. 1233 FF. Praedicatoribus in Russia injungit, ut clericorum et religiosorum vagantium in Russia immoderatae licentiae frenum adhibeant. V. ibid. fol. 23. Inde facile patet, cur erecta postmodum hierarchia ecclica ad AEppatus et Eppatus Russiae religiosi dictorum ordinum potissimum assumti fuerint.

[1]) Vid. Naruszewicz tom. VI p. 46 in not. Niesieski Kor. pol. tom I f. 23.

[2]) Joannes P. XXII dd. 1 Mart. 1327 monens AEppum Gnesn., ne Stephanum Eppum Lubuss. jurisdictionem in Catholicos Russiae habentem per vicinos Eppos molestari permittat, commemorat, in loco dicto Flandemeria (i. e. Vladimiria) ecclam cathedralem ab antiquo fuisse situatam, et adhuc ibi plura

patrocinium, illis temporibus sane utilissimum, quaererent, et ad illud lucrandum non solum Catholicos lat. ritus in suis ditionibus indulgentius tractarent, legatos pontificios honorifice exciperent, sed et am ad unionem cum ecclesia Romana ineundam sese promtos declararent [1]), quos

---

episcoporum sepulcra patere, ac Eppum qui fuit pro tempore *propter multimodam scismaticorum rabiem* ab eadem Fladcmiria et locis circumvicinis saepius exulare debuisse, et inde quosdam Eppos occasionem fuisse nactos, spiritualem jurisdictionem ibi usurpandi etc. Vid. Theiner mon. pol. tom. I fol. 295. Juxta hanc bullam dijudicandum est, quod Skrobiszewski in vitis AEpp. Halic., et Niesiecki in Korona pol. tom I f. 71 de jurisdictione epporum Cracov. in Podoliam, in specie vero in civitatem Camenecensem exercita commemorant. Ericus etiam Eppus Premisl. in documento dd. fer. 2 infr. Oct. Epiph. 1390 scribit: penes ecclesiam Prem. ante se nullum Catholicum Sponsum h. e. pontificem personaliter habitasse, seque eandem ecclesiam cum multis possesionibus suis a Scismaticis occupatam reperisse.

[1]) Duplici motivo ducti principes Russiae ad quaerendum patrocinium Sedis Aplicae incitabantur; primo quidem, ut se ejus auctoritate contra praetensiones Ducum Poloniae, qui sibi in terras Russiae quoddam dominium superius competere asserebant, efficacius tuerentur, secundo ut eorum influxu a principibus Occidentis suppetias impetrarent contra Tartaros, qui inde a medio saec. 13^tii^ eorum ditiones infestare coeperunt. Defectu hujusmodi auxilii principes Rutheni se tandem Tartarorum vasallos agnoscere coacti fuerant, et eorum agminibus juncti terras Poloniae depopulabantur. Inter eos qui sub tutelam Romani Pontif. confugiebant jam saec. XI deprehenditur Demetrius (quem Naruszewicz eundem censet cum Izaslao, Jaroslai I filio, Wladimiri M. nepote, coaevo Boleslai Audacis). Hic princeps filium suum Romam misit ad Gregorium VII. se et terras suas protectioni S. Petri subjiciens. In Harduini collectione concilior. repetitur epla Papae ad eum data. — Etiam apud Theiner in monum. hist. Pol. t. I p. 46 occurrit Epla Innocentii IV d. d. 15 Sept. 1248 ad Alexandrum Novogardiae (Nowogrodiae) regem, qua ipsi gratulatur reditum ad ecclam Romanam, et quod Plescoviae sedem eppalem in Latinorum commodum erigere velit.

inter nemo longius progressus est, quam Daniel Romani filius, qui etiam suscepta unione a legato pontificio rex Russiae coronatus est, at mox iterum a comunione cum ecclesia Rom. resiluit [1]).

Denique ultimus terrarum Halicien. ac Premisl. dux, Boleslaus Trojdenowicz, e patria sua Masovia copiosas in Russiam rubram colonias deduxerat, populationem sui ducatus, Tartarorum incursibus extenuatam, redintegraturus [2]).

---

[1]) Daniel, Romani per Polónos in proelio ad Zavichost 1208 caesi filius et successor, patris necem vindicaturus tractum Lublinensem occupaverat. Veritus, ne Papa contra eum propterea pro more illius saeculi expeditionem cruciatam proclamaret, legatum Romam misit, Sedi Aplicae obedientiam spondens, insuper coronam ac dignitatem regiam expetens. Sperabat se hoc artificio non tantum, quae Polonis eripuerat, secure possesurum, sed et subsidia contra Tartaros impetraturum. Innocentius IV ad eum Opizonem, Abbatem Mezzanensem legatum misit, qui ipsum ejurato Schismate A. D. 1246 Drohicini (in tractu Chelmensi) regem Russiae unxit et coronavit. At cum sperata subsidia tardarent, Daniel deposita larva ad schisma reversus est et cum Tartaris foedus percussit, eorum Chani tributarium se agnoscens. Vid. Rainald. in contin. Baronii ad ann. cit. Naruszewicz tom. IV pag. 349—356, tom V p. 42—57. Dlugoss. lib. VII p. 706. 779.

[2]) Vid. Siarczyński op. period. „Czasopis. Księgozb. Ossolń. art. „Księstwo Przem." item Sambor i okol. Lojko: Recherches sur Halicz et Wladimir partie II p. 178 ubi legitur: „La terre de Halicz commença a se repeupler sous l'admini„stration de Boleslas de Masovie, duc de Russie, par les co„lonies, que ce prince attira de Masovie en Russie. Addit in not. 90. „Jusqu' a present les Russes appellent Mazury „les colons Polonais établis en Russie". At hoc non obstante Casimirus M. eam provinciam in statu sumopere desolato accepit, quare ulteriori populationis augmento prospiciens novos colonos, Germanos potissimum, in eam induxit, praecipue in regiones submontanas, Carpathis viciniores, qui observante Cromero (lib. XII) „pagis et oppidis a se condi„tis vel habitatis peregrina nomina indiderunt, qualia sunt:

Crescente jam ex his causis catholicorum in Russiae partibus numero enata est necessitas pro iis pastores r. l. et hierarchiam ecclesiasticam constituendi, neque Romani pontifices hac in re officio suo deerant [1]).

„Lemburga (Leopolis), Landishuta, Pilsna, Gorlicia; Frei-„stadia (Frysztak), Hicinum, quod Germani Ticzynum vo-„cant, Rosenberga et alia ejusmodi".

[1]) Alexander IV, Febr. 1157 AEppo Gnesn. et Eppo Cracov. injungit, ut in castro Lucow in confiniis Lithuaniae ecclesiam cathedr. erigant, eique Bartholomeum de Bohemia (Ord. min. his in regionibus Missionarium) pastorem praeficiant. V. Theiner mon. t. I p. 72. Joann. XXII 5 Jul. 1333 erigit AEppalem ecclam Vosprensem, cum Suffraganeis Chersonen. et Sebastopol. ib. f. 348. Cfer quoq. supra p. 26 n. 1 de eppatu in Pleskow. Longe prius annis 1253. 1254 eppos pro Pruthenis et Lithuanis constitutos deprehendimus. Thein. ib. fol. 53 59. Ex quibus patet, quanta sollicitudine pontifices hierarchiae latinae in partibus Septemtrionalibus plantandae intenti fuerint. Difficile vero est epocham definire, qua Eppi lat. in Russia ruhra seu Galicia esse coeperint. Naruszewicz hist. n. pol. tom VII fol. 45 in not. in eam propendet sententiam: jam ad fin. saec. XII fundamenta episcopatuum Russiae per Casimirum Justum filium Boleslai Crivousti jacta fuisse, quum terras Chelmens., Premisl. Halic. et Brestensem suae ditionis fecisset. Vid. dicta §. I. Abrahamus Bzovius Ord. Praed. in vita S. Hyac. c. 3 scribit: Jacobum de Crema, Dominicanum, gente Italum, recommendante hoc Sancto (scil. S. Hyac.) A. D. 1208 Haliciae AEppum fuisse creatum, et in hac Sede gloriosum martyrium passum esse, a Tartaris serra ferrea dissectum. Porro Okolski in Russ. flor. Bernardum natione Polonum circa annum 1233 Ord. Praed. AEppum Halic. commemorat, a Tartaris trucidatum. At utraque relatio non caret difficultatibus; nam anno 1208 ordo S. Dominici necdum a Sede Aplica confirmatus fuit (id quod primum sub Honorio III, A. D. 1216 electo, subsecutum est), Sanctus Hyacinthus nondum huic ordini nomen dederat nec ea adhuc auctoritate pollebat, ut pro partibus Russiae (in quam nondum intraverat) Eppos commendare posset. Tartari quoque primum circa 1240 has regiones infestare coeperunt. Accedit, quod cum de Colomanno cum uxore sua Salomea ad regnum Haliciae coronando ageretur (inter 1208 et 1214), Andreas Hungariae Rex, Colomanni pater, ab Innocentio III petierit, ut ad memoratum corona-

Primo dimidio saec. XIII Gerardum quemdam, virum religiosum, pro Ruthenis r. l. Episcopum constitutum deprehendimus, amplis possessionibus in Polonia dotatum [1]). At mox Henricus cum barba, Wratislaviensium dux, Boleslai pudici, Cracoviensium et Sandomiriensium ducis, in cujus terris dotatio huj. s episcopatus sita fuerat, tutor, patrocinio suo effecit, ut spiritualis Catholicorum Russiae procuratio Episcopo Lubussensi [2]), suae in temporalibus dominationi subjecto,

---

tionis actum AEppum Strigon. delegaret, unde concludendum, Haliciam eo tempore proprio Praesule caruisse. His combinatis veritas narrationis Bzovii admitti nequit. Non minoribus vero difficultatibus altera relatio Okolscii de Bernardo Polono circa 1233 AEp. Haliciens. premitur, ac vix conciliari potest cum infra dicendis de Gerardo circa haec tempora pro Catholicis in ussia Eppo constituto, et de jurisdictione Eppis Lubussensibus in partes Russiae concessa.

[1]) Quoad nomen hujus Praesulis auctores discordant. Długoss. ad ann. 1254, Okolski et Niesiecki Gerardum vocant; at chronicon Boguphali Gothardum appellat. Porro priores tres Dominicanum fuisse scribunt, Boguphalus vero Cisterciensem. Conveniunt in eo, bona monasterii Opatoviensis ipsi dotis nomine obtigisse; at Boguphalus innuit. illud monasterium fuisse Cisterciensium, dum ait: „Monasterium Opatov., „cujus Abbas et Ruthenorum Eppus pro Catholicis ibi degen„tibus de novo creatus fuit“. Mathias de Miechovia vero (lib. 3 c. 35) refert, coenobium hoc fuisse Templariorum, quos Henricus barbatus, Wratislav. Dux, inde ejerat.

[2]) Lubussia, pol. Łubusz, Germ. Lebus oppidum est ad Viadrum in Marchia Brandeburg. situm, saec. 13 et anteced. ad Silesiam pertinens. Eppatus istius loci a Poloniae principibus (quibus et Silesia olim suberat) ante tempora Boleslai Crivousti fundatus, AEppo Gnesn. jure metropolitano subjacebat. Lapsu temporis Sedes eppalis ad Frankenword (Francofurtum ad Viadrum), inde Goriciam (Göritz) demum ad oppidum Fürstenwalde fuit translata, ita tamen ut Eppatus semper a primitiva Sede Lubussensis diceretur. Reformatio saec. XVI ei exitio fuit. Vid. Niesiecki Korona pol. tom. I fol. 82. Wetzer et Welte, Kirchenlex. art. Lebus.

committeretur, eique dotatio pro episcopo illorum destinata, adjungeretur [1]).

Pastore tanto intervallo ab ovibus suis sejuncto spirituale harum regimen prospere succedere non poterat [2]). Quare Innocentius IV jam an. 1246 Henrico ord. Praedicatorum, quem Prussiae ac Livoniae Metropolitam, suumque in terris Russiae legatum nominaverat, in man-

[1]) Boguphal. Chron. „Henricus omnia bona eppatus Russiae, „olim ad monasterium Opatov. pertinentia, ad ecclesiam Lu„bucensem transtulit, incorporando ecclae Lubucensi praedi„ctae licet de facto &c." — Magis scil. favebat Eppo in ipsius terris haereditariis degenti, quam neoconstituto Eppó Russiae, aut eppis Poloniae. Cum Henricus barbatus, maritus Stae Hedvigis, anno 1238 decesserit, translatio ista ante hunc annum evenerit oportet. Chronographus cit. innuere videtur, hanc incorporationem a Henrico arbitrarie, via facti, non de jure, ergo sine Aplicae Sedis consensu factam fuisse. At serius Pontifices in jurisdictionem Eppi Lub. super Russiam consensere. Vid. bullam Alexandri IV 14 Febr. 1257, qua dicto Eppo, a tempore, cujus memoria non existit, jurisdictionem in Latinos Russiae habenti, eamdem et porro exercere concedit. Adde quid diximus supra p. 25 n. 2. Quid vero factum sit cum Gerardo seu Gothardo, qui juxta Niesieckium circa ann. 1232 v. 1236 Eppus Ruthenorum nominatus est, ambiguum manet. Auctor cit. fol. 67 autumat, eum ad ducatum Kijov. vel alias interiores Russiae provincias, ad quas Eppi Lubussensis auctoritas non pertingebat, se recepisse, ibique munia eppalia exercuisse. Saltem anno 1254, quo ossa S. Stanislai, recenter canonizati, de tumulo levabantur, testante Boguphalo et Dlugossio caeremoniae huic inter alios praesules etiam interfuit Gerardus, seu Gothardus, Ruthenorum Eppus, et Vitus, Eppus Litvanorum. Vid. utrumque ad an. cit. Juxta Miechovitam p. 29 n. 1 cit. Eppi Lubussenses praeter dictam Opatoviam cum 16 villis, etiam oppidum Kazimierz in majori Polonia, cum 14 villis, et oppidum Borek in Silesia cum villis adjacentibus possidebant, et pars dotationis in Polonia sita penes ipsos etiam post erectionem novorum in Russia episcopatuum intacta permansit.

[2]) Eo minus pastorali officio satisfacere valebant eppi Lubussenses, postquam ab Alexandro IV A. D. 1257 ab onere personalis ecclarum Russiae visitationis dispensationem obtinuerunt. V. Naruszewicz tom. IV p. 266 in nota.

datis dedit: ut in dictis partibus episcopos latinos, de ordine fratrum praedicatorum vel minorum, vel aliorum religiosorum, aut etiam de clericis saecularibus constitueret, prout sibi in Domino videretur [1]).

An et quomodo dictus Metropolitanus commissum Sedis Aplicae in Russiae partibus executus fuerit, non constat; id modo certum est, in Russia rubra, priusquam regno Poloniae incorporata est (1340), ergo ante tempora Casimiri M. [2]) cathedras episcopales Haliciae, Premisliae, Chełmae, et Vladimiriae erectas fuisse, quin tamen iis S. Sedes ob Schismaticorum ressistentiam et alias difficultates continua serie de pastoribus catholicis providere potuerit [3]).

---

[1]) Vid. bullarium Ord. Praed., ubi concernens bulla Innocentii IV d. d. 3 Maji 1246 occurrit. (Naruszewicz tom. IV fol. 350. 351 not.) Similem facultatem eidem AEppo 24 Juni 1253 quoad regnum Lithoviae (i. e. Lithvaniae) impertitus est, cujus rex Mindowin (i. e. Mendogus) ad sacra christiana conversus est. Vid. Theiner mon. hist. tom. I p. 53. — Anno 1320, 15 Decemb. Joannes XXII episcopum Kijov. constituit Henricum Ord. Praed. lectorem in Porwalle, Dioecesis Kamin., postquam dicta ecclesia antehac circiter 100 annis pastore cathol. caruisset. Theiner l. c. p. 162.

[2]) Id indubie probat a) bulla Gregorii XI de anno 1375 Id. Febr. a nobis mox alleganda, ubi diserte dicit: „Ad notitiam suam pervenisse, quod Casimirus R. P. partes Russiae, regno suo vicinas, acquisivisset, et quod Halic, Premisl., Lodimir. et Chelmen. ecclae cathedrales erant, et ante acquisitionem hujusmodi per schismaticos et haereticos antistites detinebantur", b) ex Bulla Bonifacii IX 6 Id. Jun. 1397, ubi dicit: „secundum relationem Mathiae Eppi Prem. ecclam „Prem., antequam claraе memoriae Casimirus R. P. partes „Russiae, quae per infideles detinebantur, ad sinceritatem „catholicae fidei et unitatem S. R. ecclae potenter adduxisset, „certam limitatamque dioecesin habuisse".

[3]) Inde explicatur dubium super eo motum, an illae ecclesiae essent cathedrales vel tantum parochiales: ad quod submovendum Gregorius XI hierarchiam r l. in Russia stabiliter regulaturus AEppo Gnesn., tum Eppo Cracov. et Plocen. com-

Postquam autem Russia rubra in formam provinciae Polonae redacta fuit, Casimirus M. hierarchiae latinae ibidem pro Catholicis stabiliendae haud segnem manum adposuit [1]), sed morte praeventus (1370), successori suo Ludovico, Hungariae et Poloniae regi, opus consummandum reliquit, cujus interventione, et precibus Vladislai Opoliensis, Russiae Ducis [2]), permotus Gregorius PP. XI bulla: „Debitum pastoralis officii“ Avenione Idibus Februarii, Pontificatus sui anno quinto (p. Ch. n. 1375) edita [3]) ecclesias: Haliciensem, Premisliensem, Lodimiriensem (Vladimir.) et Chełmensem ad tollendum quodcunque dubium cathedrales

misit, ut sese super statu illarum ecclarum accurate informent, et ad Sedem Apostolicam relationem exhibeant. Vid. bull. dd. 14 Jul. 1372 apud Theiner t. I fol. 675. Ante vero apud eund. authorem legitur bulla Innocentii VI 18 Jan. 1353 (fol. 543) qua Nicolaum Ruthenum a Clemente VI ecclesiae Premisl. praefectum confirmat, et bulla ejusdem Pontif. d. d. 2 Maji 1358, qua Petrum Ord. Praedic. ecclesiae Lodimiriensi praeficit. (fol. 796). Porro Lucas Wading. in Annalibus Minor refert, anno 1359 Thomam de Sienno ejusdem ord. religiosum ab eodem Innocentio VI ecclesiae Chelmensi, a longo tempore viduatae, episcopum datum fuisse.

[1]) Vid. not. praec. unde patet sub ejus regimine Ecclae Prem., Vladimir. et Chelmen. eppos praefectos fuisse. Vid. porro apud Theiner t. I fol. 615 bullam Urbani V dd. 6 April. 1363, qua AEppo Gnesnensi mandat, ut de ecclesia cathedrali ad preces Casimiri R. P. Lemburgae erigenda inquirat, et referat, an scil. habeat populum christianum, et sedi eppali locandae sit accommoda? Inde falsitatis convincitur relatio Dlugossii ad ann. 1361 (col. 1131) testantis: hoc anno AEppatum Leopoli a Casimiro rege fundatum, ac primum AEppum nomine Christinum praesente rege per Jacobum Swinka, AEppum Gnesn. consecratum fuisse, ut taceam, quod Jacobus Swinka adhuc 1313 rebus humanis fuerit exemtus. Quicquid sit, id certum manet, Casimirum R. hierarchiae latinae in Russia rubra stabiliendae curam gessisse.

[2]) Quae fuerit hujus Vladislai ad Russiam rubram relatio. recole ex § I.

[3]) Vid. Theiner mon. hist. tom. I p. 713 et appendicem ad § II.

fuisse et esse declaravit, eas ab omni potestate et jurisdictioue Eppi Lubussensis exemit [1]), simul ecclam Haliciensem ad dignitatem metropolitanam elevavit [2]), cui

---

[1]) Oppositio hujus Eppi praecipua causa fuit, cur regulatio hierarchiae lat: in Russia tamdiu retardata fuerit. Videbimus eum etiam post annum 1375 sese jurisdictioni spirituali in Catholicos Russiae ingerentem, cui renuntiare ideo procul dubio nolebat, ne amissa jurisdictione etiam titulum ad bona annexa amitteret. Timuit, ubi non erat timor; nam reges Poloniae scrupulosiores erant, quam ut ecclam etiamsi extra limites regni sui positam, proventu per longam annorum seriem in pace possesso, spoliarent. At Eppi Lubussenses serius nihilominus securitati possessionis suae diffidentes, bona sua in Polonia sita vendere consultum duxerunt. Oppidum Opatow cum attinentiis ineunte saeculo XVI ab illis emit Christophorus Szydłowiecki, Castellan. Cracov. Vid. Niesiecki tom. I pag. 83.

[2]) Miror, quomodo Eppus Zachariasiewicz qui tamen bullam Gregorii XI dd. Avenione Id. Febr. 1375 noverat et (fol. XXI) citaverat, nihilominus in vit. Epp. Prem. fol. XII. XXXIV. mordicus asseverare potuerit; AFppatum r. l. ab origine Leopoli non Haliciae erectum fuisse, et AEppos illos ideo tantum Halicienses dictos fuisse, quia defectu residentiae in urbe Leopoliensi, qua religiosi in conventu sui ordinis Haliciae ali quamdiu residebant. Relatio Długoss. de Christino, A. D. 1361 in Eppum Leopol. ordinato, adeo mentem ejus fascinavit, ut momenta contrariae sententiae parvi faceret. At vide, quae contra Długossii testimonium adduximus fol. 31 n. 3. Non negamus de AEppatu Halicia Leopolim transferendo mature tractatum fuisse (vid. bullam ejusd. Gregorii XI d. d. 3 Mart. 1375 apud Theiner t. I p. 719, qua AEppo Gnesn. cum Eppis Cracov. et Plocen. injungit: ut se de opportunitate Sedis AEppalis Halicia Lemburgam transferendae informent), non inficior porro, Mathiam electum AEp. Halic. et Jacobum Strepam Leopoli potissimum habitasse, et inde quoque passim Lemburgenses dictos fuisse. At ipsa citata bulla existentiam AEppatus Haliciensis evincit, nec desunt monumenta, in quibus mentionati praesules etiam Halicienses appellantur. Omne denique dubium perimit bulla Joannis XXIII d. d. 28 Jan. 1412 (apud Theiner tom. II p. 8), qua AEppatum Russiae Halicia Lemburgam transfert.

reliquas suprafatas ecclesias tanquam suffraganeas subesse voluit [1]).

---

[1]) Praeter has ecclesias AEppo Leopol. teste Skrobiszowski adhuc jure Metropolitano suberant ecclesiae: Camenecensis in Podolia, Kijoviensis in Ucraina, et Bacoviensis in Moldavia. Episcopatum Camenecensem anno 1375 erectum fuisse Niesiecki t. I fol. 71 testatur, quod si verum est, peculiari bulla erectum fuisse oportet, cum in bulla pag. 32 cit. nulla illius mentio adsit. Certe anno 1412 jam existebat, nam in bulla Joannis XXIII praec. not. cit. inter ecclesias suffraganeas AEppi Leop. numeratur, porro Dlugoss. ad ann. 1411 commemorat bullam dicti Papae, qua ecclae Camenecens. in locum defuncti Alexandri Andream eppum praeficit. De fundatione eppatus Bacoviensis infra nobis sermo recurret (sub eppatu Joan. Zamoyski). Eppatus Vladimiriensis temporibus Witholdi Ducis Lithuaniae (primo dimidio saec. XV) ad oppidum Volhyniae Łucko (Luceoria) translatus est, et inde Luceoriensis dici coepit. Idem eppatus serius (nescitur quando et quo auctore) a Metropolia Leop. avulsus, et AEppatui Gnesn. subjectus est. Vid. Niesiecki t. I p. 45 et 46.

Appendix ad Proleg. § II.

GREGORIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Debitum pastoralis officii Nobis, licet immeritis, super universum Dominicum gregem divina dispositione commissi, exposcit et sollicitat mentem Nostram, ut ea, quae dicti gregis salutem praepediant, prout Nostrae possibilitati conceditur, amoveantur, illa disponamus providentia sollicita et sollicitatione provida, per quae cum favorae gratiae Dei salus ipsa valeat facilius provenire, ac lites et discordiae, praesertim inter personas ecclesiasticas celerius sopiantur. Dudum siquidem ad audientiam Nostram fide digna relatione producta, quod clarae memoriae Casimirus Rex Poloniae partes Russiae vicinas regno Poloniae, in quibus principes dominabantur, et populi habitabant non solum Schismatum, sed diversarum haeresum erroribus irretiti, pugnando viriliter contra eas, de ipsorum principum dominio dextera Domini secum faciente virtutem, per suam et aliorum fidelium potentiam eripuerat, ac sibi, et dicto regno, utique

Catholico, acquisiverat, et quod tempore acquisitionis hujusmodi, et post ipsam multae personae utriusque sexus dictarum partium a gratia Dei miserentis pereuntium animarum, et operatione dicti Regis nec non Praelatorum et clericorum, et Religiosorum ejusdem regni relictis schismate et erroribus praelibatis, ad orthodoxam fidem et obedientiam ac unitatem S. Catholicae et Apostolicae Ecclesiae conversae fuerant et reductae in eisque devota perseverantia permanebant; quod Haliciensis, Premisliensis, Lodomiriensis et Chełmensis Ecclesiae, quae in illis partibus consistebant prout consistunt, cathedrales erant, et ante acquisitionem hujusmodi per schismaticos et haereticos antistites detinebantur; quodque aliqui praedecessores Nostri Romani Pontifices ipsis Ecclesiis de personis Catholicis providerant, praeficiendo eos illis in Episcopos et pastores, et quod venerabilis frater Noster Eppus Lubucensis asserens dictas Ecclesias non cathedrales, sed duntaxat parochiales, ac sibi jure Dioecesano subjectas fore, consequenter esse in earum possessione, vel quasi. provisionibus hujusmodi sese opposuerat, prout tum etiam opponebat, ortaque super his, per Eppos per eosdem praedecessores promotos, seu aliquos ex eisdem ex una parte, et praefatum Eppum Lubucensem ex altera, materia quaestionis et causa, seu causis hujusmodi in Romana curia et commissionibus Apostolicis diutius ventilata seu ventilatis, et tandem pro parte dilecti filii Ladislai ducis Opoliensis, sub cujus temporali dominio dictae partes consistere asseruntur, quam nonnullorum aliorum fidelium, propagationem dictae fidei, et salutem animarum optantium Nobis similiter supplicato, ut super bis providere ex debito Nostri officii dignare-

mur. Nos venerabilibus fratribus Nostris Joanni Archieppo Gnesnensi, et Floriano Cracoviensi, ac Dobeslao Plocensi Eppis, Nostris dedimus litteris in mandatis, ut se, an videlicet dictae Ecclesiae cathedrales, aut tantum parochiales existerent, et populum Christianum habeant, diligentius informarent, et quidquid per informationem hujusmodi reperirent, Nobis per suas litteras quantotius rescribere non tardarent, ipsique AEppus et Eppi super hoc per eos informatione recepta Nobis per suas literas scripserunt, se per informationem hujusmodi reperisse, quod praenominatae Ecclesiae cathedrales existebant, et quod habebant in Civitatibus earum populum Christianum. Cum autem postmodum charissimus in Christo filius noster Ludovicus Rex Hungariae et Polóniae illustris et praefatus Dux Nobis per suos nuntios et literas supplicarint, quod cum dictae Ecclesiae reputarentur cathedrales, et singulae ipsarum haberent multum populum christianum indigentem utique regimine pastorali, et per multas dietas a civitate et dioecesi Lubucensi distarent, et propter hujusmodi distantiam idem Eppus Lubucensis raro etiam post multos annos consueverit ire ad Ecclesias praelibatas, et etiamsi essent parochiales, nequeat eis utiliter pontificalis officii ministerium exhibere in gravissimum animarum periculum, diminutionem dictae fidei et scandalum plurimorum, super his providere celeriter ex dicto officio dignaremur; Nos super hoc salubri et celeri remedio provisionem debitam adhibere, et quaestiones et lites hujusmodi, ne ipsarum praetextu praefati populi pastorum, qui eos in fide consolident, et crebrius consolident pabulo verbi Dei, et alias eis debitum officii pastoralis exolvant, opportunis solatiis

defraudentur, penitus terminare volentes, ac intendentes, quod quanto in dictis partibus plures erunt Catholici antistites, tanto fructuosius per eos intendetur circa regimen animarum, cultus dictae fidei defendetur validius, et diffusius extendetur; et habentes statum causarum hujusmodi, et alia omnia in his necessaria pro expressis, etiam dictorum Regis et Ducis in hac parte supplicationibns inclinati, matura super his cum fratribus Nostris deliberatione praehabita, tenore praesentium authoritate Apostolica declaramus, easdem Haliciensem, Premisliensem, Lodimiriensem, et Chełmensem Ecclesias fuisse et esse cathedrales, et locos, in quibus consistunt, fuisse et esse civitates, et ipsas Ecclesias ad cautelam de novo in cathedrales erigimus, eadem loca civitatum nominibus titulis et honoribus insignimus, et decernimus esse perpetuo Civitates, dictasque Ecclesias pro cathedralibus, et loca ipsa pro civitatibus perpetuo volumus reputari. Et si forsan Episcopo pro tempore existenti et Ecclesiae Lubucensi jurisdictio, dominium aut potestas in easdem Haliciensem, Premisliensem, Lodomiriensem et Chełmensem Ecclesias, aut earum civitatibus aut Dioecesibus, vel ipsarum aliquibus, aliquo tempore et de consuetudine vel de jure, aut quovis alio modo competierit, vel nunc competat, ipsas Ecclesias, ac Civitates et Dioeceses earundem ab omni hujusmodi jurisdictione, dominio, et potestate dictorum Episcopi et Ecclesiae Lubucensis perpetuo eximimus, ac etiam liberamus; decernentes antistites schismaticos, si qui forsan sunt in eis, tanquam reprobos et indignos esse ab illis penitus amovendos, et ipsos tenore praesentium authoritate praedicta amovemus, ipsamque Ecciesiam Haliciensem in Archiepiscopalem seu

Metropolitanam erigimus: statuentes, quod eadem Premisliensis, Lodomiriensis et Chełmensis Ecclesiáe dictae, Haliciensi Metropolitanae Ecclesiae sint perpetuo Suffraganeae, et Metropolitano jure subjectae, privilegiis, indultis, consuetudinibus et constitutionibus contrariis non obstantibus quibuscunque. Et insuper cupientes iisdem Ecclesiis, quae omnes pastoribus catholicis vacare dicuntur, utiles et fructuosas per Sedis Apostolicae providentiam praesidere personas, quae velint, sciant et valeant errores hujusmodi de praedictis Russiae partibus penitus extirpare, ac fideles in iisdem partibus commorantes exemplo vitae et salvifico pabulo verbi Dei confortare, provisionem earundem Ecclesiarum ordinationi et dispositioni Nostrae hac vice specialiter reservamus, decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. — Nulli ergo omuino hominum liceat hanc paginam Nostrae declarationis, erectionis, insignitionis, constitutionis, exemptionis, liberationis, amotionis, statuti et reservationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. — Datum Avenione Idib. Februar. Pontificatus Nostri anno V (1375).

§. III Dioecesis Premisliensis limites, eorumque lapsu temporis mutatio. Divisio in decanatus antiqua et moderna.

Dioecesis Premisl. antiquitus sequentes limites habuit: ad Septemtrionem Dioecesin. Cracov. [1]) et Chełmens.[2]) ad Occidentem Dioecesin. Cracov.[3]), ad Meridiem montes Carpathos, Russiam rubram ab Hungaria disterminantes [4]); ad Orientem Archidioec. Leopol. [5]) et Dioec. Chełm [6]).

---

[1]) Ad hanc plagam ecclae dioec. Cracov.: Bieliny, Ulanow, Rudnik, Jeżowe, Gorne, et ecclae D. Prem. in Leżaysk, Szarzyna, Sokołow, Żołynia confines erant. Nescio, quo fundamento E. Zacharyasiewicz ecclas in Bieliny et Ulanow olim ad Dioeces. Chełmen. spectasse asserat (Vit. Ep. LXIV) cum hiec quae in Schematismo dioec. adduximus, eas jam sacc. XIV dioecesis Crac. fuisse evincant.

[2]) Hic ecclesiae D. Prem. in Krzeszow, Tarnogrod, Łukowa, Potok, cum eccles. D. Chełm. in Tarnogóra ac Biłgoraj collimitaneae fuerant. Limitem inter utramque dioecesin ad Aquilonem et Orientem fluvius Tanew formabat.

[3]) Hic ecclesiae D. Crac. Głogow, Sędziszow, Zgłobień, Trzciana, Mrówla, Czudec, Strzyżow, Jedlicze, Zmigrod, Dukla, Jaśliska ab una, et ecclesiae D. Prem. Rzeszow, Przybyszowka, Swilcza, Tyczyn, Błażowa, Jasienica, Krosno, Rymanow, Jasionka, Lubatowa, Krolik parte ab altera finitimae fuerant.

[4]) Transmontanae ecclae in Lubomla, Gniazda, Letnicza, Podoleniec usque ad saec. XIV ad D. Cracov. spectabant, quo sacculo Eppo Crac. Joanne Muscata in exilio versante, per AEppum Strigon. avulsae sunt. Vid. Starowolski in Vit. Eppor. Cracovien. sub. Joanne Muscata.

[5]) In hoc limite nostrae erant ecclae in Krakowiec, Wiśnia, Fulsztyn, Sambor, Drohobycz et Stryj, contra ecclesiae in Jaworow, Bruchnal, Grodek, Komarno, Rudki, Żydaczow, Bolechow, et Dolina erant Leopolienses.

Quoad limites boreales, occidentales et meridionales nullam eppis Premisl. cum vicinis controversiam unquam fuisse legimus; at quoad fines orientales iisdem cum Aeppis Haliciensibus in primordiis utriusque Sedis nonnihil disceptationis fuerat. Quum enim utraque Dioecesis a fundatione sua longiori tempore pastoribus caruisset, evenit, ut primitus definiti limites oblivioni traderentur ac pertubarentur.

Sedente in Romana cathedra Urbano P. VI (1378—1389) Bernardus AEppus Halic. Ericum Eppum Prem. limitum turbationis et in jura sua involationis accusavit, quare Pontifex Demetrium AEppum Strigonien. et S. R. ecclae tit. SS. quatuor coronatorum Cardinalem ad hanc litem componendam delegavit. Qui quum re infecta supremum diem obiisset, Bonifacius IX instante Mathia Eppo Prem. litteris Aplicis d. d. VI Idus Junii, pontificatus sui anno octavo (1397) Petro

---

[1]) Ab hac parte ecclae in Cieszanow, Lubaczow, Oleszyce, Dzikow erant D. Premisl.; jam vero ecclae in Jozefow, Tomaszow, Magierow, Rawa, Niemirow, Żołkiew erant D. Chełmen.
Quodsi recentiorem Galiciae politicam divisionem in circulos spectemus, patet Dioec. Premisl. antiquitus sequentes circulos complexam fuisse:
a) integrum circ. Premisl. exceptis ecclesiis Jaworow et Bruchnal, quae erant ADioec. Leop.
b) integrum circ. Sambor. exceptis ecclesiis in Komarno, Rudki, Rummo, Tuligłowy, Wołoszcza, quae erant ADioec. Leop.
c) in circ. Stryjensi ecclas in Stryj et Skole.
d) integrum circ. Sanoc., excepta eccles. Jasliska, item exceptis ecclesiis moderni decan. Zmigrod, quae erant dioecesis Cracov.
f) in circulo Ressov. omnes ecclesias Decan. Leżaysc. Prevorsc. et Ressov. excepta eccla in Zgłobień, quae pertinebat ad D. Cracov.
g) in anteacto circ. Jasl. ecclesias moderni decanatus Krosn.

Wisz eppo Cracov. demandavit: ut limites utriusque dioecesis ad statum pristinum, in quo ante tempora Casimiri R. P. et Russiae rubrae cum Polonia unionem existebant, authoritate Applica reduceret. Hic ergo Praesul anno sequenti Leopolim veniens, auditis utriusque partis procuratoribus, die 24 Septembris 1398 in castro minori Lemburgensi decretum diffinitivum tulit [1]), quo limites utriusquae dioecesis hunc in modum circumscripsit:

„Ubi confiniunt limites Lubaczov. et Grodecen. „usque ad fluvium Rak [2]) vulgariter dictum, sive pontem „in eodem fluvio situatum, et ab eodem ponte ac fluvio „progressive et directe transeundo ad fluvium sive lutum „Blosew vulgariter dictum, et inde usque ad eum locum, „ubi Blosew cadit in fluvium Dnestr vulgariter appella„tum, et sic procedendo per fluxum ejusdem fluvii Dnester „usque ad illum locum, ubi fluvius Strig vulgariter ap„pellatus ortus est et surrexit, et usque ad illum locum, „ubi idem fluvius Strig in Dnestr fluvium introivit, „inclusis castris Tustan [3]) Zambor, nec non districtibus „Strigensi, Drohobycensi cum eorum adjacentiis „universis a parte illa dictorum fluviorum situatis, cum „pleno jure et dominio spiritualium [4]), cum omnibns juri-

---

[1]) Documentum hoc una cum litteris executionis d. d. Jarosław 27 Sept. 1398 in originali superest.

[2]) Korczyński E. P. qui hoc documentum in „Przyjaciel chrześ. prawdy“ imprimi fecit, legit. „Rusz.“ At nostra lectio inspectione autographi nititur.

[3]) Nequit hic intelligi arx Tustan, in Pocutia sita, ubi fluvius Prut originem sumit (vid. Swięcki opis starożyt. Polski tom. 2 p. 3), sed castrum Tustan hic commemoratum quaeri debet prope Drohobyciam, fortasse ubi nunc villa Tustanowice sita est.

[4]) Intelligit jus visitandi ecclas, clerum ac populum reformandi, ordinandi, benedicendi templa ac oratoria, altaria, vestimenta et vasa sacra conservandi etc.

„bus, pertinentiis fructibus proventibus [1]) ad ecclesiam „Premisl., ac dominum Mathiam eppum Prem. et ejus „successores perpetuis temporibus pertinuisse ac pertinere „debere, eundemque dominum Mathiam E. P. et eccle„siam suam in eorumdem castrorum, districtuum, oppi„dorum, villarum adjacentium possessionem, gubernatio„nem, regimen et tuitionem (fruitionem?) auctoritate Apli„ca admittendum; contra domino Jacobo AEppo Halic.[2]) „et suis successoribus perpetuum super his silentium im„ponendum fore".

His ergo limitibus dioecesis Premisl. usquae ad annum 1772, qui regni Poloniae postremus fuit; continebatur; exinde vero variae mutationes acciderunt, quas sequentibus ordine chronologico recensemus.

I. In prima regni dismembratione ecclesiae Dioeces, Chelm. in territorio polon., Austriacae domui incorporato, sitae i. e. omnes ecclesiae neoformati circuli Zamosc. et Żołkiev. jurisdictioni Eppi Prem. subjectae sunt. Hoc modo dioecesis Prem. sequentes parochias acquisivit:

A. In circulo Zamoscensi.

a. Decanat. Zamosc.

1. Zamość nowy (cum collegiata). 2. Zamość stary. 3. Łabunie. 4. Krasnobrod (c. Conv. Dominic.) 5. Rode-

---

[1]) Respicit praesertim decimas, quae ex agris novalibus jure dioecesano ad eppum pertinebant.

[2]) Ergo Jacob. de Strepa annis 1397 et 1398 jam fuit AEppus Leopol. quumque juxta Scrobissovium A. D. 1411 defunctus sit, omnino nullus locus relinquitur Petro AEppo, in Schematismo ADioec. Leop. inter Bernardum et Jacobum Strepam posito. Niesiecki quidem eum in quopiam privilegio regio de anno 1406 a se inventum asserit. Sed si hoc documentum genuinum est, poterat esse Metropolita Halic. rit. graeci.

cznica. 6. Szczebrzeszyn. 7. Wielończa c. filia Nielisz. 8. Sitaniec. 9. Jozefow. 10. Gorecko (parochia Minorit. Conventual.)

b. Decanat. Hrubieszow.

1. Hrubieszow. 2. Horodło. 3. Moniatycze. 4. Krylow. 5. Trzeszczany. 6. Oszczow. 7. Rzeplin.

c. Decanat. Grabowec.

1. Grabowiec. 2. Dub. 3. Wozuczyn. 4. Dzierążnia. 5. Rachanie. 6. Łaszcow. 7. Grodek. 8. Nabroż. 9. Tyszowce. 10. Skierbieszow. 11. Bończa. 12, Uchanie.

d. Decanat. Tarnogrod.

Ad ecclesias in Tarnogrod, Łukowa, Potok, Krzeszow. cum filia Huta Krzeszowska, quae jam pridem fuerant Dioec. Prem., de novo accesserunt:

1. Tomaszow, c. fil. Zamczysko. 2. Łaszczowka. 3. Chodywańce.

B. In Circulo Żołkiev.

Ad ecclas hucunsque possesas in Lubaczow, Łukawiec, Oleszyce, Cieszanow, Dzikow (antea ad Decan. Tarnogrod. spectantes) accreverunt:

a. Decanat. Lubaczov.

1. Płazow. 2. Narol. 3. Lipsko. 4. Magierow. 5. Rawa. 6. Uhnow. 7. Potylicz.

b. Decanat. Sokal.

1. Sokal (c. conv. Bernard.) 2. Bełz. 3. Uhrynow. 4. Waręż (c. Colleg. schol. Piar.). 5. Stojanow. 6. Tartakow. 7. Ostrow. 8. Mosty. 9. Stanin c. fil. Witkow. 10. Dobrotwor.

II. A. D. 1772 cum Cajetanus Ignat. Sołtyk Ep. Cracov., morbo psychico affectus Dioecesis suae regimini impar evasisset, August. Josephus II Imperator disposuit: ut cisvistulana Dioec. Crac. pars, A. D. 1772 Ga-

liciae incorporata, eum in modum procuraretur, quo Dioeceses in c. r. ditionibus Sede eppali vacante vel impedita administrari solent. Quare C. R. Gubernium omnes ecclas dictae Dioec. in modernis circulis Wadovic., Sandec., Bochnen., Tarnov., Ressov. ac Duklensi sitas Eppo Prem. regendas commendavit, ea tamen lege ut Praeposito Tarnov., qui hucusque Eppi Cracov. in dictis partibus Vicarius generalis fuit, similis jurisdictio ab Eppo Prem. delegaretur. Anno tamen 1785 e dictis partibus nova Dioecesis Tarnov. formata, cui praefatus Vicarius (Duval) qua primus eppus praefectus est.

III. A. D. 1784 Vencesl. Betański E. P. AEppo Leopol. sequentes ecclas circ. Żołkiev. cessit:

1. Magierow. 2. Mosty. 3. Rawa. 4. Dobrotwor. 5. Stanin c. fil. Witkow. 6. Politycz. 7. Uhnow. Quarum loco ex ADioecesi sequentes accepit: 1. Bruchnal. 2. Iaworow. 3. Niemirow. 4. Horyniec.

IV. A. D. 1786 Ant. Gołaszewski E. P. Amando Janowski, Eppo Tarnov., ecclas Decanatus Krosnensis in circ. Duklensi sitas, cessit; vicissim vero ab illo obtinuit omnes ecclas circ. Ressov., quae olim ad Dioeces. Cracov. spectaverant, scil. ecclam in Zgłobień (decanatui Ressov. adjunctam), tum omnes, quae modernos decanatus: Głogov., Miechocin., Rudnic. constituunt.

V. A. 1787 idem Ant. Gołaszewski AEppo Leop. omnes ecclas suas in circ. Zołkiev. sitas (vid. supr. I B. a. b.) item ex ecclesiis sub III enumeratis Niemirov. et Horyniec; nec non ecclam in Stryj resignavit, earum loco vero in circ. Sambor. accepit ecclas: 1. Rudki. 2. Komarno. 3. Rumno. 4. Tuligłowy. 5. Wołoszcza.

VI. A. D. 1805 sublato, vel potius in Kielcensem commutato, eppatu Tarnov. omnes ecclae circ. Tarnov. et aboliti Jaslen. Dioecesi Prem. accreverunt.

VII. A. D. 1809 pace Vienn. inter Aug. Franciscum I Austriae, et Napoleonem, Gallor. Imperatorem, conclusa circulus Zamoscensis a Galicia avulsus, ac ducatui Varsavien. incorporatus, in spiritualibus vero jurisdictioni eppi Lublinensis subditus est.

VIII: A. D. 1823 nova in Galicia Dioecesis Tinecensis ex ecclesiis circ. Wadovic., Sandec., Bochnen. ac Tarnov. formata est, cujus sedes eppalis 1827 Tarnoviae locata est, unde et ipsa dioecesis Tarnov. nomen accepit. Ea ergo occasione ecclae circ. Tarnov. a dioecesi Prem. separatae, jam vero ecclae circ. olim Duklensis (postea Jaslensis) eidem relictae sunt.

Divisio dioecesis in decanatus perantiqua est. Jam 1385 occurrit Joannes Decanus et plebanus Premisl. 1394 Fridericus Decan. rural. Lancutensis. Quot autem decanatus primitus fuerint, ob penuriam fontium erui nequit.

Ad finem saec. XV sub eppatu Laurentii Goślicki [1]) septem erant decanatus: 1. Premisl. 2. Jaroslav. 3. Krosnen. 4. Sanoc. 5. Sambor. 6. Ressov. 7. Denov.

Math. Pstrokoński octavum addidit (1603) Sokołovien., quem Adam. Nowodworski Leżayscensem nuncupavit (1630) [2]).

Petr. Gembicki in Synodo dioecesana (1641) decanatum Premisl. ob nimiam extensionem in duos divisit, unde novus accrevit decanatus Moscicensis [3]).

---

[1]) Vid. Act. eppatus ejus. Actor epp. vol. XIX ab initio.

[2]) Vid. Acta utriusq. Eppi sub annis citt. Novus decanatus conflatus fuerat ex ecclesiis decanatus Jaroslav: Giedlarowa, Leżaysk, Wola Kulińska, Tarnogrod, Łukowa, Trzebozwica, (Wola Zarczycka), et ex ecclesiis decanatus Ressov. Zaczernie, Nienadowka, Łąka, Kraczkowa, Wysoka, Markowa, Halwigowa, Hanzlowka.

[3]) Decanatui Moscisc. assignatae sunt ecclesiae: Miżyniec, Radochońce, Hussakow, Myslatycze, Mościska, Wiśnia, Mil-

Hic 9 decanatuum numerus usque ad tempora Christop. Szembek perduravit (1723) [1]).

Novam dioecesis divisionem instituit Vencesl. Hieronymus Sierakowski (1742—1760), eam in 3 Archidiaconatus, et hos singulos in 4 decanatus partitus. En conspectum hujus partitionis [2]).

A) Archidiaconatus Premisl.

I. Decanatus Pruchnicen. cum parochiis:

1. Radymno. 2. Wyszatyce. 3. Żurawica. 4. Ujkowice. 5. Krasiczyn. 6. Krzywcza. 7. Babica. 8. Pruchnik. 9. Tuligłowy. 10. Rokitnica. 11. Husienice. 12. Kaszyce. 13. Łowce.

II. Decanat. Sambor.

1. Sambor nova c. fil. Strzałkowice. 2. Sambor antiqua. 3. Starasol. 4. Turka (missio S. J.) 5. Czukiew. 6. Winniki. 7. Drohobycz. 8. Stryj. 9. Skole (Capell. Carmelit. Drohob.) 10. Medenice. 11. Rychcice. 12. Dublany. 13. Łanowice. 14. Wojutycze.

III. Decanat. Mościsc.

1. Hussakow. 2. Myslatycze. 3. Pnikut. 4. Radochońce. 5. Krukienice. 6. Radynice. 7. Mościska. 8. Sto-

---

czyce, Radynice, Pnikut, Krukienice, Czyszki, Rybotycze Biercza, Leszczawa, Krasiczyn. Premisliensi remanserunt, parochiae: Żurawica, Wyszatyce, Medyka, Stubno, Krakowiec, Radymno, Łowce, Ujkowice, Kusienice, Rokitnica, Tuligłowy, Pantalowiec, Pruchnik, Babice, Krzywcza. Vid. Act. Synod. dioec. ex an. cit.

[1]) Vid. Acta Synodi dioec. ex an. cit. Nihil falsius opinione Eppi Zacharyasiewicz (Vit. Epp. Pr. fol. LXII) hos 9 decanatus inde a primordiis dioecesis nostrae extitisse. Hanc sententiam, quae a nobis supra dicta sunt, satis refutant, ut nihil dicam, dioecesin nostram sub Erico Eppo vix tot parochiis constitisse.

[2]) Vid. Acta huj. Eppi sub 24 Mart. 1751.

jańce. 9. Sąd. Wiśnia. 10. Milczyce. 11. Krakowiec. 12. Stubno. 13. Medyka. 14 Michałowka.

IV. Decan. Neomestensis.

1. Fulsztyn. 2. Chyrow. 3. Laszki murow. 4. Dobromil. 5. Kalwarya (Conv. Minor.) 6. Rybotycze. 7. Nowosielce. 8. Leszczawa. 9. Biercza. 10. Niżankowice. 11. Nowe-Miasto. 12. Miżyniec. 13. Czyszki. 14. Błozew. 15. Sąsiadowice (Conv. Carmel.)

B. Archidiaconat. Jaroslav.

I. Decanat. Jaroslav.

1. Jarosław. 2. Rudołowice. 3. Zarzecze. 4. Siennow. 5. Pantalowice. 6. Kańczuga c. fil. Gać. 7. Manasterz. 8. Hussov. 9. Hanzlowka. 10. Albigowa. 11. Markowa. 12. Sietesza. 13. Ostrow. 14. Urzejowice. 15. Przeworsko. 16. Gniewczyna.

III. Decan. Tarnogrod.

1. Krzeszow. 2. Potok (alias: Wola Kulińska). 3. Tarnogrod. 4. Łukowa. 5. Dobropol (al. Majdan Sieniawski). 6. Sieniawa. 7. Dzikow. 8. Oleszyce. 9. Lubaczow. 10. Łukawiec. 11. Laszki. 12. Cieszanow.

IV. Decanat. Leżajscens.

1. Nowosielce. 2. Łancut c. fil. Kosina. 3. Krzemienica. 4. Medynia. 5. Nienadowka. 6. Sokołow. 7. Żołynia. 8. Grodzisko. 9. Giedlarowa. 10. Leżajsko. 11. Wola-Zarczycka. 12. Sarzyna.

IV. Decanat. Ressovien.

1. Rzeszov. 2. Staromieście. 3. Tyczyn c. fil. Borek. 4. Krasne. 5. Malawa. 6. Kraczkowa. 7. Wysoka. 8. Chmielnik. 9. Wola-Rafałowska. 10. Lubenia. 11. Pietraszówka (alias Boguchwała). 12. Zabierzow. 13. Świlcza. 14. Przybyszowka. 15. Słocina. 16. Łąka. 17. Zaczernie.

C. Archidiacon. Brzozov.

I. Decanat. Brzozov.

1. Brzozow. 2. Jaćmierz. 3. Strachocina. 4. Grabownica. 5. Humniska. 6. Dudenice. 7. Jasienica. 8. Blizne. 9. Kalmbornia. 10. Jasionow c. fil. Trześniow. 11. Przesietnica. 12. Golcowa. 13. Dednia. 14. Domaradz.

II. Decanat. Krosnen.

1. Krosno. 2. Krościenko. 3. Kotczyna. 4. Odrzykoń. 5. Haczow. 6. Targowiska. 7. Rogi. 8. Iwoniecz. 9. Królik. 10. Lubatowa. 11. Klimkowka. 12. Rowne. 13. Wrocanka. 14. Miestce. 15. Jasionka. 16. Jáśliska.

III. Decanat. Sanoc.

1. Sanok. 2. Lesko. 3. Zagórz. 4. Jasień. 5. Tyrawa-Wołoska. 6. Poraż. 7. Hoczew c. fil. Sredniawieś. 8. Wołkowya. 9. Polana. 10. Nowotaniec. 11. Bukowsko. 12. Niebieszczany. 13. Besko. 14. Zarszyn. 15. Rymanow. 16. Tyrnawa regalis (Mrzygłod). 17. Uherce.

IV. Decanat. Denov.

1. Denov. 2. Bachorzec. 3. Dubiecko. 4. Dylągowa. 5. Nozdrzec. 6. Wesoła. 7. Błażowa. 8. Hyżne. 9. Harta. 10. Łubna. 11. Futoma. 12. Jawornik. 13. Izdebki.

Haec divisio ad ann. 1772 permansit. Postquam vero dioecesis nostra parte dioec. Chełmen. adaucta est, nova decanatum regulatio necessaria evasit, quam Venc. Betański E. P. cum respectu ad circulos politicos hunc in modum perfecit (1785) [1]):

I. In circ. Premisl.

a. Decanat. Prem. b. Decanat. Jarosłav. c. Decanat. Mościsc.

---

[1]) Vide MS[tum] autographum hujus eppi s. t. „Consignatio gralis ecclar. parochial. D. Prem.“

II. In circ. Sambor.

Decanat. Sambor.

III. In circ. Ressov.

a. Decanat. Ressovien. b. Decanat. Kańczugen. v. Prevorsc. c. Decanat. Leżayscen.

IV. In circ. Liscensi.

a. Decanat. Brzozov. b. Decanat. Rymanov. c. Decanat. Sanoc. d. Decanat. Liscen. e. Decanat. Dobromil.

V. In circ. Duklensi.

Decan. Krosnens.

VI. In circ. Zamoscen.

a. Decan Zamosc. b. Decan. Hrubieszov. c. Decan. Grabovec. d. Decan. Tarnogrod.

VII. In circ. Żołkiev.

a. Decan. Lubaczov. b. Decan. Sokal.

Anno 1786 avulsus est decanat. Krosn., utpote Eppo Tarnov. cessus, accreverunt vero

in circ. Ressov.

Decanat. d. Rudnicensis. Decanat. e. Miechocin. Decanat. f. Głogov.

A. D. 1787 Decanatus Sambor. in duos dismembratus est. Sic accrevit decan. Drohobycensis. Porro e nonnullis parochiis decanatuum Jaroslav. et Mościsc. formati sunt decanatus: Pruchnicen. et Iavorov.. 2 vero decanatus in circ. Żołkiev., Lubaczov. et Sokal ad ADioec. Leopol. transierunt.

A. D. 1805 accreverunt:

I. in circulo Tarnov.

1. Decanatus Tarnov. 2. Decan. Dąbroven. 3. Decan. Mielec. 4. Decan. Pilzen. 5. Decan. Radomyśl. 6. Decan. Ropczycen.

II. in circ. Jaslensi.

1. Decan. Jaslen. 2. Decan. Strzyżov. 3. Decan. Zmigrod. 4. Decan. Biecen. 5. Decan. Krosnen.

A. D. 1809 4 decanatus circuli Zamoscensis Eppo Lublin. cessi sunt.

A. D. 1823 6 decanatus circ Tarnov. ad neo-erectam dioecesin. Tinecen. transierunt.

A. D. 1841 Franc. Zacharyasiewicz E. P. Decanatum Premisl. in 2 divisit: urbanum et extra-urbanum.

A. D. 1861 Adamus Jasiński E. P. decanatum Strzyżov. in 3 partitus est: Strzyżov., Frysztac. et Brzostec.

Post quas mutationes Dioecesis Premisl. ad praesens numerat decanatus 26; quorum nomina, parochias et harum praecipua fata in Schematismo dioecesano vide.

Limites vero Dioecesis modo constituunt: a Septemtrione Dioeceses Sandomir. et Lublin. in regno Poloniae sitae, ab occidente Dioec. Tarnov., ab oriente Archidioec. Leopol., a meridie Dioec. Cassoviensis in Hungaria.

PROËMIUM

ad Seriem Episcoporum Premisliensium rit. lat.

In prolegomenis observavimus, tempus, quo Episcopatus Prem. r. l. erectus fuerit, cum certitudine historica praecise definiri haud posse.

Equidem Gregorius P. XI ecclesiam Premisl ab olim cathedralem fuisse et esse declaraverat, ad cautelam vero, si forte res aliter sese haberet, eam de novo ad dignitatem ecclesiae cathedralis, Archiepiscopo Haliciensi jure Metropolitano subjectae, elevaverat (1375) [1].

Nihilominus tamen compertum est, Romanos Pontifices jam ante Gregorium XI (i. e. ante 1370) ecclesiae Premisl. de pastoribus catholicis r. l. providisse. Etenim sub pontificatu Clementis VI (1342—1352) Ywanum episcopum ecclesiae Prem., tunc Sedi Apostolicae immediate subjectae, deprehendimus [2].

Huic defuncto idem Papa Nicolaum Ruthenum, Conventus Sandomir. ord. FF. Praedicatorum Priorem, suffecerat, at bullis pro ipso nondum expeditis Pontifex dictus mortuus est. Clementis tamen successor Inno-

---

[1] Vid. Proleg. II Append.

[2] Id diserte testantur bullae mox not. 3 citandae. Hinc quoque colligitur, ecclesiam Haliciensem ante 1375 non fuisse Metropolitanam.

centius P. VI (1352—1362) Nicolai nominationem ad ecclesiam Premisl. ratam habuit [1]), eumque apud Sedem Apostolicam (i. e. Avenione, ubi tunc Pontifices residebant) consecrari fecit [2]). De quo Eppo ceteroquin nihil constat, nisi quod aeque ac Iwanus, (seu Joannes) alibi residens [3]), ante 1375, quo Gregorius XI memoratam bullam erectionis episcopatus Prem. ediderat, fatis cesserit [4]). Cui successit Ericus. Stemmatis Mora. Sunt, qui velint, ante Ericum regnante in Polonia Ludovico, Philippum Komarnicki, armorum Łodzia, Decanum Cracov., Episcopum Premisl. fuisse, quam tamen narrationem merito fabulis annumeramus [5]).

[1]) Vid. bullam hujus Pontificis d. d. Avenione XV Cal. Febr. (i. e. 18 Januar.) Pontificatus anno 1° (i. e. 1353) editam apud Theiner in monum. hist. Pol. tom. I fol. 543.

[2]) Vid. bullam ejusd. Ptficis d. d. apud villam nov. Avenion. dioec. XCalend. Sept. (23 Aug.), pontificatus anno 2° (1354) apud eund. Theiner fol. 555. Consecrator ejus fuit Johannes Eppus Carminen.

[3]) Ericus E. P. in documento ordinationis Capituli Cathed. 1390 scribit: „cum ipsa (eccla Prem.) nullus unquam ante nos per„sonalirer catholicus sponsus, scil. Pontifex habitavit".

[4]) Id vel inde colligere licet, quoniam Pontifex in bulla not. 1 cit. provisionem pro hac vice sibi specialiter reservat.

[5]) Relatio isthaec nititur libello, regnante in Polonia Sigismundo III sub titulo: „Rokosz Gliniański" divulgato, antea vero prorsus ignoto, quem Augustin. Kołudzki in opere: „Tron „Ojczysty, albo plac wieczności, na krótkiem zebraniu kró„lów i książąt polskich. W Poznaniu 1704" allegato. Scriptum illud spurium esse, indubiis argumentis pridem evicit Joseph. Załuski Eppus Kijov. in tractatu: „Specimen histo„riae Polonae criticae, constans animadversionibus in historiam „Ludovici Pol., et Hung. Reg., ab Augustino Kołudzki de„scriptam. A. D. 1733". Cf. Naruszewicz, histor. narod. pol. tom. 7 fol. 145 seqq. Falsitas memorati testimonii de eppatu Phil. Komarnicki, quem etiam Catalogus Canonicor. Cracov. qua Decanum ecclesiae Cethedr. Cracov. prorsus ignorat, satis evidenter apparet e bulla Gregorii XI de anno 1377, inferius sub Erico Eppo not. 1 citanda, qua huic Praesuli eppatum Premisl. post obitum Nicolai vacantem, confert, unde sole clarius apparet, inter hos duos Praesules nullum intercessisse.

SUMMARIUM

documentorum ad tempora ERICI Ep. Prem. pertinentium.

Asteriscus * notat.: documentum in originali superesse. Ubi fons non indicatur, noverit lector, concernens documentum in Actis eppalibus, aut capitularibus in extenso, vel Summarice contineri. Priora ab anno 1470, posteriora ab anno 1443 incipiunt.

I. 1375. Avenione Id. Febr. Gregorius P. XI ecclesias Halicien., Premislien., Lodimir et Chełmen. ab antiquo cathedrales fuisse declarat, easdem ad cautelam denuo in cathedrales erigit, ab omni jurisdictione Eppi Łubucen. eximit, et ecclam Halicien. ad dignitatem Metropolitanae evehit. Apud Theiner, in monum. hist. Pol. t. I fol. 713.

II. 1377. 13 April. Gregor. P. XI Ericum de Winsen ecclae Premisl. Eppum praeficit. Theiner mon. h. p. tom I f. 743.

III * 1384. 3 Non. April. Maria, regina Hungar., Galiciae etc. eppatui Premisl. dotem assignat super bonis regalibus: Wresen (Brzozow), Domarethz (Domaradz), Rauna (Rowne), Cyrgow (Cergowa) ad castrum Sanocense, Radimpna (Radymno) ad castrum Premisliense pertinentibus, simul dicta bona ab omni jurisdictione magistratuum saecularium liberat.

IV * 1584. Budae fer. 5 post invent. S. Crucis Demetrius t. SS. Quatuor. Coronat. S. R. E. Cardinalis Presbyter, Eppatus Strigon. perpetuus administrator, Sedis Aplicae per Hungar. et Polon. legatus donationem decimarum eppal. e districtu Lanchudensi (Łancuten.) per Henricum E. P. in rem Capituli sui cathedr. factam, auctoritate Aplica confirmat.

V * 1385. Prem in Octav. SS. Philippi et Jacobi Aplor. Emericus Bebek, Russiae Capitan,. recognoscit: nobilem Petrassium Sayski villam suam Pnikult in terra Prem. ecclae cathedr. Prem. s. t. B. Mariae V. donasse.

VI * 1386. Crosnae in Circumcis. Dni. Ericus E. P. Michaeli advocato in Równa vendit nemora inter Cyrgowa et Równa super aquam Yessone (hod. Jasionka, al. Jasiołka) ad locandam ibi villam jure teutonico, Byskupeswalt appellandam.

VII * Prem. fer. 6 post Dom. Misericordiae. Consules et Advocati Prem. recognoscunt: D. Ericum E. P. a nobili viro Miczisko de Ożeńsko, Procymo et Paśko, Martino et Clemente, scultetis in Radymnas scultetiam in Radymna emisse et pecuniam pro ea persolvisse.

VIII * 1390. fer. 2 infr. Oct. Epiph. Dni. Ericus E. P. res capituli sui Cathedr. ordinat. eidemque congruam dotationem assignat.

IX * 1391. Instrumentum publ. Notarii d. d. Premisliae 14 Maji 1391, quo significat: Ericum E. P. Capitulo suo cathedrali certis sub conditionibus tabernam in villa eppali Radymna donasse.

I.

ERICUS (i. e. Henricus) WINSEN,

stemmatis MORA,

Eppus Premislien. 1377—1391.

Contemporanei

Reges.	Pontifices.	Primates R. P.
Ludovicus Hung. et Pol. Rex 1370—1383.	Gregor. P. XI 1370—1378.	Joan. IV Suchywilk 1376—1382.
Maria, Hung. Galic. etc. Regina 1382—1390.	Urban VI 1378—1389.	Bodżanta Szeliga † 1389.
Vladislaus II Jagello, R. P. 1386—1434.	Bonifac. P. IX 1389—1404.	Joan. Kropidło resig. 1394.

Archieppi Metrop. Halicien.

Mathias, elect. Halic. 1376. 1377. 1378.

Bernardus de Kozłorogi † 1391.

Auspicamur seriem Episcoporum ab ea epocha, qua historia episcopatus, bulla Gregorii P. XI anno 1375 confirmati, majorem lucem historicam foenerari incipit.

Agmen eorum ducit:

Ericus Winsen, stemmatis Mora, quem ecclesiae Premisl. per obitum Nicolai Rutheni pastore suo viduatae, 1377 eppum praefectum esse constat [1])

De anteriori ejus vita pauca tantum innotuerunt, quae eo redeunt: ipsum patria Luneburgensem, gente Germanum [2]), professione religiosum Ord. Minor. S. Francisci [3]) fuisse.

---

[1]) Vid. bullam Gregor. XI d. d. 13 April. 1377 apud Theiner t. I f. 743. Ex hac bulla discimus etiam ejus cognomen „Winsen", Actis nostris prorsus ignotum. Annum 1377 esse annum nominationis et ordinationis suae, ipse quoque Ericus innuit, dum in documento locationis villae Jasionka (Biskupeswald), 1386 condito, ait: „Pontificatus nostri anno nono. Nobilem fuisse, Dlugossius testis est lib. X col. 26 Cf. quoq. Niesiecki in scr. Eppor. Prem. et art. Mora. Stemmate autem isthoc, (quod est caput Aethiopis, circa tempora fascia alba praecinctum), in sigillis suis non utebatur. In omnibus ejus documentis, quae supersunt, nunc sigilla deficiunt, ast Frid. Alembek sigillum, ejus diplomati ex anno 1390 more saeculi subappensum, ita describit: Est oblongioris formae cum imagine Eppi sedentis, unaque manu pedum pastorale tenentis, altera vero benedicentis. Subter cernitur imago alterius Eppi, pastorale inter bracchia, orantis more composita tenentis, ad ejus latus duo clypei, alter crucem in colle plantatam, alter aquilam dimidiatam exhibens. Delineatio visitur in MS° „Vitae Epporum Premisl." quod in Archivo cathedr. asservatur.

[2]) Hoc ipse testatur, in statuto capitulari ex an. 1390 scribens: „Suscepto per nos rite sub eodem SS. Patre (Greg. XI) consecrationis munere, de terra et cognatione nostra, de celebri ducatu Luneburgensi et gentis Saxonum germanicae, relictis domo et parentibus egredientes, quasi peregre profecti „in regionem longinquam gressus nostros direximus, videre „vultum commissi nobis gregis etc." Neque mireris ecclesiae Premisl. in ditionibus Regni Poloniae sitae, Alemannum Eppum praefici nam Catholici r. l. in terris Russiae degentes, quoad magnam partem coloni erant, e Germania adducti, quod et ipsa nomina civium Premisl., in antiquis documentis hinc inde obvia, palam faciunt. Cf. Prolegom. II Adhuc 1452 in Capitulo post fest. Epiph. concluditur: „ut postquam ali„cujus Praelati vel Canonici Vicarianus vacaverit, extunc

Quando ad officium pastorale vocatus est, tempora satis erant nubila. [1]). Poloniae regnum cujus provincia erat Russia rubra, post fata Casimiri M. (1370), Ludovico, Hungariae Regi, Casimiri e sorore nepoti, obtigit, qui quia in Hungaria ordinarie residebat, rebus Polonicis opportune efficaciterque prospicere haud poterat [2]).

Ipsa Russia rubra, haud ita pridem Poloniae incorporata, zelotypiae inter Hungaros ac Polonos objectum erat, ac Ludovicus rex, Hungaris magis quam Polonis favens, castra regionis et magistratus publicos per Hungaros occupari fecit Rege mortuo (1382) res aliquam-

---

„praesentet Vicarium linguae teutonicae gnarum ad verbum „Dei hac lingua praedicandum".

[1]) Vid. Dlugoss. loc. cit. lib. X. Juxta bullam Gregorii XI ex an. 1377 Ericus a Pontifice Eppus creatus fuerat. Cum autem Pontifex in bulla dd. 13 Febr. 1375 ad Vladislaum Opoliensem, Russiae principem, data scribat: „Intendentes iisdem „ecclesiis (Halic. Prem. etc.) de personis utilibus providere..., „venerabilibus fratribus nostris, AEppo Gnesnensi, Cracovien. „et Plocen. Eppis committimus..... quod communicatis tuis „consilio et informatione de personis idoneis, timentibus Deum „et zelum habentibus animarum, in lege Domini eruditis, ac „scientibus ydioma partium praedictarum, seu aptis ad illud „addiscendum, vos, quam cito commode poteritis, infor„mare, et informationem hujusmodi sub suis sigillis nobis de„stinare curetis, ut nos vestra informatione recepta possimus „dictis ecclesiis de idoneis pastoribus utilius providere etc." inde inferendum est: Ericum non sine influxu praefati Ducis et memoratorum Praelatorum ad Eppatum Prem. assumtum fuisse. Siarczyński (Czasop. Księg. Ossolińskich. R. 1828 zesz. 1) vult, Ericum nostrum fuisse de societate fratrum peregrinantium, et jam antea in partibus Russiae jurisdictionem eppali similem exercuisse. Quae assertio, licet nullo testimonio fulta, a vero non est absimilis. Etiam inscriptio ejus imagini in eccla PP. Minoritar. Prem. apposita perhibet: „eum fuisse Missionarium zelosissimum, ac post varia in or„dine suo officia primum Eppum Premisl."

[2]) Rege absente justitiae administratio tardo passu procedebat; hinc latrocinia et violentiae omnis generis audacter commit-

diu in ancipiti versabatur. an unio personalis utriusque regni perduratura esset. Tandem mutua procerum utriusque nationis conventione conclusum est: ut Maria, defuncti Ludovici filia natu major, Hungaris, jam vero junior, Hedvigis, Polonis imperaret [1]).

Status interregni securitati internae Poloniae salutaris esse non poterat, in specie autem Russiae regiones a Tartaris et Lithuanis infestabantur[2]).

Anno 1386. Hedvigis, Poloniae Regina, Jagelloni M. Duci Lithvaniae nupsit, qui et ipse sub nomine Vladislai sacra Christiana amplexus est, et gentem suam, hactenus idolis servientem, ad eandem fidem convertit

Hic qua Vladislaus II regni Poloniae habenas capessivit, et populos sibi subjectos contra varios hostes, praesertim contra equites teutonicos, Prussiae dominos, strenue defendit [3]).

Nec laetior erat rerum ecclesiasticarum in orbe Christiano facies; licet enim Gregorius XI Sedem pontificiam Avenione Romam transtulisset, tamen post ejus obitum

---

tebantur; et securitas publica in summum discrimen adducebatur. Vid. Długoss., Miechov. et Cromer. in historia hujus Regis.

[1]) Vid. Proleg. I 15.

[2]) A. D. 1376 Litvani Russiam rubram invaserunt, totumque tractum inter Vistulam ac Sanum usque ad Tarnov. depopulati sunt. Miechov. l. 4 c. 30. Dług. lib. X col. 32. In Archiv. cathedr. superest privilegium Vladislai Ducis Opolien. dd. in vig. S. Martini E. 1378, quo Jesconi de Masovia scultetiam in Radymno eum in finem confert, „ut pecunia ex ejus „venditione obtinenda, de captivitate, qua per Lytwanos „fuit innodatus, se debeat absolvere, redimere et liberare". Neque id mirum, cum referente Długossio barbari illi magnam copiam hominum utriusque sexus cum praeda et pecore, ecclesiis exustis, in servitutem abduxerint.

e diuturna illa Pontificum ab Urbe absentia magnum occidentale schisma enatum est.

Dioecesis nostrae Premisliensis a Pontifice solemniter quidem agnita, et ab omni jurisdictione Eppi Lubussensis exempta fuit; ast Ericus Eppus eam in miserrimo statu deprehendit; nam limites ejus erant controversi [1]), ecclesiae rarae [2]), populus fidelis haud numerosus [3]), ipsa cathedralis ecclesia cum possessionibus suis a Schismaticis occupata [4]), dotatio eppatus nulla [5]), ideo et auctoritas

---

[3]) Jagello, M. Dux Lithvaniae A. D. 1386 Cracoviae per Bodżantham AEppum Gnesn. sacro fonte ablutus, (14 Febr. ipso festo S. Valent. M.) Vladislai nomen assumpsit, mox Hedvigi reginae conjugio junctuis regni insignia accepit. Anno seq. 1387 Lithuanorum conversonem aggressus est, populo hac in re minus, quam expectabatur, difficilem se prebente. Vid. Dlug. ad ann. citt.

[1]) Vid. Prolog. III.

[2]) Praeter ecclesiam S. Petri Premisliae aderant ecclae parochiales in Krosno, Sanok, Lubaczow, Wiśnia, Krosken (Krościenko?) Drohobycz, Sambor, Rzeszov (Staromieście), Lancut, Strzelczyska (prope Mościska), Jarosław. An ecclae in Radymno, Brzozow., Domaradz, Równe, Blizne, Rogi jam tunc extiterint, nil certi statui potest. Aderant porro Conventus religiosi Dominicanorum Premisliae (fors etiam in Łańcut), Minoritarum Premisliae et Sanoci. Vid. de singulis Schemat. Dioec.

[3]) Sam. Nakielski in Miechovia ad annum 1393 de fundatione ecclae in Przeworsk agens, scribit: „Paucissimae „tunc in illa regione extabant parochiales ecclesiae, rarique „admodum rectores, quibus cura immineret animarum, tanta „vero multitudo schismaticorum et infiidelium, ut paucae per„sonae reputarentur fideles respectu multitudinis errantium".

[4]) En verba Erici in statuto capitul. de anno 1390: „Advenien„tes multo et laborisso itinere ad hanc nostram sponsam et „ecclesiam Prem., ex eo; quia cum ipsa nullus unquam ante „nos personaliter catholicus sponsus, scil. pontifex habitavit, „penitus deformatam et desolatam, quasi viduam et dolentem „vidimus, et omni decentia et honore ecclesiae cathedr. de„stitutam. Et quamvis ecclam ipsam jam dudum . . . a mul„tis retro temporibus fuisse et esse cathedralem . . . . plene

exigua. Paucis: invenit, quod dicitur, tabulam rasam, agrum spinis et vepribus horridum, cujus cultura plurimum laboris, neque minus otii requirebat.

Videamus jam, quomodo Spartae, quam nactus est, ornandae sese accinxerit.

Ante omnia sollicitus fuit, ut Ecclesiae suae de congrua et stabili dotatione provideret, sine qua spiritualibus dioeceseos indigentiis rite prospicere haud poterat. Itaque Ludovici regis, eóque defuncto, Mariae, reginae Hungariae Galiciaeque, aures precibus tamdiu pulsabat, donec tandem bona Brzozow, Domaradz, Równe ac Cergova in Sanocensi, Radymno in terra Premisliensi pro mensa eppali impetraret [1]). Ab alio porro benefactore villam Pnikułt in eadem terra Prem. dono accepit [2]).

Temporalibus hunc in modum utcunque stabilitis [3]), ad spiritualia ordinanda animum adjecit.

„constat, nos tamen eandem cum multis suis possessionibus „a schismaticis reperimus occupatam".

[5]) Videtur Eppus interim decimis victitasse, quarum partem obtenta dotatione in bonis terrestribus, ut mox videbimus, Capitulo cessit.

[1]) Extat desuper instrumentum Mariae R. H. et Gal. a nobis supra n. III. summarice allegatum, ubi dicit, se, *ut parentis sui Ludovici R. H. et P. piam intentionem ad effectum perducat,* cum consensu genitricis suae Elisabethae, Praelatorum et Baronum regni, has villas ecclae. cath. Prem. donare. Omnes haec villae a Casimiro M. R. P. locatae fuerant (vid. Schematism. dioec.), assertio itaque, eas Eppo ruthenico Prem. ademtas. proinde dotationem eppatus latini non aliud quam spoliationem eppatus ruthenici fuisse, omni fundamento destituitur.

[2]) Hanc possessionem accepit a Petrassio (Petro) Sajski, ut videtur. Rutheno. converso. (Vid. Sumar. n. V.)

[3]) Ipsemet Ericus has possessiones sequentibus auxit.

a) Advocatia (wojtowstwo) in Radymno, quam a nobilibus Miczysko (Miecislao?) de Ożeńsko, Procyno et Pasko, tum Martino et Clemente fratribus, scultetis in Radymno 110 marcis arg. emit. v. sumar. n. VII.

Primum itaque ecclesiam cathedralem s. t. S. Petri cum possessionibus suis de manibus schismaticorum revindicavit, revindicatam restauravit, ac restauratam sub novo titulo B. Mariae V. et S. Joannis Baptistae consecravit [1]).

Tum Capitulum cathedrale erexit, dotavit, statutis instruxit [2]).

---

b) Locatione villae in nemoribus ac sylvis prope Rowna et Cyrgow, ad aquam Yessone (Jasionka). V. Sumar n. VII. Villam hanc dici voluit Byscupeswalt; at nomen hoc non perduravit, quin potius locus iste ab adjacente rivo jam 1412 Yaschenka dicitur, et inter possessiones eppatus memoratur, unde colligitur, novam istam villam a primo locatore, advocato in Rowna, per eppum fuisse redemptam.

[1]) Vide docum. in Summar. n. VIII., ubi haec verba leguntur: In „civitate Prem. cathedram eppalem collocavimus, et inibi „ecclam cathedralem . . . . rursus ad honorem omnipotentis „Dei, totiusq. militiae coelestis, et specialiter sub invocatione „et patronatu illibatae Virg. Mariae, . . . nec non beatiss. „Joannis Bapt. . . . . restauravimus refecimus et reaedi„ficavimus".

[2]) Id ipse testatur in docum. praeced. not. cit. Insuper Mathias ejus successor, in documento ex an. 1398 infra alleg. scribit „venerab. in Christo patrem D. Ericum, cum locum Premisl. „civitatis et cathedrae suae non solum vocabulo, sed et re vel„let esse insignem, quam plures laudabiles viros, vita, mori„bus et scientia probatos, de diversis mundi gentibus convo„casse, et in Canonicos creasse . . . . . cosq. in civitatem et „tandem in ecclesiam Prem. cum magna solemnitate, praesen„tibus terrigenis ac civibus utriusq. sexus districtus ac civi„tatis Prem. introduxisse" et cet. Primitiva dotatio Capituli haec fuit: *a)* decimae eppales de possessionibus Lanchud (Łańcut) cum advocatia ejusdem, Cremnecz (Krzemienica) Wysoka, Helwig (Albigowa), Hreschow (Rzeszow), Markenhow (Markowa), Cossin (Kosina), Czecyes (Sietesz?), Nawadorw, Langhenhow, Schonewald (Sonina?), Henzelhow (Hanzlowka, cum caeteris villis hunc districtum concludentibus. Cessionem istarum decimarum de mensa eppali ad mensam Capituli approbavit Demetrius, S. R. E. Card. Presb., Strigon. ecclae.

gubernator perpetuus, per Hung. et Polon. Sedis Aplicae legatus. Vid. sum. doc. n. IV. (Multum hallucinatur autor MSti „Vitae Eppor. Prem. dum hoc privilegium documenti ejusdem. anni, quo Maria Regina eppatui Prem. dotem assignavit (v. Sumar. n. III.), confirmationem esse asserit.), *b)* Villa Pnikułt, pariter ab Eppo Capitulo cessa. V. docum. Sumar. n. VIII. cit. *c)* Beneficium parochiale Premisliae et Crosnae, quod utrumq. petente sine dubio Eppo, Vladislaus II. R. P. dd. Cracov. ipso fest. S. Dominici 1391 cum omnibus fructibus et utilitatibus mensae Capituli incorporavit.

Ordinatio autem, quam Ericus Capitulo, a se erecto, dedit, documento dd. Prem. fer. 2 infr. Oct. Epiph. 1390 continetur, atque talis fuit:

a) Capitulum constabit 2 Praelatis (Decano et Cantore), atque Canonicis, qui tot recipiantur, quot arbitrio Eppi, Decani et Cantoris de proventibus Capituli vivere poterunt.

b) Decanus ordinariam jurisdictionem in Canonicos et cunctos eccliae ministros habebit, qui ipsi manualem obedientiam (homagium scil. per manus osculum) praestabunt, salva in omnibus Eppi superioritate.

c) Eppus, Decanus et Cantor more aliarum ecclesiarum a Capitulo canonice eligantur, et omnes dignitates electivae ad confirmationem solius Eppi pertineant.

d) Electio et receptio Canonicorum ad Capitulum spectat. Nullus vero nisi presbyter eligatur, sub poena nullitatis electionis, et privatione vocis activae per electores incurrenda

e) Capitulares omnes in eadem domo habitent, et mensa communi utantur. Absentes nullam portionem accipiant, nisi cum venia Eppi in studio quodam privilegiato (Academia) commorentur. Absq. licentia absentes sine spe restitutionis canonicatu priventur.

f) Singulis annis in festo S. Remigii E. C. (1. Octobr.) de gremio Capituli eligatur provisor, qui curam habeat bonorum Capituli, proventus collegat, mensam provideat et quod redundaverit inter presentes duntaxat et officiis divinis assistentes distribuat. Provisor pro suo fatigio convenientem mercedem accipiat.

g) Sede eppali vacante Decanus et Cantor administrationem spiritualium et temporalium habeant, aut Vicarium eligant.

h) Epus in sua admissione et Canonici in sua receptione corporale juramentum de promissis stricte observandis praestent.

Curam gessit, ut numerus fidelium [1]) et cleri catholici, (cui certam normam officii divini praescripsit) [2]), tum numerus ecclesiarum parochialium [3]) et conventuum reli-

---

[1]) Eum plures, Schismati Photiano addictos, Romanae ecclesiae lucratum fuisse, Rzepnicki in vita ejus perhibet. Ex quorum numero Petrus Sajski fol. 61. n. 2 commemoratus, fuisse videtur.

[2]) In prefato statuto caplari de an. 1390 ait: „Divina officia juxta „ordinarium, quod colligi fecimus, volumus per omnes clericos „Dioecesis nostre fieri et observari.“

[3]) Sub ejus eppatu fundatae sanct parochie in Nowosiedlce (1386), et Strachocina (1390). An etiam ecclesiae in Jasionka et Haczow, Brzozow, Domoradz, Rowne, Radymno, definire non ausim. Quod porro Rzepnicki de limitibus Dioecesis ab eo regulatis commemorat, id de conatu potius, quam de actu ipso intelligendum est. Vid proleg. §. 3.

[4]) Acta Conventus Krosnen. PP. Minoritar. Conventualium testantur eum hos Religiosos, confratres suos, ad hanc civitatem introduxisse, porro acta Conventus Prem. ejusdem ordinis edisserunt, eum hisce confratribus hic loci ecclesiam de cocto lapide aedificasse, parvam quidem, at indigentiis illius aevi convenientem. Traditio in posteriori conventu conservata perhibet, ipsum ordinasse: ut in festo S. Francisci Guardianus PP. Minoritarum in ecclesia cathedrali ad majus altare missam cantet, in ecclia vero conventuali unus e gremio Capituli celebret. Quam traditionem antiqua praxis confirmat, insuper quoque in elencho fundationum Capituli ex anno 1714 sub 4. Octob. (fest. S. Franc. Seraph.) adnotatur: „Hoc die Septimanans pro missa celebranda juxta morem tenetur invitare PP. Franciscanos.“ Conventus Sanocensis ejusdem ordinis a Vladislao Duce Opoliensi et Russiae rubrae gubernatore fundatus est (1377). Dominicam Premisl. aeque ac Minoritae adhuc sue 13° hic loci sedem suam fixerant. Erico autem nostro cum Dominicani nonnihil tricarum intercessit. Patres isti novam ecclesiam a se aedificatam, ipso inscio, et quasi in despectum auctoritatis ordinariae per Bernardum, AEppum Halic. et quidem s. t. S. Petri, (quo et ecclesia catedralis antiquitus utebatur), et B. Mariae Virg. (qui itidem ecclae. cathedrali obtigerat et supr. not. 17) dedicari fecerunt, ob quam temeritatem Eppus eos anathemate percussit. Inde lis exarsit quae tandem per Nicolaum Petri, et Nicolaum de OO. SS. Cracoviae, quos Ericus, et 7. Thomas, Prior Conventus Ord. Praed. Premisl.

giosorum augeretur, inter populum vero contubernia ad pietatem fovendam coalescerent [2]).

His et aliis propriae dioecesis negotiis non parum occupatus etiam vicinae Archidioecesi Halic. operam obsequiumque suum minime negavit, occasione litis inter Bernardum AEppum et cives Lemburgenses Commissarii Apostolici officio perfunctus [3]).

---

arbitros elegerunt, composita est. Sententia arbitralis dd. Cracoviae A. D. 1388 lata teste Alembek (in Trzebiniana), haec puncta continebat:

a) Expensae litis utrinque tollantur.

b) Eppus Dominicanis, eorumq. Conventui reconcilietur, ipsi vero vicissim ei debitam reverentiam exhibeant.

c) Eppus dedicationem eccliae FF. Predicatorum ratam habeat, et. in eam consentiat; sed praedicatores pro hoc consensu Eppo, quam primum in Dioecesin redierit, supplicare debent.

d) Ecclesia Dominicanorum nominetur, titulo S. Petri Martyris et. Capella seu altare majus, aut aliud quodcumq. sit sub titulo B. Mariae Virg., Ecclia vero cathedralis sit in honorem B. Mariae Virg. intitulata et. nominata.

e) Super aliis injuriis, litibus, poenis, sententiis utrique parti silentium indicitur.

[2]) V. Acta Eppatus Laur. Goślicki (Act. vol XX. f. 30), ubi legitur. Ericum E. P. Bernardum AEppum Halic., et. Jacobum E. Kijov. confraternitati litteratorum Crosnae singulos indulgentias 40 dierum impertiisse. Contubernium litteratorum (denominatione a potiori facta) erat societas clericorum et laicorum, cultui B. M. V. dicata, cujus membra diebus Dom. et. festis beatiss. V. Mariae solennes missas in ejus honorem procurare, seque mutuo precibus ac sacrificiis juvare tenebantur. — Si verum est, quod P. Niesiecki refert, Jacobum, Eppum Kijov. 1377 obiisse, fundatio talis confraternitatis in civitate Crosnensi vel hoc ipso anno, quo Ericus ad cathedram suam ascendit, vel antea, adeoque ante eppatum Erici, locum habuerit oportet.

[3] Vladislaus Dux Opol. AEppis Halic. inter alia domum quamdam Lemburgae donaverat, quam, cum Bernardus AEppus occupare vellet, cives Lemburgenses ei intromissionem

Haec sunt principalia Erici gesta; nam reliquorum vestigia tempus rerum edax delevit. Sufficiunt ea sane, ut ipsum ceu primum moderatorem, ac velut patrem istius Dioecesis grati agnoscamus, et veneremur, qui in extremis sine jactantia dicere potuisset: Quid erat, quod adhuc vineae meae facere debui, nec feci? Non utique aedificium, quod inchoaverat, ad fastigium usque perduxit, quod nec unius hominis, nec unius decennii erat; at sapienter, solideque fundamentum jecit, cui successores susuperaedificare poterant.

Si laudari a viro laudato vere est honorificum, haud incongruum erit, hic loci encomium adscribere, quo eum pater historicorum nostrorum Dlugossius ornat, hist. lib. X ad annum 1375 ita scribens: „Ad Premislien. ecclesiam consecratus primus episcopus Ericus, nobilis genere, et moribus virtuosus, qui eam pulcherrimo ordine regulavit.“ Et sane, si conditionem ecclae et Dioecesis Premisl. sub hoc Praesule laete efflorescentis cum coaevo statu ADioecesis Halicien comparemus, adducto Dlugossii testimonio utroque pollice subscribere non cunctabimur.

---

recusabant, eoquod ipsis debito quodam obligata esset. Lite inde orta AEppus civitatem et. consules, tanquam peculii ecclesiastici detentores, excommunicavit, ac ecclam paroch. interdicto subjecit. Offensi cives AEppum apud Sedem Aplicam accusarunt: quod contra juris ordinem, lite pendente, civitatem excommunicasset et. multipliciter vexaret, quod in ecclia et Dioecesi non resideret, nec Vicarium seu Officialem teneret, legatorum Aplicorum jurisdictionem et auctoritatem declinaret et. cet. Bonifacius IX. in hoc processu Ericum nostrum Commissarium constituit, qui AEppum, objecta diluere contumaciter renuentem, instante magistratu Lemburg. sub actu Prem. 22. Decem. 1390. auctoritate Aplica excommunicavit. Vid Skrobiszowski in vit. AEpp. Halic. sub Bernardo de Kozłorogi.

Annus decessus ejus a variis varie statuitur.[1] Id vero indubium est, eum anno 1391 adhuc fuisse in vivis.[2]

---

[1]) Quoad annos eppatus ejus in tabulis et consignationibus Epporum summa est confusio, quam autor MSti de vitis Eppor. Prem., ab Eppo Zacharyasiewicz typis editus, non tantum non enodavit, set et magis intricavit. Non potuit omnino 1387 obiisse, cum dictus author ipsemet ejus documenta ex annis 1388, 1390 et. 1391 adducat. Nequit itaq verum esse, ipsum in cathedra eppali 12 annis tantum sedisse.

[2]) Ultimum ejus documentum est d. d. Prem. 3 Maji 1391, roboratum Cracoviae 19 Maji ejusd. anni in domo habitationis discreti viri Andreae Werzing (Wierzynek), civis Cracov., procul dubio filio, aut cognato famosi Nicolai Wierzynek, ex historia Casimiri M. bene noti. Hoc scripto, quod velut ejus testamentum est, Capitulo tabernam seu cauponam in villa eppali Radymno cedit, hoc cum onere: a) ut de proventu tabernae Hermanno, antiquo familiari suo, ad vitae tempora annua pensio sex marcarum pendatur, b) pro residua pecunia bis in anno anniversaria pro anima sua (Eppi), et parentum suorum absolvantur, c) ut post fata praedicti Hermanni una marca inter canonicos pro festo S. Francisci, sub duplici officio celebrando, dividatur, de residuo vero una candela cerea in eccla Prem. semper teneatur. Successor ejus Mathias hanc cessionem primum approbavit, at deinde, ut suo loco videbimus, pro hac taberna, quae hodierno juri propinandi aequipollebat, certas decimas eppales Capitulo cessit. — Documentum hoc probat, ipsum 1391 adhuc in vivis fuisse, cum vero 1392 jam Mathiam Eppum Premisl deprehendamus ergo Ericus sub finem 1391, vel initio 1392 diem supremum obierit oportet. Cum porro antiqua Capituli Acta ejus Anniversarium in 8 Septembris (festum Nativ. B. M. V.) reponant, probabile fit, eum memorato die anni 1391 temporalia cum aeternis commutasse. Locus ejus obitus et sepulturae prorsus ignoratur.

MONUMENTA AD EPPATUM MATHIAE VULGO „JANINA."

I * 1393. Cracoviae ipso festo. S. Alexii Confess. Mathias Ep. Prem. Capitulo suo pro taberna in Radymno cedit decimas eppales de Jarosław. Przeborska (Przeworsk) Nowosiedlecz et Ostrowa.

II * 1393. Premisl. in Crast. S. Andr. Apli. Mathias E. P. Joanni dicto Albus respectu obsequiorum sibi praestitorum donat certos agros in Scholosino (Skołoszow, suburb. Radymn).

III * 1395. Premisl. Dom. Reminiscera. Vladislaus Rex Pol approbat compositionem per Mathiam Ep. Prem. cum terrigenis factam ratione solutionis eppalium.

IV * 1396. Dobrestany in Vigil. S. Viti M. Vladislaus R. P. Subditos villarum eppatus Prem. a jurisdictione saeculari eximit.

V * 1397. Romae 6 Id. Jun. Bonifacius P. IX. Eppo Vratislav. committit, ut eos dioecesanos, qui Eppo Prem. decimas denegant, ad eas praestandas censuris compellat.

VI * 1398. Lemburgae, in castro infer. 24 Sept. Petrus Epp. Cracov. acutoritate Aplica

limites inter Dioec. Prem. ab una et. A. Dioec. Halic ab altera parte definit.

VII * 1398. Jaroslaviae 27. Sept.
Petrus E. Cracov. committit executionem decreti dislimitationis (ut VI) Joanni de Lemburga, et. Joanni de Prandocin, Canonicis Premisl.

VIII * 1398. Premisl. 13 Februarii.
Mathias Ep. Prem. reformat statutum capitulare Erici sui antecessoris (de anno 1390), sublataque communione inter Canonicos bona mensae distribuit.

IX * 1400. Sanok. Sabb. post fest Concept B. M. V.
Stiborius, Capitan. Sanoc. recognoscit venditionem villae Blizne per Laczkonem Walachum Mathiae E. P. factam.

X * 1402. Premisliae ipso die Visit. B. M. V.
Mathias Epp. Prem. approbat venditionem scultetiae in Pnekolth per Nicolaum Wigandi Decanum, et Joannem Wolmari Cantorem Cap. Prem in rem Mathiae Sartoris de Casimiria factam.

XI * 1402. Premisliae fer 6. ips. d. Nativ. B. M. V.
Mathias Ep. Pr. ad preces Clementis de Moskorzowo, R. Pol. Vicecancellarii, Capellae Annunc. B. M. V. in arce Camenecz de villa Michałowka, in rivulo Wissoka (Wisłoka?) recens locata, decimam eppalem pro sustentatione ministri cedit.

XII 1402. 1. Octobr.
Mathias Ep. Pr. Capellam in arce Kamieniecz (Odrzykoń) in forma juris erigit, Capellano decimas eppales de villa Eremberk (Odrzykoń) tum de campis Sporne et. Zawada cedit. — Act. Eppal. vol. XXVI p. 137 ad ann. 1643.

XIII * 1403. Medica. ips. d. S. Callisti.
Vladislaus R. P. villas eppales: Radymna, Rowne, Czyrgow, Brzozowe, Domaradz ab omnibus oneribus, exactionibus, solutionibus pecuniarum fumalium liberat.

XIV 1405. Crosnae in crastino OO. SS.
Vladislaus R. Pol. ecclesiae cathedr. Prem. tit. S. Joann. Bapt. inscribit annuum censum 20 marcar. super żuppis salis Premisl. pro anniversario animae suae et Annae ac Hedvigis reginarum in 4 temporib. absolvendo. M. S. Trzebiniana fol. 53. Rosa II fol. 24.

XV * 1405. Niepolomice ips. d. S. Helisabeth.
Vladisl. R. P. Capitulo cathedr. Prem. inscribit annue 20 marcas super censibus civit. Premisl.

XVI * 1406. Premisliae 2 Aug.
Mathias Ep. Pr. Capitulo cathedrli pro allodio, ab Haneczkone cive Prem. emto, cedit decimas de Premislia, Żyrawica, Ostrow, Kusienice, Wyszatyce, Ujkowice.

XVII 1406. Prem. fer. 6. ips. d. OO. SS.
Vladisl R. P. villam Capituli Pr. Pnekolth transfert in jus teutonicum. MS. Trzebin. fol. 153. Rosll. fol. 200.

XVIII * 1407. Cracoviae in crast S. Nicolai C. P.
Petrus Kmitha, Palatin. Cracov. Mathiae Eppo Prem. villam suam Bachurzecz in 100 marcis obligat

XIX * 1408. Crosnae 6. Novembr.
Documentum Notarii publici, quo fidem facit Sindramum de Maszkowicze villam suam Lubathowa Mathiae Epp. Pr. vendidisse.

XX * 1408. Premisliae in cras. SS Aplor. Simon et. Judae.
Vladislaus R. P. villas Capituli Prem. „Pnekolth, Piekulice, Biszkowice, Sosnice ab oneribus publicis liberat.“

XXI * 1408. fer. 2 post Concept B. M. V.
Pryclaus haeres in Wzdow scultetiam suam in Michelsdorf Mathiae E. P. vendit.

XXII 1412. Premisl. fer 6 post fest OO. SS.
Mathias Ep. Pr. ecclesiae cathedrali ad arcem Prem recenter translocatae decimas eppales e districtu Jarosl. cedit MS. Trzebin f. 30 Ros. II p. 32.

XXIII * 14 2. Medyka fer 3. ips. d. S. Lucae Evang.
Christin. de Ostrow. Castellan Cracov. a Vladislao II. R. P. judex deputatus, Mathiam Ep. Prem. absolvit a solvendis

700 marcis de Jassonka, praetensis per Żyndram de Maszkowiec.

XXIV * 1412. in crast S. Valent.
Mathias Ep. Prem. vendit Petro, filio Michaelis sculteti in Rowna scultetiam in Lubatowa ad locandam villam Lubatowa jure Magdebur. super 60 mansis.

XXV 1413. fer. 5 in coen. Dni.
Sindramus de Maszkowiec, gladifer Cracov. haeres in Humniska recognoscit: se tantum ad vitae tempora a Mathia Eppo Pr. accepisse villam Przesiecznica cum onere defensandi omnes villas et possessiones ecclesiae Prem. MS. Trzebin fol. 252.

XXVI * 1417. fer. 4. infr. Octav. Paschae.
Ivo de Obichow, Castellan. Szremen, Capitan. Russiae gnrlis significat: viduam Petri Fuss, scultetiam in Pnekolth Capitulo Prem. vendidisse.

XXVII. 1419. Premisl. Sabb. in cras. S. Scholasticae.
Mathias Ep. Prem. fundat altare cum praebenda in castro Prem. s. t. B. M. V. SS. Gregorii, Martini, Ambrosii et Augustini. MS. Trzebiniana fol. 17.

XXVIII 1419. Premisliae ips. d. Convers. S. Pauli Apli
Mathias Ep. Prem. erigit et ordinat confraternitatem sacerdotalem in disctrictibus Ressov. ac Tyczynensi Acta Epp. Sierakowski s. a. 1760.

II. MATHIAS

VULGO

JANINA DICTUS.

E. P.

1392 — 1420.

Contemporanei:

Reges Pol.	R. Pontif.	Primat. reg.
Vladislaus Jagiello.	Bonifac. IX. usq. 1404.	Joan. Kropidło. cess. 1394.
	Innocent. VII. usq. 1406.	Dobrogost Nowodworski † 1402.
	Gregor XII. usq. 1409.	Nicol. Kurowski † 1411.
	Alexand. V. usq. 1410.	Nicol. Trąba. † 1422.
	Joan. XXIII. 1410—1415.	
	Martin V. 1417—1431.	

AEppi Halic. ab anno 1412 Leopol.

Jacobus de Strepa † 1411.
Nicol. Trąba transl. 1411.
Joann. Rzeszowski 1414—1436.

Nil memoriae proditum reperimus, unde hic Mathias Eppus fuerit ortus, et quibus muneribus ante eppatum functus sit. Constat tamen, et ipsum fuisse religiosum de familia S. Francisci, et antea Lemburgae versatum. [1])

---

[1]) In consignationibus Eppor. Premisl., quae in actis nostris occurrunt, passim vocatur Janina. At hoc stemmate (i. e. clypeo fusco in campo rubro) non utebatur, sed capite hominis barbati, quod S. Joannis Bapt., ecclae cathedralis patroni, esse videtur. (Forsan ideo dictus est Janina). Jacobus Mirecki (patria Sandecensis, Cancellarius Curiae eppalis sub Laurentio Goślicki, auctor versiculorum, in singulos eppos Prem. usq. ad sua tempora, concinnatorum), epigrammate:

„Non minor Henrico pietate animoq. Mathias, Obscuro quamvis est lare, Praesul erat" innuere videtur, eum fuisse plebejum. Gente Polonum fuisse, eaedem, quas supra memoravimus, consignationes testantur, religione autem Minoritam fuisse scribit Haroldus in Annal-min ad an. 1408, tum acta Conventus Prem. idipsum confirmant. Vid quoq. Niesiecki in ser. Epp. Prem. — Quod Lemburgae antea versatus fuerit, docet extractus ab Eppo Zachariasiewicz in vitis epporum pag. XXXI et fol. 10 ex actis consularibus Leopoliensib. allegatus, quo testante: „Anno Dom. 1405 ecclesiam Leop. B. M. V. ad „niv. nondum terminatam Mathias Praesul Premisl., curae „suae pridem ecclesiam Leop. commissam ha„bens, praesente Jacobo Strepa antistite in honorem B. M. „Virg. solenni ritu dedicavit." Exinde editor ille rit. epporum. Prem. colligit: Eppos Premislienses tunc quoque quaepiam jura circa ecclesiam Leop. habuisse. At quae jura Eppus Suffraganeus in ecclesias Metropolitae suo subjectas habere vel exercere potuit? Res mihi potius sic explicanda videtur, ut statuam, Mathiam nostrum olim (hoc enim in illo extractu innuere videtur vocula *pridem*), scilicet, priusquam Premisliam transierat, spirituali jurisdictione Leopoli functum, fabricam dictae ecclesiae B. M. Virg. ad nives gnaviter promovisse, aut direxisse, ideo ipsi hunc honorem delatum esse ut eam, praesente licet Ordinario, consecraret tamquam is, cui in ea aedificanda non exigua pars fuerit. Id ipsum porro, quod in controversia rectoris dictae ecclesiae cum Religiosis (Minoritis scil. et Dominicanis) arbiter, imo sede AEppali post obitum Jacobi de Strepa († 1411) vacante Administra-

In diebus ejus regno Poloniae acre bellum fuit cum Crucigeris i. e. equitibus teutonicis B. Mariae Virg.,

---

tor in Spiritualibus electus fuerit satis indigitat, cum Leopoli satis notum fuisse, et fiducia ejatis cleri gavisum esse. —

Nescio, an non sit idem cum Mathia, Electo Lemburgensi (alias Halicicnsi) qui an. 1376. 1377. 1378 cum hoc titulo in privilegiis Vladislai Opoliensis occurrit, quemque pariter Minoritam fuisse ex litteris fundationis conventus Sanocensis per eundem Vladislaum Opol. editis, conjicere licet. Ex eo quod Skrobiszowski in vit. AEp. Halic. perhibet, hunc Mathiam Electum consecrationis munus nunquam obtinuisse, colligi potest: aliqua peculiaria obstacula intercessisse, quominus trium annorum spatio bullas confirmationis Roma obtineret. Tales vero difficultates non solum inde enasci poterant, quod tunc de Sede AEppali Halicia Leopolim transferenda cum Sede Aplica tractaretur, id quod demum anno 1412 ad effectum perductum est, vid. proleg. §. II.), sed etiam inde, quod dictus Mathias citra dubium auctoritate Vladislai Opoliensis ad Sedem Metropolitanam destinatus fuerit, jam vero Vladislaus Rex post principis illius e Russia discessum (cf. proleg. §. 1.), — instigante nefors, jut in talibus moris erat, nobilitate, Candidati ejus electionem admittere ratamq. habere recusaverit. Poterat sane in talibus rerum adjunctis Mathias, qui ecclam Lemburgensem ab aliquo tempore, actu procurabat, collatione eppatus Premisl. indemnis praestari, nec se in eo acceptando morosum exhibuerit, cum alioquin res dioecesis Premisl. jam melius ordinatae essent, quam dioecesis Halic., de qua ordinanda adhuc tractabatur. — At haec mera tantum conjectura est, ab historica certitudine adhuc longe remota, nec defectu fontium ad eam facile elevanda.— Quod tempus attinet coepti p. Mathiam nostrum officii pastoralis, id modo certum est, eum anno 1392 jam fuisse eppum Prem., nam Długoss. lib X colum. 137 scribit: „Die solis, „28 Octobr. 1392 Jacobus (Strepa) de Halicicnsi ecclesia „provisus, per Mathiam eppum Prem. in eccla Tarnov. in „AEppum Halicien. benedicitur et consecratur.“ Alembek (in gemma) credit Mathiam et successorem ejus Janussium libera capituli electione (juxta statutum Ericianum) Eppum fuisse factum. At huic opinioni vix subscribet, qui compertum habuerit, Vladislaum II. nullibi liberam epporum in regno suo electionem admisisse, sed ubicunq. Sedes vacaret, suos Candidatos Capitulis obtrusisse. — Caeterum ex Catalogo epporum Cracov. ab Illmo Łętowski edito t. I. p. 309 discimus

Prussiae dominis, quod insigni victoria ad Grunwaldum et Tannebergam terminatum est (1410). [1])

Pacem ecclesiae, in Bohemia maxime. Hussitarum haeresis turbavit, contra quam generale concilium Constantiae celebratum. In eodem Concilio Schisma occidentale, Martino V. Papa electo, sopitum, et AEppo Gnesn. jura Primatis Poloniae ac M. Ducatus Lithuaniae attributa, seu potius confirmata. Archiepiscopatus Haliciensis (1412) Leopolim est translatus. [2])

A. D. 1400 pro regno Poloniae et ecclesia Polona Cracoviae studiorum universitas fundata. [3])

A. D. 1412 ecclesia ruthenica in arce Premisl. sita beneficio Vladislai Regis P. Catholicis lat. rit. donata, ad quam Mathias Eppus illico cathedram suam transtulit. [4])

Mathiam nostrum 1392 etiam Cancellarium Hedvigis, reginae Pol. fuisse.

[1]) Memoria hujus victoriae quotannis 15 Julii in festo divisionis Aplor. i. e. 15 Jul. solemni processione et hymni Ambros. decantatione recolitur.

[2]) Vid Niesiecki „korona pol.“ tom. I. p. 18. De translatione Sedis Metrop. Halic. Leopolim vide Proleg. II.

[3]) Vid Miechovit. lib. IV. c. 41. — Jam. Casimirus M. R. P. A. D. 1364 Cracoviae studium generale, at sine facultate thelog. annuente Urbano P. V. fundaverat. Nunc vero Vladislaus Jagello a Bonifacio IX. impetravit, ut etiam theologia in hoc Studio doceri, et gradus magisterii ex ea conferri posset. Documenta concernertia vid. apud Zalaszowski juris. reg. Polon. t. I. p. 567—586.

[4]) Vid Długoss. lib. XI colum. 333. Factum hoc Vladislai R. P. a Ruthenis passim, ut specimen intolerantiae Polonorum allegari solet. At Poloni eam ecclam ruthen. ab anno 1340 ergo 72 annis in arce tolerarunt, anno vero 1412 Vladislaus R. Ruthenos ab ea non suasu rogatuve Polonorum amovit, sed ut Dług. l. c. diserte scribit, propter Alemannos id fecit, purgaturus notam infamiae, sibi ab illis inustam: „quasi schismaticorum fautor, et praecipuus receptator foret.“ Qui ergo his non obstantibus illum eventum ut documentum peculiaris intolerantiae Polonorum tanta amaritudine pro

ferunt, dent honorem Deo, et ipsum unicum coram oculis habentes candide confiteantur: an pars adversa (schismatica) nostra aetate, saeculo inquam 19no, ecclesiam alienae confessionis, (latinam videlicet) in castro suae possessionis tanto intervallo toleratura esset? Nostro judicio melius fecisset Vladislaus Rex, si illas Alemannorum (scil. equitum teutonicorum) accusationes sprevisset, at factum ejus absolute damnare non audemus, nam suspicionem heterodoxiae, qua eum inimici illi onerare conabantur, incurrere, nec regibus tunc impune licebat. Non constat, cujusnam tituli et dignitatis illa ecclesia ruthenica fuerit. Vulgo creditur principalis (cathedralis) ecclesia fuisse s. t. Sti Joannis Bapt., eadem nimirum quam Wolodarus, Premisliensium dux, aedificaverat, et in qua defunctus (circa 1126) sepultus fuit. Huic fere communi scriptorum ruthenicorum sententiae etiam Franc. Siarczyński in historia civitatis Jaroslav. polonice edita (Leop. 1826 p. 15) accedit. At idem auctor in opere periodico: Czasopis księgozbioru Ossolin. r. 1828 (fac. 4. p. 4) scribit: ecclam arcis Premisl. fuisse s. t. S. Nicolai Eppi, basilicam vero principalem S. Joannis B., quam Wolodarus fundaverat, eccla S. Nicolai longe recentiorem, nec in arce Prem., sed in civitate propius ad ripam fluvii San, sitam fuisse. Nullum ille quidem fontem allegat; at non desunt indicia, quae ejus sententiae certum probabilitatis gradum concilient. Etenim 1o in actis capituli nostri olim asservabatur documentum certae fundationis ad ecclesiam ruth. S. Nicolai pertinentis, quod documentum, nisi cum ipsa illa eccla in manus Latinorum devenerit, quomodo in Archivum eorundem intraverit, vix concipi potest. 2o Juxta tenorem memorati documenti Slavonici, (ex anno 1363 descendentis, et modo jam deperditi) ab Alembek in sua Trzebiniana exhibitum, ecclesia S. Nicolai sita erat ad pedem montis castri Premisl., unde inferri potest eam esse hanc ipsam ecclam arcensem, quam Vladislaus Rex clero latino donaverat. Equidem Długossius hanc in medio castri reponit, quod ecclae S. Nicolai, ad pedem montis castri sitae minus convenire videtur. At utraque situs determinatio inter se conciliabitur, si attendas, arcem Premisl., in monte sitam, infra radicem montis moenibus et propugnaculis circumdatam fuisse (id quod Guagninus in chorographia Poloniae tom 2 p. 52, et Swięcki in „opis dawnéj Polski t. 2. p. 30. 31 affirmant). Hoc supposito expressio Długossiana: *in medio castri* non aliud significabit, quam „*in ambitu castri, intra castrum*“ „seu: intra moenia castri“ Neque si verba „*in medio castri*“ stricte sumas i. e. in ipsa domo castri atque

hanc topographiam ecclae S. Joannis applices, probabile erit, exiguo ab illa spatii intervallo alteram ecclesiam, tituli S. Nicolai Eppi, ad pedem montis castri extitisse. — Nec Długossius porro ullibi comemorat, illam ecclam in medio castri sitam, et latino ritui cessam, fuisse Ecclesiam S. Joannis B., neque id ex eo colligi potest, quod ecclesia cathedralis Latinorum titulum Sti Joannis Bapt. habeat, quasi eundem titulum retinuerit, quem ipsi primitus Rutheni indiderant; nam ecclam cathedralem r. l. priusquam cathedra ad arcem transferretur titulo S. Joannis Bapt. insignitam fuisse, supra observavimus. (Vide nos sub Erico Eppo,). — 3o Mathias Eppus Prem. in documento ex anno 1412 superdecimis eppalibus de districtu Jaroslav., (quod supra in elencho sub n. XXII. allegavimus), ecclesiae illus ruthenicae, sibi a Vladislao Rege donatae, memoriam facit his verbis: „Vladislaus R. P. eccle„siam *quamdam* Schismaticorum, sitam in castro Prem., cu„ravit de faucibus eorumdem Schismaticorum perpetuis tem„poribus eripere, nobisq. et Canonicis nostris pro augmento „fidei catholicae, et pro cultu divino, diurno pariter ac noc„turno inibi exercendo largissime deputare," ubi vox „*quamdam*" unam ex minus principalibus ecclesiis ruthienicis, (minime ipsam primariam S. Joannis Bapt.) innuere videtur. — Quidquid vero sit, sive ecclesia illa fuerit Sti Nicolai, sive S. Joannis Bapt., a veritate alienum est, quod a modernis scriptoribus ruthenicis asseritur, ipsos, amissa eccla arcensi, in urbe locum. ubi rem divinam facerent, non habuisse, et cathedram eppalem ad ecclam in pago Wilcza transferre coactos fuisse. Assertum istud satis refutat author opusculi „Peremyszlanin" anno 1853 editi fol. 35 et 36, ubi docet, ecclam in Wilcza jam anno 1393 titulo et praerogativis ecclesiae cathedralis gavisam esse, siquidem Ruthenis eo tempore moris fuit, plures ecclesias cathedrales habere. Caeterum ipsis eo aevo intra urbem non unicam ecclesiam praesto fuisse, eosque praeter ecclesiam principalem S. Joannis etiam ecclesiam S. Nicolai possedisse, supra allata vestigia palam faciunt. Locum illius ecclesiae arcensis si requiras, post tantam rerum mutationem ipsum detegere, arduum est. Non caret tamen probabilitate, eam ibi sitam fuisse, ubi modo ad pedem montis castri columna murata, in cuspide crucem ferream exhibens, conspicitur; nam perantiqua traditio est, hic loci olim ecclesiam, et quidem ruthenicam, extitisse, et mos, in locis, ubi olim templum stetisset, cruces erigendi, pervetustus est, quem etiam S. Concilium Trident, Sess. XXI. c. 7. manuteneri voluit.

Videamus jam quae et quomodo hic Eppus fundamento, a decessore suo Ericco jacto, superaedificaverit. Antiquae liti cum Archieppis. Halic. finem impositurus limitibus dioeceseos versus plagam orientalem definiendis, operam dedit, quod et Deo juvante feliciter perfecit.[1])

Bona mensae eppalis in terra Sanocensi villis Blizne[2]) et Lubatowa[3]), proprio aere emtis ampliavit[4]), eorumq. securitati ac immunitati pro modulo providit.[5])

---

[1]) Vid Proleg. §, III.

[2]) Villa Blizna (territor. Brzozov.) duabus sortibus constabat. Una erat Laczkonis Valachi, quam Eppo 100 marcis grossorum Prag. vendidit. Vid, docum. n. IX. Altera sors regalis Sigismundo Stiborio in Suma 100 marcarum invadiata fuit. Hanc Mathias Eppus cum consensu regio a Stiborio redemit (docum. dd. Premisl. Dom. infr. Octav. Ascens. 1407). Utraque sors descendit e prima locatione villae, in fundamento privilegii per Casimirum M. R. P. dd. Sanok d. S. Marci Evang. 1366 Fulconi de Crosna concessi. Secunda autem locatio super 40 mansis in limitibus villae Blizne, et 4 mansis pro advocato, facta est per Dobeslaum de Siary Socha, vi privilegii Vladislai Jagellonis dd. Biecz fer 6. ipso d. f. S. Martini E. A. D. 1406. — Deficientibus documentis nequit definiri, quando et quo auctore haec sors bonis mensae eppalis accesserit.

[3]) Villa Lubatowa erat proprietas Żyndrami de Maszkowice, gladiferi Cracov., haeredis in Hummiska, qui in proelio ad Tannebergam 1410 copiis militaribus Polonor dux praefuit. (V. Cromer libr. XVI). Hic. 1408 (Crosn. 6 Novemb.) istam villam Mathiae E. P. 300 marcis medior. gross. lat. vendidit, reservata sibi potestate eam intra triennium redimendi V. doc. nro XIX. Vladisl. R. P. eam venditionem dd. Czechow fer 2 in crast S. Mart. 1408 ratam habuit. — A. D. 1412 in crast. S. Valent. M. Mathias E. P. Petro, filio Michaelis scult. in Równe facultatem dedit advocatiam in Lubatowa locandi, qua occasione pro ecclesia paroch. unum mansum, et alterum pro pascuis (vulgo Skotnik) assignavit.

[4]) Emit quoque advocatiam in Michelsdorf a Przyclao de Wzdow 100 marcis grossor. Cracov. numeri polonicalis (48 gross. in marc. computando). Vid doc. nro XXI. Non extat hodie villa Michelsdorf. Acta posteriora volunt hanc advoca-

Dotationem Capituli cathedr. variis decimis eppalibus auxit, [1]) et quia super earum solutione cum terrigenis lites exortae sunt, pacto cum iisdem inito episcopalia,

---

tiam esse eandem cum advocatia in Jaśliska. At hanc posteriorem Janussius, Mathiae successor, emit. Potius ergo Michelsdorf circa Wzdow quaerenda videtur. Forsitan eadem est cum Michałowka, cujus decimam Mathias E. capellae in arce Kamieniec cessit. — V. doc. nro XI. Etiam villam Bachorzecz (secus Dubiecko) a Petro Kmita palat. Crac. pro S[a] Centum marcarum pro se et suis successoribus eppis Pr. in pignus accepit. V. doc. nro XVIII. Cum tamen haec villa serius inter possessiones eppales non commemoretur debitum illud mox redditum fuisse oportet.

[5]) Vid. docum nro XXV. fer 5 in coen. Dni 1413, quo villam Przesiecznica (juxta Brzozow) Żyndramo de Maszkowice ad dies vitae ipsius cedit cum onere bona eppalia defensandi. Defensio illa non tantum contra Tartaros necessaria fuit, sed et contra latrones Beskidenses (in montibus Carpathicis) qui saepius in his submontanis regionibus rapinas exercebant. Haec est prima mentio villae Przesiecznica, quae num pecunia emta, an in Sylvis eradicatis de novo locata fuerit, ignoratur. Advocatiam ibidem in nemoribus extirpatis plantandi potestatem Mathias E. dedisse legitur Stephano, primo advocato; sed concernens privilegium, Pilsnae asservatum incendio periit, unde Petrus de Chrzanstow E. P. illud 1440 innovavit. (Act Consist vol 8 fol 24. 25). — Quomodo vero Mathias E. immunitati bonorum eppalium prospexerit, ostendit documentum sub nro XIII citatum.

[1]) Vid docum. s. nrs. I. XVI. XXII. — Decimas de Premislia, Żurawice, Ostrow, Kusienice, Wyszatyce, Ujkowice Capitulo cessit pro praedio a cive Prem. Haneczkone emto vid docum. dd. Prem. 2. Aug. 1406. Praedium illud fuit ad fluvium Wiar, ut videtur, in hodierna villa Sielec. Modo habet Capitulum agros in Sielec, at sine praedio, unde permutatio ista serius aliquo modo rescissa fuisse videtur. — Decimas in Jaroslav et Przeworsk obtinuit Capitulum pro taberna in Radymno, per Ericum donata. Vid docum. Cracov. d. S. Alexii 1393. Ast decimas oppidi Przeworsko et villae Studzian Capitulum mox (1394) neoerectae ecclae paroch Prevorscen. ad S. Catharinam cessit (vid Nakielski in Miechov. fol 341). Postea sculteti de Jarosław et Przeworsko Capitulo decimas denegarunt, et lite super hoc exorta, judices compromissarii,

hucusq. in natura percepta, in decimas pecuniales commutavit. [1])

Statuta ab antecessore suo Capitulo praescripta reformanda ratus, habitationis, mensae et bonorum communionem inter personas capitulares sustulit, proventus dotationis inter Canonicos distribuit, et areas pro domunculis ipsorum aedificandis assignavit. [2])

Cracoviae electi, hasce decimas respectivis ecclesiis paroch. adjudicarunt (vid. id. Nakielski fol. 484). — Reliquae decimae de tractu Jaroslav. Capitulo ab Eppo serius donatae sunt; cum scil. Vladislaus R. P. ecclam arcensem Praelatis et Canonicis pro cultu divino tradidisset, Mathias eppus regiam liberalitatem imitaturus omnes decimas totius districtus Jaroslav. i. e. tam de oppido Jaroslaw (quas jam prius cesserat) quam etiam de omnibus villis in dicto districtu locatis et locandis Capitulo perpetuis temporibus colligendas et possidendas cessit. Vid. docum. dd. fer. post. f. OO. SS. 1412.

[1]) Decimarum manipularium e variis dissitisque regionibus collectio et convectio non modicam facessebat difficultatem, ad quam declinandam Mathias E. cum omnibus terrigenis suae dioecesis suo ac successorum suorum nomine convenit: ut eclae Prem. loco decimae manip. sex gross. lati bohemicales de quovis laneo solverentur, quam compositionem Vladisl. R. P. dd. Prem. Dom. Reminiscere 1395 approbavit V. doc. nro III At eo non obstante incolas civitatis et dioecesis Prem. in solutione eppalium morosos fuisse probat bulla Bonifacii IX dd. 6 Idus Jun. 1397 ad Eppum Vratislav., qua ipsi committit: ut eos ad satisfaciendum eppo censuris adigat. V. doc. nro V.

[2]) Vid. docum. dd. Prem. 13 Febr. 1398 (s. nro VIII) Comunio bonorum discordiis inter personas capitulares occasionem dedit, ad quas sopiendas Mathias E. talem fecit bonorum et proventuum divisionem: Nicolao Wigandi Decano, et Joanni Wolmar Cantori dedit villam Pnekolth, Nicolao de Pilsna et Joanni Capellae Canonicis allodium Pekulicz (praedium Piekulice), Joanni Cristini et Petro de Lubaczow villam Byszcowycz (Buszkowice). Alios reditus capitulares, praecipue ex decimis, voluit distributionibus inservire, ita ut de pecuniis inde collectis omni Sabbato post Vesperas et ante horam coenae cuilibet Praelato et Canonico distribuatur unus ferto, quorum quatuor valent unam marcam polonicalem, seu 48

Aucto fidelium numero multas parochias de novo erexit, [1]) aut penes jam erectas novas praebendas insti-

---

grossos, utque haec distributio tantum corporaliter, et juris functione praesentibus obtingat. Quoad curias canonicales haec cit. documento continentur: „De nostris pecuniis areas seu fun„dos, et aliqua aedificia jam constructa emimus et compara„vimus in circuitu nostrae ecclae cathedr., volentes... ut bini „et bini, excepto decano, simul aedificent, et habitent.“ — Hanc ordinationem, — respective abrogationem statuti Ericiani de communi habitatione et mensa Capitularium Eugenius, PP. IV dd. Romae apud S. Petr. prid. Non. Novemb. 1432 approbavit. Decano et Cantori permisit scultetiam in Pnekolth vendere Mathiae Sartoris de Casimiria. (V. doc. Pr. in Vis. B. M. V. 1402) a cujus successoribus rursus redemta est (V. docum Ivonis de Obichow, Castellani Szremen. Capitan. Russiae general. dd. fer 4 infr. Oct. S. Pasch. 1417, quo significat: relictam Petri Fuss scultetiam in P. Capitulo vendidisse.

[1]) Sub ejus praesulatu ortae sunt parochiae:

1393	Przeworsk,
„	Rudołowice,
1396	Tuligłowy terrae Prem.
„	Pantalowice,
1398	Krzywcza,
1399	Kusienice,
1400	Leżaysk,
1404	Mościska,
1406	Żurawica,
1408	Bojowice (Hussaków)
1409	Kossina,
„	Humniska,
„	Łąka,
1411	Urzejowice,
1412	Krasne,
1419	Wyszatyce.

Auctor Vit. Epp. Prem. fol 13 scribit: Ecclam paroch. in Krosno a Mathia E. consecratam fuisse. At cum etiam Mathias Drzewicki E. P. anno 1512 eamdem ecclam Krosnen. in antiquis Visitationum libris consecrasse legatur, haud scio annon auctor ille more suo Mathiam I. cum Mathia II confundat.

tuit. [1]) — Ordinem canonicorum regularium SS. Sepulchri Hierosolym. ad Dioecesin primus introduxit, eumque ad regimen parochiarum admisit. [2])

Clero curato viam ad perfectionem christianam expeditiorem redditurus, eumque inter se arctiori vinculo colligaturus, confraternitatem sacerdotalem in-

---

[1]) Praebendae ejus temporibus ortae sunt:
a) Altare B. M. V., SS. Gregorii, Martini, Augustini atq. Ambrosii in ecclesia Castri Premisl., cum altarista. Hanc praebendam ipsemet fundavit, et decimis eppalibus de oppido Sambor ac villa Kotkowice (Czukiew) dotavit. Vid. docum. dd. Prem. Sabb. in cras. S. Scholasticae V. 1419. (nro XXVII).
b) Altare c. Altarista S. Crucis in eccla paroch. Krosn. — Vid. docum. erectionis Custodiae cathedr. cui haec praebenda dein incorporata fuit.
c) Capella (cum praebendario) tit. Annunc. B. M. V. in arce Camyeniecz (Odrzykoń) Vid documenta dd. in Nativ B. M. V. 1402 et dd. 1 Octobr. 1402. (nro XII).

[2]) Ab antiquissimis temporibus clerus ecclae SS. Sepulchri Hierosolymis titulum „Canonicorum custodum SS. Sepulchri gessit, et ad differentiam Canonicor. Lateranen. rubram Crucem duplicatam super nigro talari deferebat. Jaxa Gryphius 1159 in terram S. profectus circa 1162 coloniam hujusmodi canonicorum in Poloniam deduxit, quibus ecclam et Conventum Miechoviae, lautissima dotatione instructum, aedificavit. Historiam hujus ordinis in terris Poloniae magna cum laude scripsit Samuel Nakielski, membrum ejusd. ordinis, et Praeptus ad S. Hedvig. Cracoviae. (Prodiit s. t. „Miechovia etcet. Crac. 1636 fol.). Hi jam Canonici SS. Sepulchri temporibus Mathiae Eppi in Dioecesi Premisl: ecclas paroch. in Przeworsko ac Leżaysko obtinuerunt. Occasione hic loci memoratae ecclae in Przeworsk silentio praetermittere non possumus, quod testante dicto Nakielski eppus Lubussensis eam primitus anno 1393 erexerit. Adeo pertinaciter ille antiqua jura sua in Catholicos Russiae urgebat, quamvis jam anno 1375 bulla Gregorii XI. a quacunque ipsius jurisdictione fuissent exemti. At hoc ultimum talis usurpationis exemplum fuit; nam inde ab anno 1394 jam res ecclesiae Prevorscensis documentis Mathiae E. P. ordinantur.

stituit, [1]) quae lapsu temporis per dioecesin late propagata fuit.

---

[1]) Hujus perantiquae confraternitatis primordia Romae jacta fuere. Baronius ad ann. 984 scribit, multos eppos et presbyteros tali societati nomina dedisse, seque invicem obstrinxisse, ut quilibet defunctum confratrem missae sacrificio adjuvaret. In Polonia ea primum 1419 ad ecclesiam paroch. in Pilzno introducta et a Petro Wisz, p. t. Eppo Cracov. approbata fuit. Haec Venc. Sierakowski E. P. in Actis suis de anno 1760 pag. 346 seqq. ex libro. „Speculum confraternitatis Pilsnensis“ excerpta exhibet. Mox rectores ecclarum in districtibus Ressov. ac Tyczynen., Dioecesi Cracov. contiguis, simile vinculum spiritualis fraternitatis nectere decreverunt, salutis suae medelam orationibus, missis, eleemosynis, exequiis adipisci, et se charitatis operibus ad impetrandam divinae pietatis clementiam praemunire cupientes. Primi promotores et conditores contubernii fuerunt: Mathias de Słocina, Nicolaus Laurini de Chmielnik, Andreas de Borek et Venceslaus de Łąka parochialium ecclarum rectores. In patronos societatis electi sunt: Spiritus Stus et B. V. Maria, in quorum honorem congregatio quater in anno celebranda erat. In quavis congregatione 3 missae cantabantur: de Beata, pro defunctis et de Spiritutu Sancto. Singuli confratres infra missas praesentes aderant, cereos ardentes manibus tenentes. Post primam missam processio, post missam pro defunctis brevis exhortatio, post missam de Sptu So fratres de negotiis tractabant. Ad societatem non admittebantur nisi bonae famae sacerdotes. Statuta autem societatis haec erant: *a)* Audita morte fratris in singulis confratrum ecclesiis campanae ter pulsentur, Vigiliae decantentur, ac Psalterium legatur. Omnes confratres cum superpelliceis ac stolis ad exequias defuncti conveniant, et singuli missas pro defuncto legant, tres autem missas cantent. *b)* Unusquisq. fratrum Vigilias per Octavam dicat, ac per 30 missas defuncti memoriam facere sit astrictus, insuper quamdiu vixerit defuncti, sicut viventi promisit, nunquam obliviscatur. *c)* Etiam laici pro participatione orationum poterunt in contubernium recipi, pro quibus, postquam defuncti fuerint, quivis fratrum 8 Missas cum 3 Vigiliis compleat. Vicissim confratres laici et sorores laicae pro fratre mortuo 100 „Pater noster“ et todidem „Ave M.“ dicere sint obligati. *d)* Quivis collega defuncti confratris memoriam usque ad diem anniversarii obitus singulis dominicis publice ex

Inter haec otium quoque invenit tum reipublicae negotiis vacandi — (nam conventui generali in Horodło 1413,[1]) et congressui in Szramowice 1411[2]) qua deputatus regni interfuit) — tum vicinae ADioecesi Leop., quam 1413 etiam in spiritualibus administravit,[3]) utilem ope-

---

ambone fidelium Suffragiis commendet, et Anniversarium ejus cum Vigiliis et Missa a quolibet confratre peragatur. —

Societati praecrant provisores, a confratribus pro anno electi, quibus singuli sequenti juramento obstringebantur: „Ego „N. rector ecclae in N. promitto per haec S. evangelia pro„visoribus fraternitatis obedire in omnibus licitis et honestis, „et secundum formam statutorum, salvo tamem jure Praela„torum.“ Provisorum erat ad celebrandas confratrum congregationes de loco providere, eosq. per litteras convocare, quoties ingrueret necessitas conveniendi, aut quoties ipsis opportunum videretur. Porro illorum erat ea ordinare, quae ad utilitatem fratrum et honorem sacerdotalem proficua censerent quae autem hoc respectu statuissent, in congregatione fratribus recitare obligabantur, quae deinde, si cunctis aut majori parti placuissent, in regestrum referebantur. — Hanc confraternitatem et statuta ejus Mathias noster sub data Premisliae ipso die convers. S. Pauli Apli A. D. 1419 approbavit, simulque his, qui officiis fraternitatis et sepulturae defuncti interfuerint, indulgentias 40 dierum concessit, facultatemq. dedit, sibi in articulo necessitatis confessarium eligendi, cui facultatem a casibus sedi ordinariae reservatis absolvendi impertitus est. Videbimus suis locis, hanc so.ietatem deinde per totam Dioecesin late fuisse propagatam, et fructus bonos tulisse.

[1]) Vid Przyłuski, statut. R. Pol. fol. 686 et 690,

[2]) Sigismundo R. Hung — (marito Mariae, Ludovici filiae, 1395 defunctae) — praetensiones Hungarorum ad provinciam Russiae rubrae renovante, deputati utriusq. gentis d. S. Elisabeth (19 Nov.) A. D. 1411 in Szramowice convenerunt, negotium istud amicabiliter discussuri. Huic colloquio ex parte Poloniae regis, Mathias noster cum Jacobo Plocensi, Alberto Posnan. et Nicolao Vilnensi interfuit. Nil tamen definitive inibi conclusum est, sed tantum treuga usq. ad proximum festum Assumpt BMV. constituta. Vid Exposé preliminaire des drôits de la couronne d' Hongrie sur la Russie rouge Vienne 1772 pag. 12 inter documenta.

[3]) In privilegio dd. Premisliae in crast. Natio. Dni 1413, quo

ram praestandi, dum 1408 dissidia inter Joannem Rutheni, rectorem ecclae paroch. B. M. V. et cives Lemburgenses, tanquam arbiter et compromissarius composuit. [1])

Quae omnia, qui justa aequaque lance pensitaverit, ei titulum Praelati de patria et ecclesia sua bene meriti non poterit denegare.

Obiit anno 1419 vel sequenti. [2])

---

erectio Conventus FF. Praedicatorum Colomeae permittitur Mathias noster dicitur „ecclae Lemburg. in spiritualibus Administrator generalis.“

[1]) V. Skrobiszewski, proëmio ad vit. AFppor Halic. et Leop. cap. II n. 2 Sententia arbitralis Mathiae E. P. fuit dd. Premisl. 29 Maji 1408.

[2]) Ineptissime in tabulis et consignationibus Epporum annus 1399 tanquam Mathiae emortualis ponitur. Nec minus hallucinatur auctor MSti Vit. Epp. Prem. dum ejus eppatum 12 annis tantum durasse scribit. — Utramque relationem diplomata, quae attulimus, affatim refellunt. — Certe Mathias noster anno 1419 mensibus Januario et Februario adhuc in vivis fuit, at in documento Esiae in Strzelczyska dd. 1 Junii 1420 (Actor vol. IX.) Franciscus Decanus Pr. — (Orzek) — dicitur Administrator in spiritualibus, et Joannes AEppus Lepol — (Rzeszowski) — tutor eppatus Prem., sede eppali vacante. Unde consequens est, Mathiam nostrum vel 1419 vel 1420 obiisse. Anniversarium ejus (pro quo 800 marcas legavit) olim celebrabatur Sabbato infra Octav. SS. Corp. Christi. Haec ergo dies videtur ei fatalis fuisse.

DOCUMENTA AD TEMPORA JANUSSII ALUBINII E. P.

I * 1421. Instrument. publ. Notarii dd. 7 Martii, quo significat: Janussium E. P. novam bonorum divisionem inter Praelatos et Canonicos instituisse, iisq. facultatem concessisse disponendi de substantia confratrum intestatorum.

II 1421. Sabb. infr. Conduct. Paschae — Januss. E. P. confirmat statuta confraternit. presbyteral. in districtu Tyczyn. Act. Epp. Sierak.

III * 1423. dd. Dobrestany, loco venationum, fer. 4. prox. p. f. S. Francisci — Vladislaus R. P. hausta informatione Joannis AEppi Leop. et Janussii E. Pr. ordinat: ut abhinc ad gremium Capituli Prem. non plures quam 9 personae instituantur.

V * 1424. Instrumentum Notarii dd. 7 Aprilis quo continetur Copia documenti dd. Premisliae Dom. Laetare 1424, quo Janussius E. P. Capitulo suo inscribit 24 marcas polon. super decimis eppal. de agris sculletorum in districtu Tyczyn. cum onere fovendi 3. Vicarios perpetuos pro horis diurnis et nocturnis in eccla cathedr. cantandis.

VI * 1424. dd. apud S. Cruc. in calvo monte fer 6 in Vig. S. Catharinae V. — **Vladislaus** R. P. occasione accepti in eccla cathedr. Prem. nuncii de nativitate filii sui Vladislai privilegia et possessiones Capituli confirmat, novas addit, cunctas ab oneribus publ, et jurisdictione saeculari liberat.

VII * 1424. dd. Romae Pontif. anno 7 (1424). **Martinus** P. V, confirmat privilegia et possessiones Capituli, nominatim incorporationem beneficior Premisliae et Crosnae.

VIII 1425. fer. 4 post Oct. Paschae. **Janussius** E. P. dat facultatem Wojtkoni, sculteto in Domaradz locandi villam Nova — Domaradz. Act. Epp. Rosa I f. 155.

IX * 1428. **Martinus** P. V. largitur indulgentias pro festo SS. Corp. Christi pro eccla cathedr. Premisl.

X * 1430. Prem. Sab. ante f. S. Georg. M. Janussius E. P. pro 800 marcis, per antecessorem suum Capitulo legatis, cedit omnes decimas eppales in districtu Tyczyn. Błażowa et Rokietnica, simul Capitulo dat potestatem, contradicentes censurandi.

XI 1431. Crac. fer. 2 in crast. Dom. „Judica me“ **Vladislaus** R. P. ad instantiam. Janussii E. P. villam eppalem Radymno transformat in civitatem, jus tentonicum concedit, forum septimanale pro singulis feriis tertiis, annuum pro f. S. Laurentii. Trzebin. fol. 190 sq. Rosa I. 45.

XII 1431. Romae 2. Aug. Janussius E. P. et Capitulum absolvuntur ab excommunicatione ob debitum 70 aur. mercatori Florent. Trzeb. f. 296.

XIII 1432. dd. Siradiae Sab. invent. S. Crucis. **Vladislaus** R. P. approbat privilegium Janussii E. P. dd. Prem. fer. 4. prox p. Pentecost., quo cum consensu Capituli advocatiam in Radymno donat Sventoslao de Gogowa. Trzebin. f. 191 sq. 195 sq.

XIV 1432. Jaroslaviae Dom. ante f. S. Thomae Apli **Vladislaus** R. P. Vicariis ecclae cathedr. Premisl. donat 10 marcas ann. census et 4 tunnas salis in żuppis Premisl. cum onere unius missae in singul. Dom. in honorem S. Andreae Apli, cujus ope armigeri sui victoriam de Tartaris et Schismaticis reportarint. Trzebin. fol. 96.

XV 1433. Crosnae in Oct. Epiph. Jacobus Nicolai advocatus de Brzozow recognoscit, se pro advocatia in Brzozow accepisse a Janussio Eppo 100 marcas Trzeb. f. 246 Ros. I. f. 30.

XVI 1433 Cracov. f. 3 in Oct. Epiph. **Vladislaus** R. P. pro receptis agris in Piekulice Capitulo Prem. dat duos laneos regales in Niegrzebka (Nehrybka) Trzeb. fol. 10.

XVII 1433. dd. fer. 3 in Oct. Epiph. **Vladislaus** R. P. Vicariis ecclae cathedr. Prem. incorporat altare castri Prem. collationis suae regiae. Trzeb. fol. 18.

XVIII * 1434. Sanok. Sab. prox. p. Epiph. Nicol. de Chranstow, gladifer Cracov. recognoscit: Petrum a Łubno, regiae aulae pyxidarium, advocatiam in Jaśliska et scultetiam in villa Krolikowa 500 marcis vendidisse Janussio E. P.

XIX * 1434. Prem. Sab. ipso d. S. Stanislai — Vladislaus R. P. Janussio E. Prem. intuitu suae salutis, et quod tempore guerrarum pecuniam ab eo receperit, ipsi et successorib. ejus Eppis in perpetuum donat et inscribit Jaśliska oppidum, cum villis Krolikowa, Biskupice, Dalejowa, Nova-Jaschenka in distr. Sanoc.

XX 1434. Prem. fer 6 infr. Oct. Ascens. Vladislaus R. P. in recompensam certarum Summarum pecunialium Capitulo Prem. largitur 12 tunnas salis de żuppis Premisl. dictis Sol, singulis annis ad 4 temp. percipiendas, ut sing. Dom. et dieb. ferial. in missar. solemniis pro ipsius et reginae Zophiae ac filiorum salute orent, memoriamq. faciant specialem. Trzeb. f. 97. Ros. II f. 63.

XXI 1435. Grodek fer. 6. prox. post. Invocavit Decretum conventus regni. quo Capitulo cathedr. Prem., et respective ecclae parochali Prem. messalia seu annonae ab hominib. suburbii Prem. et ab Hal popone adjudicantur (libr. privil. p. 228.

XXII 1433. Prem. fer. 4. post D. „Misericordiae“ — Janusius E. P. de consensu Capituli dat

perpetuis temporibus 2 marcas de decimis suis pecunialib. super 13 laneis in suburbio novae civitatis Bybel honorab. dno Herpistin Canonico ratione loci, ubi campanile est aedificatum. Trzeb. f. 96.

III. JANUSSIUS

DE LUBEN

E. P.

STEMM. DOLIWA

1421 — 1435.

Contemporanei:

Reges P.	R. Pontifices.	Primates reg.
Vladislaus II.	Martinus V.	Nicolaus Trąba
Jagello † 1434.	1417—1431.	† 1422.
Vladisl. III.	Eugen. IV.	Adalbert Jastrzębiec † 1436.
Varnen. † 1444.	1431—1447.	

AEpp. Leop.

Joann. Rzeszowski 1416—1436.

Familia equitum de Lubeń vel Lubiń (vulgo Lubieńscy vel Łubińscy) armorum Doliwa, non confundenda cum equitibus de Łubna (vulgo etiam Łubieńscy, quorum stemma fuit „Pomian") in Cujavia domicilium habuit, et plures viros de republica egregie meritos protulit. [1])

[1]) Barthol. Paprocki testatur, se vidisse epitaphium Marci de Lubin, palatini Brestensis in Cujavia, 1441 defuncti. Idem commemorat Andream de Lubin, thesaurarium regni sub an. 1436.

Janussius noster sive Joannes cognomento „Śledź“ fuit decretorum (i. e. juris canonici) doctor [1]) et capellae regiae magister (Capellanus) in aula Vladislai II R. P.[2]) Episcopatum vero Premisliensem obtinuit circa A. D. 1421.[3])

Ejus temporibus Hussitica haeresis, per Concil. Constantiense damnata, ingentes turbas in Bohemia excitabat, quae, ne ad nostrum quoque regnum a gente, Polonis, idiomate et stirpe cognata, propagarentur, Vladislaus rex severo edicto 1424 in haereticos lato impedire conabatur.[4])

---

[1]) In documento a nobis sub nro V citato dicitur „decretorum doctor,“ in documento quoque de anno 1402 quod sub Mathia Janina ad nrum XI allegavimus inter testes occurrit Joannes de Luben „juris utriusq. doctor.“ Długoss ad an. 1435 colum. 680 observat eum agnomen „Śledź“ gessisse.

[2]) Długoss lib. XI ad an. 1411 colum. 315 scribit anno cit. Joannem de Luben, doctorem et Capellae regiae Magistrum nomine Vladislai R. P. ad Joannem P. XXIII missum fuisse, ut pontifex nominationem Nicolai de Trąba ad AEppatum Gnesn. contra jura Metropol. Capituli factam, ratam haberet, quod et obtinuit.

[3]) Ex hoc anno habemus documenta ejus sub nris I et II adducta, quorum primum est dd. 7. Martii. Cum autem eppatus, uti sub Mathia Jan. diximus, anno 1420 vacaverit, ergo Janussius vel sub exitum istius anni, vel initio 1421 ecclae Premisl. praeesse coepit. Etiam hunc Antistitem libera Capituli electione ad munus suum designatum fuisse arbitratur Alembek, at, us taceam ea, quae sub eppatu Mathiae not 1 ad fin. dixi, ipsa missio Janussii ad Joannem P. XXIII in negotio electionis AEppi Gnesn. suspicari nos jubet, electionem Capituli Prem., si qua locum habuit, tam parum efficacem fuisse, quam illam Capituli Gnesn.

[4]) Vladislaus II. R. P. dd. Wielun in Domin. „Judica“ 1424 contra haereticos eorumq. fautores severum decretum tulit, quo omnes e Bohemia in Poloniam venientes per inquisitores haereticae pravitatis quoad orthodoxiam examinari praecipit, omnes etiam subditos suos in Bohemia commemorantes, sub poena confiscationis bonorum et infamiae posterorum, inde revocat. Vid hoc decr. apud Jacob. Przyłuski in statut.

A. D. 1431 Martinus P. V. Concilium generale Basileam convocaverat, quod tantum abest, ut grassantem haeresin extirpare, et alia ecclesiae vulnera sanare valuerit, ut potius discordiis suis cum Eugenio IV. Martini successore, et funesto Schismate suscitato, novum vulnus inflixerit. [1])

A. D. 1424 Vladislao Regi Premisliae praesenti nuntius de nativitate filii ipsius — (Vladislai Varnens.) — allatus, exuberanti omnium regni ordinum laetitiae occasionem dedit; ipse vero monarcha pro tanto beneficio numini supremo gratias redditurus, capitulum ecclesiae cathedralis, (ubi missae sacrificio devote assistens, nuntium illum acceperat,) largis muneribus affecit. [2]) An-

---

R. P. pag. 169 170. Nec minori sollicitudine Eppi Poloni fidei integritati invigilabant, nominatim Sbigneus Olesnicki Epp. Crac. qui, quum Hussitarum legati Vladislaum Jagell. Cracoviae convenissent, urbem, quamdiu ibi morarentur, interdicto subjecit. Vid Starowolski in vit. ejus. Russiae provincia ab his haereticis non infestabatur; at confinia regni, Bohemiae et Silesiae magis vicina, ab iisdem armata manu invadebantur, et ecclae ac monasteria expilabantur, quod imprimis coenobio Częstochov. contigit, quamquam Cromerus non ab Hussitis, sed ab equitibus Polonis, auri sacra fame ductis, sub ementito Hussitarum nomine eam rapinam comissam velit (lib. hist. 26). Etiam plures ecclas in Silesia ab Hussitis violatas et direptas esse dubio caret.

[1]) Synodum Basil. pro Hussitis cum ecclesia reuniendis, tum aliis negotiis ecclesiasticis componendis Martinus V. A. D. 1431 convocaverat, et post ejus obitum Eugenius IV continuabat. Qui quum paulo post Concilium dissolvere vellet, controversia non modica inter ipsum et PP. congregatos exarsit, quae 1433 ad tempus utcunque composita fuit, at serius resuscitata, 1437 in periculosum schisma degeneravit. Verum de hac scissione, quae post obitum Janussi nostri accidit, ac de ejus in Poloniam influxu plura dicemus sub Petro de Chranstow E. Pr.

[2]) Vid. privileg. sub nro VI adductum. Hoc nuntio exhilaratus rex possessiones a Capitulo hucusq. acquisitas sc. 13 hortos (quibus 14tum addidit, post pontem, sub vallo castri Prem.),

no demum 1434 idem rex, ecclesiae Lepol. et Premisl. maximus benefactor, vitae cursum consumavit, a populis suis sincere deploratus.[1]) Coronationi juvenis regis Vladislai III Eppus noster praesens interfuit.[2])

GESTA JANUSSII:

Favente Vladislao R. dotem eppatus oppido Jasliśka, in terra Sanoc., cum villis appertinentibus auxit,[3]) —

---

2 laneos retro fluv. San, 2 laneos cum praedio, molendino piscinis et pratis in Piekulice, 2 laneos in Nehrebka cum pratis et paseuis, aream pro instaurando molendino ad fluv. Wiar (Młyńsko), cum agris, pratis, spinetis, rubetis, 2 braxatoria, duas domus prope ecclam S. Petri, unum piscatorem in litore fluv. San in Villa Moszczyska, eundo ad Vladicam, villam Pnikult et Byskowice, 7 emetones cum taberna in Sosnica, agros in Swante, (Swięte) garb nominatos, decimas manip. araturarum ad castrum Prem. pertinentium, et suburbii Prem. confirmavit, insuper eas possessiones ab omnibus exactionibus, angariis, podwodis, a quacumq. jurisdictione, praeterquam Capituli exemit, deniq. emetonibus, hortulanis ac incolis bonorum Capituli liberam lignorum incisionem in sylvis regalibus concessit.

[1]) Obiit in arce Grodecensi ult. Maji 1434: Cf. Długos. XI. 559. Quam benevolum et munificium se ecclesiae Premisliensi exhibuerit, patet e privilegiis ejus a nobis sub eppatu Mathiae n. III. IV. XIII. XIV. XV. XVII. XX et sub epp. Januss. n. III. VI. XI. XIV. XVII. XIX. XX. adductis. Ecela Leopol. eum ut primarium suum fundatorem veneratur; nam ipsius interventioni in acceptis referenda est translatio Sedis AEppalis Halicia Leopolim, ipse porro AEppatui hactenus modico proventu proviso, largam dotationem suppeditavit.

[2]) Prout Joannes Dombrowka, commentator chronicae Vincen. Kadlubek testatur, coronationi pueri. regii., Vladislai III, d. 25 Jul. 1434, per Albertum Jastrzębiec AEpp. Gnes. peractae, ex eppis interfuerunt Sbigneus Cracov., Stanislaus Ploc., Vladislaus Cujaviensis, et Janussius Premisl.

[3]) Vid docum. sub nro XIX citatum. Advocatiam in Jaśliska et Krolikowa Janussius proprio aere comparavit vid. ur. XVIII. item advocatiam in Brzozow cf. ur. X. XV. At vero

villam Domaradz nowy (hodie Lutcza) locavit.[1]) villae Radymno praerogativas oppidi, cum usu juris Magdeburgici impetravit.[2])

Proventus Capituli variis decimis locupletavit,[3]) novam bonorum divisionem inter capitulares instituit, et Capitulo de substantia membrorum suorum, ab intestato decedentium, disponendi copiam fecit.[4])

---

advocatiam in Radymno a bonis eppalib. discerpsit vid doc. nr. XIII.

[1]) Vid. doc. nr. VIII.

[2]) Vid. doc. nr. XI.

[3]) Vid. doc. nro V. X. XIII. item bullam Eugenii PP. IV. dd. Rom. prid. Non. Nov. 1432. qua cessionem decimarum de Tyczyn, Błażowa, Rokitnica, per Janussium Eppum in rem Capituli factam approbat.

[4]) Vid. doc nro I. — Janussius distributionem per suum decessorem Mathiam factam (de qua vid. dicta sub epp. Math. sequenti modo immutandam duxit: a) Praeposito (qui hac occasione prima vice commemoratur), Decano et Cantori, eorumq. successoribus assignat villam Pnikult, ita tamen, ut ad patricipationem fructuum ejus unum canonicum, Joannem Rutheni, et ejus successores admittant, dando ei singulis annis pro festo Sti Martini 8 marcas pecuniae. Porro ordinat, ut huic canonico de labore lanei, per rusticos culti, quartam partem dent, de aliis vero laneis ad curiam spectantibus, partem suam habent sumptibus et expensis pro parte sua detractis. b) Nicolao de Sandomiria (alias Calvo), Georgio de Krosna et Joanni de Biecz et eorum successoribus attribuit reditus de villa Piekulice, de hortis et braxatoriis Capituli in suburbio Prem., decimas manip. de agris allodii regalis Prem., ac caeteris ad ecclam parochial. pertinentibus, exceptis messalibus et columbationibus (quae ad Vicarios spectasse videntur. c) Nicolao de Radymno et Simoni, Notario civitatis Cracov., Canonicis Prem. et successoribus eorum dat bona trans fluv. San posita, videl. villulas Sosnica et Byszkowice, cum allodio olim Nicolai Krzeszowski. Omnes ergo Praelati et Canonici erant novem cf. docum nro III. cit. — Haec partitio id adhuc habeat incommodi, quod plures Canonici commune haberent praestimonium, id quod discordiis ansam dare poterat. Hinc lapsu temporis; nescitur an consuetudine, an statuto ali-

Mutuo cum Capitulo consensu legem condidit de contributione eppi et Capituli pro fabrica et aliis necessitatibus ecclae cathedralis, [1]) et collegio Vicariorum ad eam existentium fundum pro 3 praebendariis adjecit. [2])

Quae ecclae parochiales sub ejus eppatu originem sumserint, e datis fundationum, quas schematismus dioeces. exhibet, facile eruitur. [3]) An autem Capellam B. Mariae Virg. in Starawieś prout traditio perhibet, fundaverit, ambigitur. [4])

---

cujus eppi, specialior partitio introducta est, nimir. ex proventibus sub b) recensitis formati sunt 3 Canonicatus: (1. Piekulice górne. 2. Piekulice dolne. 3. Bakuńczyce), porro ex reditibus sub c) expositis formati sunt duo Canonicatus: fundi Sosnica et Buszkowice.

[1]) Cum consilio et consensu Capituli dd. Premisl. fer. 4. post. Dom. „Misericordiae" statutum condidit, quo se et successores suos obligavit, ut ad gazophylacium ecclae cathedr. pro fabrica, ornamentis et necessitatibus quibuscunq. singulis annis ad festum S. Nicolai C. P. perpetuis temporibus 20 marcas pecuniae communis reponant, Capitulum vero de suis proventibus 10 marcas addat, porro, ut hoc gazophylacium sub duabus seris et totidem clavibus custodiatur, quarum una sit penes eppum, altera penes capitulum. Quodsi dictam ecclam per ignem, aut inveterationem, aliumve casum ampliore sumtu indigere acciderit, tunc eppus de mensa sua duas partes, Capitulum tertiam partem contribuere teneatur. (Vid Trzeb. f. 43). Hoc statutum a se observatum iri eppi in introductione sua jurejurando firmare solebant.

[2]) Vid. docum. nro V.

[3]) Ex earum numero sunt parochiae: Błażowa 1432, Mrzygłod circa 1431, Rychcice 1434, Łowce circ. 1430.

[4]) Visit. Doenhoff (1699) commemorat traditionem, juxta quam 1399 Capellam B. M. V. in Starawieś condiderit, et in ea etiam sepultus quiescat. Quod etiam repetit Visit. Sierakov. At vero Janussius 1399 nondum erat eppus. Si ergo tunc fundata esset, ergo aut Mathiae eppo ejus fundatio adscribenda esset, aut statuendum, Janussium eam fundasse, cum nondum esset eppus Prem., idquod parum habet probabilitatis. Quod porro de ejus sepultura in illa Capella traditur, repugnat Długossii testimonio, qui eum in eccla arcis Prem. sepultum te

Obiit 20 Martii 1435. et in eccla arcis Prem. (tunc cathedrali) sepultus est. [1])

statur. Chronica Epporum in libro Archiconfraternitatis sacerdotalis district. Krosn. et Sanoc. obitum ejus ad annum 1415 (sine dubio falso) reponit, eumque in praedicta Capella sepultum tradit, addens: Tylko ten jeden w Brzozowie leży (sub Brzozovia Starowieś intelligenda, ubi primitus villa illius nominis locata fuit). Był grobek jego nie wielki murowany, na kamieniu herb, trzy róże wykowane na wierzchu, ale zaginął przez spalenie kościoła drewnianego.

[1]) Obiit 20 Martii 1435 cf. Długoss. libro XII. colum. 680.

DOCUMENTA AD TEMPORA EPISCOPATUS PETRI de CHRANSTOW.

I 1436. Basileae 10 kal. Novembris. Decretum Concilii pro rectore ecclae paroch. Crosnen. contra fratres Minor. in administrationem Sacramentorum sine licentia ipsius sese intrudentes Trzeb. f. 102.

II * 1439. Radimnae f. 5 prox. p. Pentec. Andreas Advocat. Radym. cum consensu Petri E. P. Zophiae consorti suae pro dote medietatem advocatiae R. obligat.

III 1440. Prem. fer. 2 post. f. S. Joan. Bapt. **Petrus** E. P. ad preces Joannis Hłasek de Jaroslawice, sculteti in Przysiecznica, renovat privilegium antecessoris sui Mathiae E. P. pro locatione hujus scultetiae.

IV 1441. Budae ips. d. S. Procopii. **Vladislaus** III. R. Pol. et Hung. ad supplicationem Petri E. P. fundat Archidiaconatum in eccla cath. Prem. Trzebin. fol. 173.

V * 1442. Prem. fer. 3 prox. p. Epiph. — **Petrus** E. P. erigit Archidiaconatum in eccla cathedr. Prem.

VI 1442. Brzozov. 14 Sept. **Petrus** E. P post obitum Clementis de Ciochow ad ecclam

Krosn. instituit Petrum de Czarnochow, per Capitulum cathedr. praesentatum.

VII * 1443. Basileae 3 Non. Aug. — PP. Concilii confirmant erectionem Archidiaconatus in eccla cathedr. Prem.

VIII * 1442. Prem. f. 3 intr. Oct. Epiph. Petrus de Grochowce, judex Prem. fundat altare B. M. V. in eccla cath. Prem. Annulus can.

IX * 1443. Prem. f. 4 infr. Octav. Epiph. — **Petrus** E. P. innovat locationis sculte-tiae in Rowne privilegium, quondam per Casimir R. P. dd. Sanok die Convers. S. Pauli Apli 1352 concessum, et jura sculteti amplificat cum consensu Capituli.

X 1443. Prem. 26 Junii. — **Petrus** E. P. generoso Mleczko, haeredi in Giedlice (Jedlicze?) concedit ad dies vitae curiam eppalem Crosnae, qui successores suos obligat, ut eam post fata sua, cum aedificiis quae ad eam construxerit, Eppo Prem. restituant. Trzebin. fol. 103.

XI 1444. Prem. fer. 6 infr. Oct. S. Joannis. — **Petrus** E. P. erigit Praelaturam Custodiae in eccla cathedr. Prem., cui Capellam S. Crucis in Krosno cum proventibus incorporat. Liber Custodiae.

XII * 1444. Prem. fer. 6 prox. post. Epiph. — **Petrus** de Grochowce judex, et Paulus de Zamyechow subjudex Premisl. recognoscunt: Petrum E. P. emisse sortem

advocatiae in Radymno a Joanne et Mathia haeredibus de Pantalowice.

XIII * 1444. Radimnae fer. 6 prox. p. Oct. Epiph. Gregor. Wolbram de Brzozow judex, recognoscit: Sophiam relictam Andreae Advocati Radymn. partem suam advocatiae Radym. Petro E. P. 354 marcis vendidisse.

XIV * 1444. Prem. fer. 4 prox. post. f. Epiph. **Petrus** E. P. ratificat compositionem inter Archidiaconum et Capitulum cathedr. initam qua dictus Archidiaconus ad participandas distributiones Canonicorum admittitur.

XV 1446. Prem. Dom. infr. Oct. Epiph. — **Petrus** E. P. erigit altare SS. Corp. Christi in eccla paroch. Drohobyc. Liber privileg. fol. 47.

XVI 1447. Prem. f. 4. infr. Oct. Epiph. **Petrus** E. P. ratificat compositionem et pacificationem inter Capitulum cathedr. et Vicarios ecclae cathedr. Trzebin. f. 44.

XVII 1448. fer. 3. in crast. S. Joann. B. — **Petrus** E. P. dat facultatem locandi villam novam Piotrawin in sylvis, mericis et nemoribus eppalib. ex utraq. parte fluvii Łączka. Acta Eppal. Vol. VIII. s. a. 1512.

XVIII * 1448. Prem. f. 5. p. f. S. Joann. Bapt. — **Petrus** E. P. pro decimis praedialib. curiae in Radymno, ad Archidiaconum Pr. pertinentibus, cedit 6 marcas cum dimidia decimarum pecunialium de oppido Felstin, et villis Hrodowice, Sansiadowice,

Nadybie, Barańczyce, Olszanik, Dambrowka.

XIX * 1448. dd. fer. 3. prox. ante f. S. Nicolai. — Petrus de Grochowce judex, et Wasko de Rybotycze subjudex. Prem. testantur: Petrum E. P. Joanni de Łopuszka, et Nobili Fredroni de Pleszowice pro parte advocatiae Radimn., ipsos concernente, pretium persolvisse.

XX * 1449. Prem. fer. 3 prox post. Conduct. Paschae Petrus de Grochowce judex, et Waśko de Rybotycze subjudex Prem. recognoscunt: quod nobilis Nicolaus Schirscha de Pantalowice quietaverit Petrum E. P. de satisfactione sibi praestita ratione partis advocatiae Radymnen. se concernentis.

IV. PETRUS

DE CHRANSTOW

VULGO

CHRZĄSTOWSKI

E. P.

ARMORUM STRZEGONIA

ALIAS KOŚCIESZA

1435—1452.

Contemporanei:

REGES.	R. PONTIF.	PRIMATES. REGNI.
Vladisl. Varn.	Eugen IV.	Albert. Jastrzębiec
† 1444	1431—1447	† 1436
Casimir. IV.	Nicolaus V.	Vincent. Kot
Jagellonides	1447—1455	† 1448
usq. 1492.		Vladisl. Oporowski
		† 1453.

Arch. Epp. Leopol.

Joann. Odrowąż (1435 — 1453).

Długoss ad anno 1435 scribit: Capitulum (Prem.) post obitum Janussii Lubinii electione celebrata Franci-

scum de Orzek Decan. Leopol. et Canonicum Prem.[1]) de armis Swierczek, episcopi defuncti successorem designasse, at electionem istam effectu caruisse, quia Vladislaus rex, (vel potius hi, qui nomine regis, tunc undecem annos nati, negotia regni administrabant,) Nicolaum[2]) (recte Petrum) de Chranstow, Canonicum Cracov. et praepositum S. Floriani episcopum esse voluerunt. Non poterat ergo Franc. Orzek, licet, ut idem Długoss observat, optimo jure fultus, tam potenti adversario et patronis ejus, qui etiam bona eppatus occupaverant, efficaciter resistere, acceptaque praepositura S. Floriani jure suo cessit, Chranstovius vero obtenta Eugenii IV confirmatione per Sbigneum Olesnicki Eppum Cracov. in

---

[1]) Nescio, an recte Długoss. eum vocet Decanum Leop., Canon. Prem. Plura certe documenta Janussii Lubinii Eppi ex annis 1421. 1425. 1430, tum conclusum capitulare ex anno 1435 (quo ejus electio in eppum facta est) ad calcem volum XI actorum eppalium positum, probant eum fuisse Decanum Premisliensem. Verum est, eum in Actis Capituli, quae ab anno 1443 incipiunt, sub nomine Canonici tantum occurrere; at inde id ad summum colligi potest, eum post anno 1435 Decanatum cum simplici Canonicatu commutasse, qualis mutationis in Actis capitularibus plura exempla occurrunt.

[2]) Errorem in nomine ipsemet corrigit Długossius; nam sub anno 1452, ubi de obitu hujus Praesulis loquitur, eum vocat Petrum. Nicolaus de Chranstow, gladifer Cracov. et Capitan, Sanocensis (vid. docum. nro XIV ad eppat. Januss. Lubin) erat frater germanus nostri Petri. Długoss ad annum 1407 (lib. X. col. 188) notat dictum Nicolaum illiciti commercii cum Anna regina suspicionem incurrisse, et ad declinandam Vladislai regis iram in voluntarium exilium abiisse, ubi tam diu mansit, donec reginae ac sua innocentia in apertam lucem prodiit. Auctor Catalogi Epp. et Canon. Cracov. observat, Vladislaum regem nominatione Petri ad eppatum Prem. injuriam, quam fratri ejus Nicolao injusta suspicione intulerat, compensare voluisse. At vero Petrus non a Vladislao Jagellone (utpote jam 1434 demortuo) sed ab ejus filio Vladislao Jagellonide, aut potius a nobilibus, qui nomine regis. tunc 11 annos nati,

ecclia monasterii Piadriczoviensis[1]) in festo assumpt. B. Mariae V. eppus consecratus est.

Stante ejus eppatu tumultus[2]) Hussitici in Bohemia perdurabant. Patres Basilieenses exauctorato Eugenio IV

---

rempublicam procurabant, eppus nominatus est. Ita nimirum hi, qui suam libertatem contra potestatem regiam summo studio vindicabant, et cum praejudicio reipublicae in dies latius extendebant, libertatem ecclesiae parum curabant. Ipsorum opus erat illa lex, quae statuebat. ut eppatus et canonicatus nonnisi hi obtinere possent, qui et patre et matre nobilibus progeniti essent; ipsis quoque instigantibus Vladislaus Jagiello liberam epporum per Capitula electionem sustulit. Facilius nimirum erat a rege per influxum aulicorum promotionem cognatorum aut familiarium ad eppatus impetrare, quam suffragia Capitulorum, in actu electionis spirituales potissimum candidatorum qualitates respicientium, ad sua vota flectere. Caeterum Capitulis adhuc quaedam umbratilis electio derelicta est. Rex enim Candidatum u se electum Capitulo per eplam aut per delegatum indicans, rogabat: ut sua ex parte in ejus electionem consentiret, et pro confirmatione ejus apud Sedem Aplicam intercederet. At post. 1772 etiam haec caeremonia intermissa est.

[1]) Sic legitur in edit. Lips. Długoss. At vox haec lectio manifeste corrupta est, nam locus talis nominis non datur. Illmus Łętowski putat intelligendum esse monasterium Prandocinense. At in consignatione conventuum religiosorum, quam Starowolski in vitis epporum Cracov. exhibet, in Prandocin nullum monasterium occurrit. Rectius sentire videtur auctor vitae Sbignei Oleśnicki Card. et Eppi Crac., Maur. Com. Dzieduszycki qui tom I p. 160 not. 305 scribit: „Pinczow, w XV wieku Piandziczowem zwany, jest w powiecie Sandomir. . . . na północ od Wiślicy na wzgórzu Nidą oblanem etc.“ Ibi erat monasterium eremitarum S. Pauli, quod dictus Cardlis fundaverat. — Omnino ergo legendum videtur „Piandziczoviensi.“

[2]) Joanne Hussio Constantiae exusto ejus sequaces in Bohemia contra ecclesias et monasteria immanissime furere coeperunt, imo in Silesiam quoque, usq. ad confinia Poloniae excurrebant, caedibus, incendiis, rapinis omnia involventes. Vid. Cromer. lib XX. — Circa ann. 1438 Hussitae in majore Polonia, nominatim in castro Zbąszym sectae suae perfugium quaesivere cf. Długoss lib XII col. 713, 714, 716—715 ad

Amadeum, Sabaudiae ducem, papam elegerunt, qui Felicis V nomen assumsit.[1]) Nec prius tale Schisma, quam 1449 sub Nicolao p. V plenarie sopitum est.

---

ann. 1439. Qua occasione conventus regni in nova civitate Korczyn congregatus fer 6. ipso festo S. Marci Evang. 1438 decretum condidit adversus haereticos et eorum fautores, quod vide apud Przyluski in statuto regni Pol. fol. 171. -

[1]) Eugenius IV Synodum Bononiam transferre volebat, eo qud Basilea nimis remota esset, quam ut Graeci cum eccla Romana unionem instaurare cupientes, illuc commode accedere possent. Id summopere PP. Basileensibus displicuit, contra decretum Pontificis acriter protestantibus. Non ursit decreti executionem Eugenius, imo 1432 legatos suos Basileam misit; at cum Basilieenses non solum decretum Constantiense de superiorritate Concilii supra Papam innovassent, sed et Eugenium, quod concilium dissolvere ausus sit, ad rationem coram se reddendam evocassent, Pontifex 1449 Concilium iterate suspendit, quod sua ex parte Eugenium IV deposuit, et Felicem V in ejus locum suffecit. Schisma hoc modo enatum nonnisi post decennium expiravit, dum Felix V pontificatu voluntarie resignato auctoritati Nicolai V, qui Eugenio IV succeserat, sesse subjecit (1449.) — Auctor polon. biographiae Sbignei Oleśnicki Card. Eppi Cracov. — (1854 Cracoviae 2 tom. editae.) Maur. Com. Dzieduszycki adstipulatur Dlugossio (lib. XII col. 768) referenti, Felicem V ab Academia quidem Cracov legitimum Papam fuisse agnitum, Praesules tamen Poloniae, ipsum que regnum. Germanorum exemplo in hac controversia neutri parti calculum suum adjecise, i. e. neque Eugenio IV, neq Felicii V adhaesisse, donec lis illa extricaretur, et tempus ipsum ostenderet, uter illorum verus Papa esset. — Nescio, an hoc modo schismatis macula a gente nostra depelli queat; at, quidquid sit, Acta nostra relationi huic non suffragantur, imo manifeste ostendunt, etiam Praelatos Polonos Concilio contra papam adhaesisse. Vid documenta a nobis sub nro I et VIII allegata. Porro Acta Capituli tom I fol. 11 sub Anno 1446 continent privilegium dd. Cracov. 1 Aprili 1441 per Marcum Bonfilii, S. Theologiae Professorem, a Sacrosancta generali Synodo Basileen., in Spiritu S. legitime congregata, universalem ecclesiam veridice representante nuncium et oratorem per inclytum regnum Poloniae specialiter deputatum, quo cum Theodorico de Wawrzyńce Canonico Cracov., Premisl. et Scarbimir., rectore ecclae paroch. in Manyna super plura-

A. D. 1449 Graeci in concilio Florentino unionem cum S. R. ecclesia iniverunt, [1]) quam tamen mox iterum abruperunt. — Paulo ante (1435) in Polonia celebrata est Synodus Lanciciensis. [2])

A. D. 1451 Nicolaus P. V pro univ. regno Poloniae et M. Duc. Lithv. ad preces Sbignei Card. et Eppi Cracov. magnum Jubilaeum concessit, quod a Decembri usq.

---

litate beneficiorum dispensat. Porro apud Theinec tom II, fol. 48 et 49 leguntur documenta Nicolai P. V dd. 2 Octob. 1447, quorum uno Archieppus Gnesn. (Vinc. Kot) a sententiis, quas recipiens galerum cardinalitium ab Amadeo (Felice V antipapa), incurrerat, absolvitur, altero idem AEpus, cum clero et populo Gnesnen., a censuris, quibus praetenso Concilio Basileensi et antipapae adhaerentes innodati sunt, sublevantur. Etiam AEpus Leopol. Joannes Odrowąż ob bona quaedam Capitulo suo adempta a Concilio Basil. excommunicatus fuise legitur (Skrobisz.) Quae sane probant, nostrates in hac lite non, quod dicitur, neutrales mansisse, sed cum Academia Cracov. a partibus Felicis V stetisse, attamen vel 1447 vel jam antea ab ejus obedientia recessisse.

[1]) Nomine Ruthenorum huic Concilio interfuit Isidorus Metropolita Kijovien., qui decreto unionis subscripsit et ab Eugenio IV in numerum Cardinalium S. R. E. s. t. SS. Petri et Marcellini relatus est. Is in reditu ad patriam a Sbigneo Eppo Crac. honorifice exceptus, cum sociis suis Sandeciae et Cracoviae in ecclesiis latinis S. liturgiam ritu orientali celebravit, et multos Ruthenos in ditione regis Poloniae ad S. unionem convertit, pro quibus ad eam inclinandis jam 1443 Vladislaus Rex varia privilegia concessit. Vid. Długoss lib. XII, colum. 727. Ostrowski dzieje kościoła pol. tom. III, pag. 177 sqq. ed. Posn. — At in nostris regionibus sive Vladicam Premisl. sive Sambor. unioni accessisse, nullum vestigium deprehenditur. Barthol. Zimorowicz in histor. Civit Leop. testatur, Isidorum etiam Premisliae et Leopoli fuise, et a Ruthenis frigide exceptum re infecta discessisse. — De posterioribus hujus Isidiori fatis vid. Niesiecki tom. I, fol. 13, 14.

[2]) Ejus conclusum quoad decimas ecclarum parochial. vid. in Wężykiana collectione constitutionum Synodal. lib. III, p. 189.

ad finem Augusti anni seq. duravit. Eodem anno magna pestis Poloniam afflixit. (Math. de Miechow.)

A. D. 1333 Vladislaus III R. P. qui et Hungariae rex electus fuerat, cum Turcis ad Varnam sinistro marte conflixit, et in proelio 20 aetatis anno praematura morte heroice occubuit, cui in Polonia Casimirus. frater natu minor, et Lithuaniae dux, succesit.

Inter faustiores vero illius epochae eventus principem locum meretur inventio artis typographicae (1445), quae mox e Germania in Poloniam propagata, commercio litterarum et promovendae mentis culturae optatissimum compendium attulit.

E rebus ab hoc Episcopo gestis sequentia notamus:

In bonis eppalibus novam villam „Piotrawin“ locavit.[1]) Oppido Radymno varias immunitates concessit.[2])

Capitulum cathedrale duabus dignitatibus: Archidiaconatu[3]) et Custodia[4]) auxit. Collegium Vicario-

---

[1]) Vid. document. nro. XVII. Ipse quidem eppus villam a suo nomine Piotrawin dici voluit, at vulgus, in hujusmodi rebus suo arbitrio indulgere solitum, eam a nomine locatoris Golec „Golcowa“ appellavit, sub quo nomine hodieque ad bona mensae eppalis pertinet. Quando a successroribus primi locatoris redemta et cum bonis eppalibus reunita sit, ignoratur. Scultetiam in G. redemit Joann. Karnkowski 1530.

[2]) Acta Capituli anno 1443 post fest. Epiphaniae celebrati commemorant privilegium ab eo incolis oppidi Radymno concessum, ac per Capitulum confirmatum, quo Radymenses liberati sunt a laboribus subditalibus de 8 laneis, porro teloneum, hortos, prata, piscaturas et jurisdictionem propriam obtinuerunt. (Data privil. non exprimitur). —

Caeterum quid respectu scultetiarum in Przysietnica, Rowne, Radymno, item curiae eppalis in Krosno egerit, documenta sub nris. II, IX, XII, XIII, XIX, XX, X, allegata ostendunt. Advocatiam quoq in Blizne ab eo redemtam fuise colligitur ex infradedicendis fol. 109 not. 14.

[3]) Functio Archidiaconi erat, eppum in regenda dioecesi juvare, moribus cleri ac populi invigilare, hinc parochias visitare.

rum cathedr., ejusdemque ad Capitulum relationem statuto regulavit. [1]) Minoritas Krosnen., ne sese functioni-

---

Petrus Eppus attenta dioecesis suae, ut in documento erectionis ait, inter gentes schismaticas et neophytas positae, amplitudine se solum tanto oneri regiminis pastoralis, praesertim cum populi fidelis et parochiarum r. l. numerus continuo cresceret, vix sufficere posse intelligens, de Archidiaconatus Praelatura, qualis penes alias ecclesias cathedrales existebat, in subsidium suae solicitudinis erigenda, cogitare coepit, ac Vladislaum III R. P. de dote pro Archidiacono assignanda interpellavit. Nec eum spes fefellit; nam munificus rex futuro Archidiacono pensionem 10 tunnarum salis minuti de żuppis reg. oppidi Słone inscripsit, proventus altaris S. Ambrosii in castro Prem., patronatus reg., incorporavit, decimas de cunctis araturis oppidi Radymno adsignavit (doc. nro. IV.) Dotem illam eppus sua ex parte variis decimis, speciatim in districtu Sambor. auxit, item mulctas pecuniarias, a Curia sua delinquentibus imponendas, Archidiacono cessit (doc. V.)

[4]) In omnibus bene ordinatis ecclesiis cathedralibus adesse solet praebenda Custodis, cujus est, thesaurum ecclesiae custodire, vasa sacra aurea, argenteaq, SS. reliquias, libros liturgicos, ac omnem supellectilem ecclesiasticam conservare. Quoniam ex defectu debitae superinvigilationis de inventario ecclae cathedr. Prem. multa perierunt, ideo Petrus eppus. uti in documento erectionis dicit, ad creandam Custodiam animum appulit. Dotem pro hac praebenda canonic. suppeditavit W a ń k o i. e. Valentinus haeres in Balice et advocatus Prem., qui super bonis advocatiae suae — (est hodierna villa S i e . . c) in rem Custodis cathedralis annuum censum 6 marcarum inscripsit, insuper eppo Summam 200 florenorum hungaricalium frugifere locandam enumeravit. Pro hac Summa eppus scultetiam in Blizne emit, ac mensae eppali adjunxit, Custodi verro loco census ab illa decimas eppales de Leżaysko, Gyedlarowa, Wyerzeycze, Dambno, Scharzyna, Wolya — Wywłoka, item in districtu Mostiscensi decimas de Ujkowice et Stojanice cessit, nec non praebendam S. Orucis in Krosno incorporavit. (Vid. docum nro. XI.)

[1]) Docum nr. XVI. Tenor compositionis: *a)* Novem Vicarii per Capitulum praesentati singulis diebus omnes horas canon. in eccla cathedr. juxta rubricam ecclae Prem. decenter cantabunt, et missam maturam, quam cantare mandaverit Capitulum, summas quoq missas pro Canonicis diebus ferialib. cantabunt.

bus cleri parochialis immiscerent, concilii Basilicensis auctoriotate cohibuit. [1])

---

b) Curam animarum habebunt, et Sacramenta intra fines parochiae administrabunt. *c)* Anniversariis capitularibus, tam Vigiliis, quam missis intercrunt. *d)* Missam defunct. singulis fer. 4 ante Primam cantabunt *e)* Praelatis et Canonicis ad Summam missam ministrabunt, in horis canon. et divinis officiis intonabunt. *f)* In altari castrensi singulis septimanis 3 missas legent, et exinde praebendam panis, cervisiae, et alias res de castro ab antiquo dari solitas, percipient. *g)* Intuitu horum officiorum accipient:

aa) De thesauro Capituli 40 marcas pro festo circumcionis.

bb) Mensales (stołowe) in Civitate ac Suburbio ac tota parochia Prem. pro festo S. Michaël. AAngeli.

cc) Annonas, de quolibet laneo unam mensuram siliginis et alteram avenae.

dd) Spolia in sepulturis mortuorum, puta: pannum, telam, arma, equos (exceptis tantum sericeis et auro) item columbationes, (praestationes ex columbis?) oblationes altaris, (stipendia pro missis?) offertoria (alia dona ecclesiis oblata praecipué in missis funeralibus tempore offertorii.)

ee) Domos et hortos, quos possident, habebunt aeviterne, item 4 tunnas salis e żuppis provenientes. Deniq.

ff) Accipient legata testamentaria ipsis facta, sed ad ea sibi facienda homines non inducent, nec prohibent fieri ecclesiae aut Capitulo, sub onere censurarum.

Post quam ordinationem Vicarii renunciaverunt prioribus privilegiis, litteris regalibas, ac aliis juribus, in specie decimis altaris castri Prem., decimis parochiae Prem. et annonis in Prakowce.

[1]) Cf. docum nro I.

In eccla cathedr. altare SS. corp. Christi fundavit, [1]) porro ejusdem tituli altare in ecclesia Drohobyc. [2]) et altare Grochovianum [3]) in eccla cathedr. erexit.

Confraternitates sacerdotales in districtibus: Sanocensi, Krosnen. [4]) et Łancut, [5]) et confraternitatem litteratorum in Radymno approbavit. [6]) Quae vero parochia ejus temporibus erectae fuerint, e Schemat. dioec. dispicitur. [7])

---

[1]) Documentum fundationis periit, at in alio documento ex anno 1448, Archidiaconatum concernente, Petrus E. dicit: altare Corp. Christi in eccla. cathed. fuisse a se fundatum. Primitiva dotatio praebendarii erant decimae eppales de Blizne et Domaradz et proventus tabernae in Blizne, at postea comutata est cum decimis de Fulstin, Hrodowice, Sansiadowice, Nadybie, Olszanik, Barańczyce Dambrowka, ita tamen ut Archidiaconus e proventu harum decimarum 6 marcas cum dimidia obtineret. — In Actis Consist. sub. 1 Oct. 1476 est quoque mentio alterius altaris per Petrum Eppum Prem. fundati, cum jure patronatus consulum Premisl., quod creditur fuisse altare S. Laurentii Mart.

[2]) Fundatio facta est in Drohobycz fer 5 in crast. Concept. B. V. M. 1445 per Mathiam rectorem ecclae paroch. in D., ac Mathiam carnificem (lanionem?) ibidem. Dotem constituebant 10 marcae e proventu scultetiae in Dubrowlany. Vid. Acta Cons. sub 12 Jan. 1611.

[3]) V. docum. nro VIII. — Erat sub. tit. B. Mariae Virg., SSorum. Gregorii, Martini, Catharinae, Margarethae, Dorotheae ac Barbarae VV. — Sub Mathia Drzewicki haec praebenda Mansionariis ecclae cathed. incorporata est, a quo tempore hoc altare appellabatur: „altare Mansionariorum“.

[4]) Docum. erectionis dd. 6 Febr. 1448 legitur in copia in libr. Visit Szembek. de anno 1773.

[5]) Docum. erect. dd. Brzozoviae in Vigil. S. Nicolai E. C. 1450 legitur in Actis Conrii sub. anno 1510 p. 65.

[6]) Privilegium concernens de anno 1446 a se visum esse testat Alembek in annulo canonicali p. 299.

[7]) En earum seriem chronolog:
1439 Giedlarowa,
1439 Zaczernie,
1439 Krukienice,

Ejus obitus teste Długoss. incidit in fer. 4. in crast. S. Priscae V. M., quae fuit 19 Januar. 1452.

Obdormivit Brzozoviae, sepultus in eccla arcis Prem. [1])

1441 Zarszyn,
1442 Myślatycze,
1451 Futuma.

[1]) Vid. Długoss. lib. XIII. colum. 83. — Anniversarium ejus ratione decimae eppalis de Hujkowice et Stojanice, Custodi Capituli cessae, olim absolvebatur 3 Februarii, qui dies ejus sepulturae fuisse videtur.

DOCUMENTA AD TEMPORA

EPISCOPATUS

NICOLAI de BŁAŻEJOWICE.

I 1451. Rom. Octobr. — Nicolaus P. V. ad instantiam Casimiri R. P. prodilecto Secretario suo supplicantis concedit Nicolao ds Błażejowice, Custodi Crac. ut tria incompatibilia beneficia ecclica acceptare possit. — Theiner c. 2. f. 88.

II 1455. Brzozow. fer. 5. p. f. S. Barthol. Apl. Privilegium Nicolai Eppi Prem. pro locatione villae Iwaniszowska. Act. Epp. vol. VIII. ad an. 1508.

III * 1455. Prem. Joann. Deršniak Succamer. Prem, describit limites inter Scholoszow, possessionem eppalem, pertinentem ad oppidum Radymno, et villam Zablotce.

IV 1456. Andreas de Siennow, dapifer Halic. determinat granicies inter Schołoszow et Zamoscie. Trzebin. fol. 201 sq.

V * 1456. Prem fol. 2. ipso d. S. Francisci Conf. Henricus Orzek judex, et Waśko de Rybotycze subjud. Prem. figunt limites inter Schołoszow et Zamoście.

VI 1456. Petricoviae in Conv. grli fer 4 in crast. S. Mathaei Apli. — Casimirus R. P. ratificat cuncta privilegia ab antecessoribus suis nobilitati et Clero regni P. collata. Trzeb. f. 11. Rosa II. 72.

VII 1460. Sandom. fer. in f. S. Gotthardi. Conf.— Casimirus R. P. indulget Nicolao E. P. redimere villam Lubatowa de manib. et tenuta nobilis Jura. Trzebin. fol. 141.

VIII * 1460. Sandomiriae fer 2 in f. S. Gothardi C. Casimirus R. P. pollicetur: certas datias (tributa) sibi pro necessitate negotiorum Prussiae ex omnibus terris in Conventione Petricov. concessas, uti nusqam alibi, ita praesertim in ditione Nicolai E. Pr., ob fervidissimam ejus benevolentiam, in sequelam et consuetudinem non transituras, sed tantum ad decursum unius anni exigendas esse.

IX 1460. in Sumit. montis Thurzydział fer 2. prox. post f. S. Barthol. Apli. Petrus de Ryterowice, Succamerar. terrae Sanoc. figit granicies inter bona eppatus Prem. Brzozow, Domaradz, Płoszyna-Wola, Blizne, Starawieś ab una, et villas Henrici de Kamieniec: Jasienica, Orzechownica, Jabłonica parte ab altera. Trzeb. f. 247.

X 1462. 12 Mart. Sententia Nicolai E. Prem. pro parte Sventoslai plebani Sanoc. contra advocatum et oppidanos Sanocenses, quo conformiter anteriori decreto ejusdem eppi dd. 25 Jan. 1453 compelluntur, dto ple-

bano de annonis post agros per eos possessos et cultos satisfacere. Trzeb. f. 299.

XI * 1463. Pius P. II. committit AEppo Leopol. confirmationem Custodiae cathed. Prem.

XII * 1465. Sanoc. fer. 3. ante f. Nativ BMV. Christinus de Wzdow, judex, et Pacossius de Pakoszowka, subjudex Sanoc. statuunt granicies inter Brzozow et Malinowka.

XIII * 1465. in loc. granic. fer 6. post f. Ascens. Petrus Dunin de Prakowice, succam. terrae Sandomir. et Petrus de Rytarowice, succamer. Sanocen. statuunt granicies inter Domaradz superiorem (eppal.) et Zakobyle, alias Domaradz inferiorem, fratrum indvisorum de Zakobyle.

XIV * 1466. in fortalitio Dunajow 12 Aug. Gregor. AEpp. Leop. confirmat erectionem Praelat. Custodiae in eccl. cath. Premisl.

XV * 1467. dd. Korczyn. fer. 5. in Oct. SS. Corp. Christi Casimirus 6. P. intuitu meritor. Nicolai E. P. oppido Radymno concedit nundinas pro festo S. Mathaei Apli et tota Octava.

VVI 1468. fer 2 post Epiph. — Nicolaus E. P. confirmat erectionem hospitalis Prem. et conventionem praepositi hospitalis cum Vicariis cathedr, super funeralibus initam, ratificat. Visit. Sierak. de anno 1744. fol. 674.

VVII 1470. Crosnae 1 Febr. Nicolaus E. Prem. cum Henrico haerede de Kamieniec convenit ut villae Jasienica et Orzechownica ad

parochiam in Blizne, quoad plebanus p. t. existens vixerit, pertineant, post fata hujus vero dnus Henricus ad ecclesiam in Jasienica plebanum praesentare possit. Trzebin. f. 267. 258.

XVIII. 1471. Romae 6. Jnd. Junii. — Paulus P. II. indulgentias concedit omnibus, qui ad muros ecclae cathedr. Prem. (qui tunc aedificabantur) manus porrexerint adjutrices. Trzeb. f. 300.

XIX 1459. Sandomir. fer. 2. post Epiph. **Casimirus** R. Pol. Nicolao E. P. dat facultatem, villam regiam Dunikowice, nobili Budziwoj pro 300 marcis oppignoratam. e manibus ejus redimendi, et jure obligatoreo usq. ad receptionem praefatae Summae possidendi. Trzeb. f. 306.

V. NICOLAUS

DE

BŁAŻEJOWICE

STEM. ODROWĄŻ

E. P.

1452—1474.

Contemporanei:

Reges Pol.	R. Pontif.	Primat. reg.
Casimir. IV. Jagell.	Nicol. V. 1447—1455.	Vladisl. Oporowski † 1453.
	Calixt. III. 1455—1458.	Joannes de Sprowa † 1464.
	Pius II. 1458—1464.	Joan. Gruszczyński † 1473.
	Paulus II. 1464—1471.	Jacob Sienieński † 1480.
	Sixtus IV. 1471—1484.	

Archiepp. Leopol.

Gregot. de Sanok 1453—1477,

Fuit gente Silesius, de pago Błażejowice, in ducatu Ratiboriensi oriundus, Custos Cracov.[1]) et secretarius Casimiri R. Pol. De ejus promotione ad eppatum Premisl. Długoss. lib. XII ad an. 1451 haec refert:

„Casimirus R. Pol., qui tunc in Lithvania agebet, „audita morte Petri de Chranstow E. P., Praelatis et „baronibus Poloniae inconsultis eppatum praedictum Mi„klasz de Błażejowice Silesitae confert, quem velut „Secretarium suum singulari gratia prosequebatur.[2]) Quae „res animos omnium praelatorum et baronum offendit et „contristavit.[3]) Et licet Casimirus R. scripsisset Capitulo

---

[1]) Eum Custodem Cracov. fuisse patet e bulla Nicolai P. V. ad Capitulum Prem. quae, licet mutila, in Archivo hujate superest. Długoss quoq sub anno 1451 (lib. XIII col. 69) meminit Miklasch, Custodis Cracov., qui a Casimiro R. P. in negotiis reipubl. in Lithuaniam missus fuit, et sine dubio cum nostro unus idemq est. Illmus Łętowski in Catalogo Prelator. et Canon. Cracov.. ei stemma „Ostoja“ adscribit; at fuit indubie stematis „Odrowąż“ Vid. infr. not 3.

[2]) Peculiare regiae erga eum benevolentiae indicia praebent documenta a nobis sub nris I. VII. VIII. XV. allegata.

[3]) Non aegre ferebant, quod rex libertati ecclesiasticae vim inferret, sed quod ipsis inconsultis Silesitam, alienigenam, Eppum nominaret. At non debuit homo Silesius, insuper Custos Cracov., ut extraneus reputari, cum Silesii ejusdem cum Polonis stirpis essent, et Silesia usque ad obitum Boleslai Crivousti partem integrantem Poloniae constituisset. Certe postquam Błażejovius in Sede eppali firmatus est, nobilitas Polona eum ut popularem suum agnoscere non cunctabatur, cujus rei evidens documentum exhibet Casp. Niesiecki in „korona pol. „tom 3 p. 407 scribens: „Gdy niektórzy Odrowążowie fun„dacyę od Iwona Odrowąża Biskupa krakow. w Mogile za„konowi Cysterskiemu uczynioną kasować chcieli, inni Odro„wążowie chcąc oną Iwona fundacyę przy zupełnem prawie „utrzymać w roku 1462 potwierdzając ją wszyscy się pod„pisali. Między niemi pierwszy: Joannes de Sprowa AEp. „Gnesn., drugi: Nicolaus Eppus. Premisl.“

„Prem. ut praefatum Miklasz eligerent in eppum[1]), Capi-„tulumq. respondisset, pariturum se voluntati regiae, ex-„post tamen litteris praelatiorum et baronum acceptis, „quibus prohibebantur Miklasz eligere[2]), ne aut in regiam „offensam, aut praelatorum et baronum molestiam inci-„derent, continuerunt se ab omni electione. Omnibus „tamen praemissis non attentis, et precibus patriae (no-„bilium sc.) Casimirus R. spretis, Nicolaum de Błażejowi-„ce in eppum Premisl. per Nicolaum P. V. promovit.“

Ex quibus facile colligitur, eum ab initio clero et nobilibus laicis minus gratum, atque ab utrisque satis frigide exceptum fuisse. At lapsu temporis prudentia, comitate, liberalitate aliisq. virtutibus pastoralibus omnium animos sibi devinxit[3]).

---

[1]) Vide quae diximus sub Petro de Chranstow not. 2 ad finem. Caeterum Długoss. testatur, Nicolaum Śmirzyński, Notarium regium, qui mandata Casimiri ferebat, ut bona Capituli, quae in communi et privato habebant, per Capitaneos regios occuparentur, ni eum, quem rex nominaverat, eppum eligerent, durante itinere in villa Sopoth subito sine Sacramentis extinctum esse.

[2]) Nullus procerum Casimirum regem ob hunc actum majori libertate objurgavit, quam Sbigneus Olesnicius, Card. et Eppus Cracov. Eo res devenit, ut primores regni se a consilio reg s recessuros minarentur, nisi a prosequenda Błażejovii causa desisteret., id quod rex litteris patentibus appromittere coactus fuerat. Vid Długoss. lib. XIII. col. 89 — 91. At paulatim animi exacerbati deleniti sunt, et Rex quam proposuerat Błażejovii ad eppatum promotionem, Pontifice votis ejus suffragante, ad effectum perduxit. Non tamen etiam postea Eppus hicce ab omni impetitione liber fuit, ac praesertim bona eppatus a vicinis nobilibus infestabantur. V. not. seq.

[3]) Ipse Długossius, qui, ut supra vidimus ejus evectionem ad eppatum, favore regio peractam, manifeste improbabat, dum de obitu ejus loquitur, ab eo laudando sibi temperare nequit, ita de eo scribens: „Vir modestus, in re divina explenda as-„siduus, in regimine pontificali pervigil excubitor, in adversita-„

In diebus ejus Turcae Constantinopoli expugnata (1453) Europae, praesertim vero Hungariae et Poloniae regnis periculosi et formidabiles facti sunt. S. Joannes Capistranus, expeditionem cruciatam contra eos praedicans, Cracoviam advenit [1]), et ordinis sui, fratrum minorum de ob-

---

tibus patiens, quae illi a militibus (i. e. nobilibus), bona ep-„palia injustis limitibus occupare nitentibus, inferebantur."

[1]) Vid Długoss. ad an. 1453. lib. XIII. col. 122 et Math. de Miechov. lib. IV c. 69. — In familia Franciscana quoad interpretationem praecepti fundatoris de paupertate observanda variae sententiae exortae sunt. Ab initio Fratres minores ab omni peculio abhorrebant, eleemosynis tantum vitam sustentantes. At postea, praesertim anno 1348, quo vehemens pestilentia Europam et Asiam afflixit, benefactorum numero diminuto, de futuro solliciti ex collectis eleemosynis aliquam partem pro futuris necessitatibus reservabant, et hoc ipso peculium adquirebant. Nec deerant, qui mentem fundatoris quoad articulum de paupertate ita interpretarentur, quasi tantum singulis fratribus, non vero comunitati eorum, seu integris monasteriis (conventus vocant) peculium habere prohibuerit. Aliis tamen fratribus haec restrictio laxitatem sapere videbatur. Hi ergo, a prioribus secedentes, proprias congregationes formare coeperunt, in quibus regula paupertatis stricte et ad litteram observaretur. Hi fratres minores S. Francisci *de observantia* dicti sunt, priores autem *conventuales* vocari coeperunt. — Utrique ab initio comunem habebant ministrum generalem, communes item ministros provinciales, at jam Concilium Constantiense 1415 observantes a conventualibus segregavit, et prioribus proprii ministri provincialis eligendi copiam fecit. Serius etiam proprium Vicarium ordinis generalem obtinuerunt, at ministro generali ord. S. Francisci subjectum. Vid. Stanisl. Kleczewski in Calendario Seraphico. Primus ejusmodi Vicarius generalis fratrum observantium Cisalpinorum fuit S. Bernardinus Senensis (1438), cujus discipulus fuit S. Joannes a Capistrano. Hic vir Aplicus Cracoviam advenit, ubi in foro civitatis verbum divinum latine praedicabat (interprete mox dicta ejus in idioma vulgare transferente) ad poenitentiam, et arma contra inimicos Christi (Turcas) arripienda auditores, qui ad ejus conciones innumeri confluebant, magno ardore excitans.

servantia, qui vulgo Bernardini nuncupantur, in Poloniam introductioni occasionem praebuit [1]).

In Bohemia tumultus Hussitici continuabantur. Vladislaus, regius Polon. princeps, rex Bohemiae eligitur, ejus frater Casimirus ab Hungaris rex postulatur. Inde bellum Hungaricum enatum, submontanis Poloniae regionibus perniciosum [2]).

Parte Prussiae in tutelam Casimiri R. confugiente oritur bellum cum Crucigeris, pace tandem Thoruniensi finitum [3]), ad quod gerendum etiam ecclesiae contribuere cogebantur [4]).

---

[1]) Prima eorum eccla in suburbio Cracov. Stradom munificentia Sbignei Cardinalis et Eppi aedificata in honorem S. Bernardini Senen. dedicata fuit, unde ipsis per totam Poloniam „Bernardinorum“ nomen impositum fuit. In Russia rubra prima eorum monasteria Leopoli, Prevorsciae et Samboriae fundata sunt.

[2]) Post obitum Georgii de Podiebrad Vladislaus, Casimiri R. Pol. filius, a Bohemis rex electus est, cui quum Poloni adversus Mathiam Corvinum, Hungariae regem, subsidia praeberent, Hungari in Poloniam irrumpunt, qua occasione oppida Zmigrod, Jassyel (Jasło), Brzostek, Kołaczyce, Frysztat (Frysztak), Dombowdział (Dębowiec?), Dukla, tunc quidem ad Dioec. Cracov. hodie vero ad Premisl. spectantia, ab hoste occupantur, ac ducentae circiter villae ferro igniq. vastantur. Crosna, obsidione vallata, vix pace conclusa periculum evasit. Vid. Dług. lib. XIII col. 506.

[3]) Equites teutonici. B. V. Mariae de Jerusalem, Prussiae domini, a scriptoribus nostratibus ob crucem nigram candido pallio intextam, communiter Crucigeri appellati, adeo durum in subditos suos imperium exercebant, ut anno 1463 qninquaginta sex civitates pruthenicae cum territoriis suis, Casimiro III R. P. ultro se subjecerint. Vid. Dług. lib. XIII, col. 125. Inde bellum cum magistro ordinis ortum, quod post varias vicissitudines anno 1466 pace Thoruniensi ita compositum est, ut Prussiae pars occidentalis, cum civitatibus Gedanensi, Thorun.. Elbigensi, Culmensi, provincia item Varmiensi Poloniae incorporaretur, Prussiae vero orientalis equitibus teutonicis ea tamen lege relinqueretur, ut magister eorum in tutelam

Gesta Błażejovii in eppatu: Bona mensae eppalis a contiguis nobilium laicorum bonis limitibus officiose distinxit [1]), villam Iwaniszowka locavit [2]), proventus eppales villa Duńkowice, jure obligatoreo in possessionem accepta, ampliavit [3]). Radymnensi oppido privilegium pro nundimisin festo S. Mathaei Apli celebrandis procuravit [4]) Villam Lubatowa [5]) et advocatiam in Cergowa [6]) cum bonis eppal. reunivit.

Ecclam cathedralem ex arce Prem. ad eum, ubi nunc subsistit, locum transtulit [7]) nec tamen fabricam ultra chorum minorem cum sacristia perduxit [8]).

---

regni Poloniae transiret, et tanquam vasallus in verba regis juraret. Długoss. lib. cit. col. 385, 388.

[4]) Vid. docum. nro. VIII. item Dług. lib. XIII. col. 252.

[1]) Vid. documenta sub. numeris III, IV, V, IX. XIII allegata.

[2]) Vid. docum. sub. nro. 11. Villa haec, in territorio Jasliska sita, per Iwansch Valachum plantata, serius Iwaszkowa-Wola dicta est.

[3]) Vid. doc. nro. XIX.

[4]) Vid. doc. nro. XV.

[5]) Villam Lubatowa Mathias Janina a Żyndramo de Maszkowice emerat. Vid. nos sub hoc eppo — At serius nescio quo fato facta est villa regia, et more tunc recepto a rege, cum pecunia indigeret, oppignorata est, Casimirus R. Pol. dd. Sandomir. fer. 2 in fest. S. Gothardi 1460 Nicolao Eppo Prem. concedit, ut eam redimat de manibus et tenuta nobilis Jura, tamdiu tenendam et possidendam, donec sibi aut suis successorib. Summa, in qua praescripta (i. e. invadiata) est, exsolvatur. (Trzeb. fol. 141).

[6]) Vid. Act. Capituli 1465 p. f. Epiph.

[7]) Hucusq cathedra eppalis fuit in eccla arcis Premisliensis, olim ruthenica, quam Vladislaus Jagello 1412 latino ritui tradidit. (Videt nos sub Mathia Janina). Templum hoc accessum habeat difficilem, ac vetustate ad ruinam inclinatum erat. Igitur Nicolaus Eppus communicatis cum Capitulo consiliis ecclesiam cathedralem in loco commodiori et civitati viciniori aedificare decrevit, ita, ut materialibus antiquae ecclesiae (la-

pidibus sc. quadris) ad structuram novae aedis uteretur Długoss. lib. XI. col. 334 fabricam hanc ad annum 1470 reponit, at juxta acta Capituli primum conclusum novae ecclesiae aedificandae fer. 2 post Epiph. D. 1460 his verbis formatum est: „Rdus. in Christo pater D. Nicolaus D. g. E. Pr. una „cum Platis et Cancis ordinarunt: quod ecclam cathedr. in ci„vite Prem. fundatam et erectam . . . muro aedificare et con„struere (velint), chorum et corpus, sub tali conditione: quod „singulis annis juxta exigentiam laborum contribuere debe„bunt, ita, quod D. Eppus anno curr. 30 et Capitulum 20 „(marcas daturum sit:), ita tamen, quod post sententiam ar„bitralem ferendam seu latam per D. Eppum Cracov. dabit „juxta sententiam. Quam fabricam continuabunt singulis annis „usq. ad consumationem operis". Acta porro sequentium annorum, praesertim 1467, 1469, 1471, 1472 opus non solum coeptum, sed et constanter continuatum, ostendunt. Non solus autem Eppus, uti e supra relato concluso dispicitur, fabricae sumtus ferebat, sed et Capitulum suas, easq. non modicas symbolas contribuebat, ac singulis annis in sessionibus capitularibus determinabatur, quantum utraque pars conferre deberet. Theodoricus de Wawrzyńczyce, Canonicus cathed., omnia bona sua, mobilia et imobilia pro hac fabrica legavit (1471). Alii quoq. benefactores opus eleemosynis adjuvabant, Paulus P. II vero omnibus indulgentias concessit, qui ad muros hujus ecclae construendos manus adjutrices. porrexerint Vid. docum. nro. XVIII.

s) Sic Długoss ad ann. 1474 lib. XIII, col. 525, ubi quidem tantum chori minoris (sive presbyterii) mentionem facit, at cum in hac parte templi devotio celebrata fuisse legatur, omnino et sacristiam quoque cum ea aedificatam esse oportet, quod et ratio structurae, aeque ac materia paretum innuere videtur; sacristia enim, aeque ac chorus minor est de secto lapide, cum reliqua pars ecclae chorus sc. major, seu navis ecclesiae, de cocto latere sit. Exinde colligendum est, ecclesiam illam arcensem, cujus lapides ad novam structuram translati sunt, non magnae capacitatis fuisse. Caeterum quae Rutheni fabulantur, singulos lapides, antequam novo aedificio adhiberentur, aquis Sani, ad averruncandum nescio quem odorem ruthenicum, sedulo ablutos fuisse, haec narrasse simul et refutasse est. Vix mentione dignam eam fabulam duxissemus, nisi nostris diebus a scriptoribus ruthenicis fuisset refricata.

Cum Capitulo legem de optione[1]) curiarum canocicalium constituit. Praelaturam custodiae cathedr. contra impugnatores defendit, et authoritate aplica confirmari impetravit[2]).

Multas in dioecesi parochias novas[3]), insuper in civitate Premisl. hospitale pauperum[4]) ad ecclesiam Denoviensem Mansionariam[5]), in ecclesia Stryjensi altare B.

---

[1]) In Capitulo post f. Epiph. Dni 1456 Praelati et Canonici juxta voluntatem D. Nicolai Eppi talem fecerunt ordinationem: „Si contingat Platum vel Canonicum beneficium „suum alio commutare, ex tunc assequens beneficium asse„quatur etiam domum sui permutantis.“ At ordinatio ista sub Andrea Oporovio revocata et nova condita est, de quo infra suo loco.

[2]) Vid. docum. nro. XI et XIV.

[3]) En earum seriem chronologicam:

1458 Oleszyce,
1451 Niebieszczany.
1460 Harta,
1462 Wesoła,
1462 Łunowice,
1462 Laszki,
circa 1470 Radynice.

Praetera innovata est fundatio seq. ecclar.

1460 Jacimierz,
1461 Pietraszowska (Boguchwała),
1462 Dynow,
1466 Słocina.

[4]) Vid. docum. nro. XVI cit. et Schem. dioec. sub. Civ. „Przemyśl.“ Eccla hospitalis s. t. S. Sptus. proprium habebat praepositum, qui cum Vicariis cathed. compositionem fecit, per eppum approbatam, ut de spoliis defunctorum, in eccla hospitalis sepeliendorum. ac de funeralibus media pars praeposito hospitalis, media vero Vicariis cederet. (Vis. Sierak. fol. 684.)

[5]) Vid. volum VIX Actor. Conrii. p. 46, ubi occurrit documentum de anno 1462, quo Margaretha de Dynow cum assensu filii sui Stanislai de Strzałkow et Annae filiae Paroch. Dynov. villam Ulenica inscribit, cum onere tenendi 4 Presbyteros, qui quotidie Cursum B. M. V. absolvant.

M. V. [1]) erexit, ecclesias paroch. in Klimkowka, Pietraszowska. al. Boguchwała Iwonicz, Oleszyce, et ecclesiam S. Adalberti incastro Crosn. consecravit [2]).

Obiit Brzozoviae 21 Decembr. 1464, ac Premisliae in eccla cathedr. sepultus est [3]). Capitulum cathedr. hucusque cum veneratione ejus annulum pontificalem asservat, qui, quia ob virtutem suam puerperarum dolores mitigandi, partumq facilitandi, frequentibus experimentis demonstratam, a feminis gravidis expetitur, inde vulgo annulus parturientium dicitur [4]).

---

[1]) Vid. docum. erect. dd. Prem. fer 6 infr. Oct. Epiph. 1468 in libr. privileg. p. 42.

[2]) Vid. Visit. Szembek. et Sierakow. et quae inde enotata sunt in Schematismo diocc. sub sing. his eccles.

[3]) Długoss lib. XIII, col. 525 sub anno 1474 refert: „Die „Mercurii, 21 Decembr. Nicolaus Epp. Prem. apud oppidum „sui eppatus Brzozow, dum eo die rem divinam, intelligens se „languidum, per se explesset, lectum ingressus per soporem „moritur, et Premisliam reductus in eccla cathedrali sepelitur". Cum qua relatione bene conspirant Acta Capitularia, in quibus haec leguntur: „Anno Domini 1476, indictione 8a, ponti„ficatus SS. in Christo pris et Dni Dni Sixti div. provid. Pa„pae IVti anno ipsius quinto, die lunae, 2a, mensis Januarii, „venerab. ac honorabiles Dni Praelati at Canici, tunc capitula„riter congregati, corpore tumulato Revermi in Christo Pris. „Nicolai D. g. Eppi Prem. unanimiter elegerunt in Admini„stratorem Spiritualium et tomporalium venerab. virum magi„strum Jacobum de Pantalowice, Custodem ecclae cathedr. „Prem". — Sub Błażejovio Acta eppalia ab anno 1470, quo praefatus Jacobus de Pantalowice Vicarius gener. et Offlis. factus est, ordinate consignari coeperunt, et inde ab hoc anno, cum nonnulis tamen lacunis, in Consistorio asservantur.

[4]) Acta Conrii de hoc annulo sequentia continent: „A. D. 1476, „4a Martii Nicolaus Radwan de Prostek annulum „p. m. Nicolai Eppi, sub cautione fidejussoria ab eodem „Eppo receptum, in manus Platorum ac Canonicorum reddidit, „et de eo quietatur". Videtur ergo adhuc vivente Eppo a puerperis expetitus fuisse. Iterum: „A. D. 1476 die 8 Martii no„bilis Nicolaus Rosza de Praemislia recognoscit, se an-

„nulum p. m. Nicolai E. Pr. a Michaële Archidiacono Pr. „recepisse, pro partu Magnificae Dnae Beatae de Sambor. „Cavet de restitutione sub marcis centum“. Statuta quoque Capituli praescribunt, ut hic annulus nemini, nisi sub cautione 300 florenor. hungaricalium in auro commodetur. At nostris diebus cautio haec non observatur.

DOCUMENTA
AD GESTA ANDREAE
De Oporow
EPPI VARMIEN., ADMINISTRATORIS PERPETUI EPPATUS
PREMISLIENSIS.

I		1477.	Brzozov. Dom. Carnisprivii — Andreas Admtor. Epp. P. innovat privilegia per Casimir M. R. P. oppido Jasliska circa locationem concessa. Act. Eppal. vol. VIII. 1506 Rosa I, fol. 121.
II	*	1478.	Prem. 1 Jul. Andreas Eppus cum Capitulo fert sententiam arbitralem in causa Decani et Praepositi de prioritate sedis et vocis certantium.
III	*	1478.	Sandomir fer 5 in crast S. Dominici C. Casimirus R. P. Andreae E. V. Adm. perp. Prem. ejusq. successoribus eppis Premisl. inscribit marcas 200 in villa regali Dunkowice.
IV		1479.	Prem. 7 Januar. Andreas E. V. A. p. E. P. erigit ecclam hospital. Krosn. s. t. S. Spiritus cum praepositura hospitalis. Act. Ep. Sierak. s. a. 1760, pag. 384, 385.

VI. ANDREAS

De Oporow

STEMM. SULIMA

EPPATUS PREMISLIEN.

perpetuus Administrator 1477—1482.

Contemporanei:

Reges P.	R. Pontifices.	Primates reg.
Casimir. IV	Sixtus IV	Jacob. Sienieński
R. P.		† 1480
		Sbign. Oleśnicki
		† 1493.

Archi-Eppi Leopol.

Gregor de Sanok † 1480,
Joann. Długosz † 1480,
Joann. Strzelecki Wątróbka † 1493.

Gens Oporovia in palatinatu Lanciciae domicilium habuit. Andreas Henricus Oporowski (Vladislai Oporowski, AEpi Gnes. cognatus), juris utriusque doctor, Archidiaconus Gnesn., Canonic. Płocensis et regni Vice Cancellarius [1]) fuit. Benevolentia regia fultus

---

[1]) Cancellarius et Vice-Cancellarius regni, nominibus et loco distincti, potestate et munere pares erant. Ambo scil. diplo-

ambierat primum vacantem eppatum Płocensem, ast irrito conatu [1]). Cum anno D. 1471 Paulus de Legendorf, eppus Varmiensis, in Prussia occidentali, regi Poloniae haud ita pridem subjecta, fatis cessisset, Capitulum more et jure antiquo ad electionem processit, et in Nicolaum de Tungen de gremio suo, olim Romae apud Paulum P. II brevium aplicorum scriptorem, vota sua contulit. At Casimirus rex more pariter suo, nullo jurium Capituli respectu habito, Procancellarium suum Oporovium eppum Varmiensem nominavit (1464). Tungenus Romae mo-

---

matibus, edictis, mandatis, epistolis et aliis litteris regiis conscribendis atq. signandis, porro omnibus litteris, quae ad Regiam Majestatem mitterentur, accipiendis et legendis praeerant. Idem etiam legatis externorum principum regio nomine responsa dabant, et sigillum regium, videl. Cancellarius majus, Vice-Cancellarius vero minus asservabant, et eorum, quae a Rege contra leges mandarentur, signaturam denegare poterant. Vid. Lengnich; Jus publ. R. Pol., — Stan. Krzysztanowicz: Status R. P. compendiose descriptus. — Hinc patet ad hujusmodi munus viros summae dexteritatis et integritatis delectos fuisse. Eorum porro alteruter semper e clero esse solebat. — Oporovius primus fuit ex antistibus nostris, qui hoc munus sustinuit.

[1]) Cum scil. eppatus Ploc. post fata Stiborii arm. Prus (1471) vacaret, Oporovius in electione novi praesulis sex suffragia nactus est. Sed cum duo adhuc competitores adessent, scil. Stiborius de Bielsko, duodecim, et Casimirus, Boleslai, Masoviae Ducis filius, sex votis a Capitularibus electus, cumque Stiborius jure suo, quod potissimum habebat, in gratiam Casimiri cessisset, controversia inter hunc et Oporovium Romam delata, summus Pontifex ad instantiam Friderici Imperatoris, qui duci Masoviae affinis erat, eppatum Plocensem Casimiro, tunc, 18 annos nato, adjudicavit. — Vid. Dlugoss lib. XIII, col. 747. Cromer lib. 27. Stanisl. Łubieński in vit. epp. Ploc. p. 141. Nec mireris, Casimirum R. P., uti alias facere solebat, promotionem clientis sui Oporovii ad eppatum Plocens. mandato suo in effectum deducere haud valuise, nam Masoviae tunc adhuc propriis ducibus regebatur, nec nisi horum stirpe emotua saec 16°, cum Polonia conjuncta est.

rans mox confirmationem aplicam obtinuit, ac ibidem consecratus est. Nec minus Oporovio succesit per suum in Urbe procuratorem bullas super provisione dicti eppatus obtinere, quibus nixus et ipse eppum se consecrari fecit. Sic duo ejusdem ecclae aderant pontifices, de capessenda temporalium possesione concertantes. Sed Prutheni Tungeno, qua homini suae stirpis magis quam Oporovio Polono favebant, insuper ordinis teutonici magister, Polonis semper inimicus, Tungenum jura sua vindicantem, aere et armis fulciebat. Sic ex schismate bellum sacerdotale exarsit. At Crucigeri auxilii a Mathia Corvino, Hungariae rege obtinendi spe frustrati, potentiae regiae diu praevalere non poterant, quod animadvertens Nicolaus de Tungen de aliis mediis eppatus sui conservandi sollicitus fuit. Igitur Petricoviam, ubi rex conventum generalem celebrabat, cum magistro Crucigererum advenit, et ad genua Monarchae provolutus anteactae resistentiae veniam petiit. Maluit rex ignoscere, quam bellum continuare, praesertim quum et Roma rescriptum venerit, Tungenum esse legitimum episcopum Varmien., Oporovium vero subreptitie bullas obtinuisse.

Dum haec geruntur. moritur Nicolaus Blażejovius E. P. Capitulum cathedrale rursus electioni futuri pontificis se accingit, et pro hoc actu in diem 28 Martii 1475 Sessionem indicit [1]), sed rege per ablegatum suum Spytkonem de Jarosław, Palat. Russiae, prohibente, a proposito recedit [2]). Sic sedes vacabat diutius et dioe-

---

[1]) Vid. Acta Capit. 1475 sub. 28 Martii, ubi notatur Capitulares die lunae i. e. 28 Mart. in loco solito Capitulum inchoasse de electione futuri pontificis, continuandum ad fer. 6am proximam.

[2]) Długoss. lib. XIII, fol. 524.

cesis per administratores regebatur. Anno demum 1477 rex Casimirus Oporovium, spe potiundi eppatu Varm. penitus frustratum, ne sine dioecesi et congruo reditu esset, eppatus Premisl. perpetuum Administratorem esse voluit [1]) id quod Sixtus P. IV sua ex parte fieri permisit.

Dioecesis gubernationem aggressus [2]) Oporovius fabricam ecclesiae cathedralis, ab antecessore suo coeptam, continuavit [3]). Possessionem villae Dunkowice in rem

---

[1]) Invertit ordinem Damalewicz in vit. epp. Vladisl. dum. fol. 345 Oporovium vocat Eppum Prem., et eppatus Varmiensis perpetuum Administratorem. — Błażejovius sub exitum anni 1474 obiit, Oporovius vero sub exitum anni 1476 vel initio 1477 regimen Dioecesis aggressus est. Biennio ergo sedes vacabat, Casimiro rege, ut videtur, exspectante, quem exitum controversia Varmiensis habitura esset, et pro cliente suo Oporovio, si ibi succumberet, eppatum Premislien. reservante. Naramowski in facie rer. Sarmatic., et Piechowski in Cornucop. inful. Chelmen. volunt Oporovium, inter Paulum de Grabowa († 1479) et Joannem Kazimirski fuisse eppum Chelmensem. At Pr. Niesiecki in serie eppor. Chelm. chronologicis rationibes luculenter deducit, Oporovium in hac cathedra nunquam sedisse.

[2]) Suscepto Dioec. regimine legationem obiit ad Fridericum III Imp. (1477) eo fine, ut animum Imperatoris ob negata sibi a Casimiro Rege contra Mathiam, Hungariae Regem, subsidia exacerbatum, demulceret Dług. lib. XIII, f. 555. Cromer. lib. 28.

[3]) Ad calcem volum XI Actor. Consist. haec antiquo charactere inscripta leguntur: „Andreas D. g. eppus. Varm. et „perpetuus Administ. ecclae Prem. significamus tenore pre„sencium, . . . quia licet cum venli Capitulo eccle Prem. „fratribus nris in Christo dilectis occasione certarum rerum „per olim f. r. Nicolaum E. P., antecessorem nostrum, derelictarum racionem, seu jure mediante earum adepcionem habere postulavimus et voluimus nihilominus tamen attendendo, eas„dem res pro laudabili opere, et novelle ecclesie Prem. erec„cione et honore conversas expositasque esse, et volentes cum „eis unanimem et fraternam tempore regiminis nostri gerere „in Deo caritatem, ac ipsos ob eorum merita favoribus pro „sequi volentes specialibus, ipsos et eorum quemlibet singula-

eppatus Premisl. recuperavit [1]), antiqua privilegia oppidi eppalis Jaśliska renovavit [2]), ad hospitale Krosnense sub tit. S. Spiritus praeposituram erexit, ac decimis eppalibus de Haczow dotavit [3]), ecclesiam hujus hospitalis, item

---

„riter omnes in perpetuum liberos dimittimus, et de receptis „per nos perpetuo quittamus, per persentes. In quorum „fidem sigillum nrum. presentibus est subimpressum. Dat. Premisliae in curia nre. habitacionis die 4 Martii 1477. — Porro in Actis Cap. p. f. Epiph. 1469. — haec leguntur: „In „eodem Cap. grli. R. Pater Andreas Eppus post caritativam „et fraternam adortacionem, paternitati sue per Platos et „Cancos. factam vive vocis oraculo spopondit, fabricam re- „tentam anni presentis videlicet, nomine eccle Prem. pro festo S. Joannis baptiste proximo solvere, et eandem deinceps continuare".

[1]) Vid. docum. nro. III. Jam antea Casimirus R. eandem villam Nicolao Błażejowski E. P. in 300 marcis obligaverat. At post ejas obitum, uti videtur, eppatus in possesione hujus villae per aliquem e nobilibus vicinis turbatus fuit. Ideo Casimirus R. ad preces Oporovii eidem denuo 200 marcas super hac villa inscripsit, per ipsum et successores ejus Eppos Prem. tamdiu possidenda, donec illam Summam de thesauro regio receperint. In documento erectionis praepositurae hospitalis Crosnen. dd. Prem. 7 Januar 1479 ait Oporovius: „Se villam Dunkowycze non sine gravi difficultate et ex- „pensa de manibus eandem violenter occupantium eripuisse „ac nunc juvante Dno. pacifice possidere".

[2]) Docum. n. I, actis Conrii vol. VIII, sub 1 Maji 1506 ingrossatum. Hoc documento confirmantur anteriora privilegia Casimiri M. dd. Opatowice in Oct. B. Agnet. 1366 et dd. Cracov. d. B. Caecilicie V. M. 1367 super locatione oppidi Hohenstadt (Jaśliska) et advocatio ejus concessa, quae lapsu temporis in desuetudinem abiisse videntur.

[3]) Vid. docum. nro. IV Fundatio hujus praepturae debetur confraternitati sacerdotali districtus Krosn. et Sanoc., quae Summam 210 marcarum, dotis nomine enumeravit. — Hanc Summam Oporovius accepit, pro sua, et ecclae suae Prem. utilitati convertendum, praepto vero hospitalis Crosn. 8 marcas annui census de proventu decimae eppalis e villa Haczow cum consensu Capituli inscripsit. Ne vero eppi Premisl. hac diminutione praefatae decimae graverentur, ideo a Casimiro R. P.

ecclesiam parochialem in Giedlarowa consecravit [1]). Parocho in Radymno decimam ex agris dominicalibus in Sosnica addixit [2]). Ejus tempore in Capitulo cathedrali enata est lis inter Decanum et praepositum super proëdria [3]),

---

super villa Duńkowice 200 marcas impetravit (vid. fol. 132 n. I), et privilegium regium in thesauro caplari cum aliis documentis asservandum deposuit. Chronica Archiconfrat. sacerd. distr. Krosn. et Sanoc. adnotat: sumtibus Oporovii tabulatum superius Eccliae paroch. Brzozov. viridi colore depictum fuisse.

[1]) Acta Sierakov. et ann. 1760, p. 384, 385. — Quoad consecr. eccl. in Giedlarowa Nakielski in Miechovia ad an. 1478 et 535.

[2]) Vid. act. Consist. sub. 7 Januar 1479. — Hanc decimas affectabat praptus hospitalis Łancutensis, qui propterea interdicto subjectus est, a quo per Michaëlem Archidiaconum et Offlem. Prem. consentiente magistro Luca plebano in Radymna sublevatus fuit. — Haeres in Sosnica tunc erat Joannes de Pilcza, Castellan. Cracov.

[3]) Vid. docum. dd. Prem. in Curia eppali d. 1 Jul. 1478, quo haec continentur: *a)* Instrumentum publ. Notarii, quo Joannes de Humniska Decan. et Paulus de Wrocimowice Praeptus Prem. recognoscunt: se ad componendam differentiam inter ipsos ortam ratione prioritatis voti et loci in choro ac Capitulo Rmum in Christo P. Andream E. Varm. et Admin. ecclae catb. Prem., nec non venles Michaëlem ADiacon., Georg. Litwosz, Theodoricum, Nicolaum Bylina, Joann. et Raphaëlem Tarnowski, Canonicos, arbitros constituisse.

b) Sententia arbitralis praefatorum arbitrorum: Joannem Decanum Platum priorem ecclae cathedr. Prem. fuisse et esse, locumq et vocem principalem in choro et Capitulo ipsi et ejus succesoribus ante Praeptum deberi. (Vid. Trzeb. fol. 47). Non obstante hoc decreto Decanus et Praeptus adhuc certabant, quis ipsorum esset prior, imo lis haec ad ipsam Sedem Aplicam devoluta fuit. Anno 1480 ambo litigantes complanationem ad vitae suae tempora valituram inierunt, ut alternative proëdria gauderent, sc. unus a festo Epiph. usq. ad festum S. Joannis B., alter vero ab hoc festo ad Epiphaniam. At post fata Joannis de Humniska Decani lis denuo recruduit, atque decreto Georgii Litwosz, Canon. Cracov. et Premisl., nec non ecclae Prem. Sede vac. Administrutoris in favorem Decani decisa fuit (1482), qui abhinc primum locum in choro et Capitulo per 3 saecula obtinuit, donec excels. C. R. Gali-

tum inter Capitulum et collegium vicariorum[1]) super obventionibus pro cooperatione in anniversariis, quas discordias Oporovius utcunque complanare et pacem turbatam restituere adnisus est. Ideo statutum quoque Błażejovianum super optione curiarum canonicalium reformavit[2]).

---

ciae Gubernium nemine postulante decreto dd. 11 Jun. 1791, N. 13.800 disposuit: ut praepositura deinceps pro prima dignitate habeatur.

[1]) Licet jam Petrus de Chranstow E. P. relationem Vicariorum ad Capitulum statuto suo regulaverit (Vid. nos sub hoc eppo), nova tamen discordia inter Vicarios et Capitulum inde orta est, quod sic dicta offertoria Capituli occasione exequiarum praestari solita, nimis modica viderentur. Erant autem offertoria manuscula, quae in funeribus aut anniversariis defunctorum a praesentibus castrum doloris cum accenso cereo processionis more circumeuntibus in mensa ad latus posita pro Vicariis deponebant, distinguenda ab oblationibus, que erant dona super altare posita. His discordiis obicem positurus Andreas Eppus ordinavit: ut Vicarii cum Capitularib. omnibus Anniversariis per Capitulum absolvendis intersint, utque, qui ex illis contumaciter adesse recusaverit, prima vice uno fertone (i. e. 4ta parte marcae, 48 grossos continentis,) altera vice una marca, tertia vice tota portione, quam e fundo vicariali pro festo Epiphaniae accepturus esset, mulctetur. Pro fatigio vero et cooperatione Vicariorum circa Anniversaria Singuli Plati et Canonici, qui praesentes adfuerint, Vicariis medium grossum pro Offertorio dabunt. Vid. Acta Consist. sub. 7 Jan. 1479. Notandum autem est, unum grossum tunc tantum valuisse, quantum 1766 unus flor. pol. cum 3 grossis. Vid. Czacki, o litewskich i polskich prawach tom I, pag. 123 seqq.

[2]) Vid. Capit. p. f. Epiph. 1478 ubi leguntur: „Rmus. Pr. „et Dnus. Andreas E. Varm. et Administrator eccle Prem. „de consensu et voluntate DD. Plator. et Cancor. cassato sta„tuto de domibus Plator et Cancor. in statutis Capituli con„tento statuit: quod dum Praelatus aut Canonicus sive post „commutationem beneficii sive post mortem eorum, qui domos „proprias habuerint, succedit domum domini commutantis vel „decedentis frater senior in ordine recipiat, et ille, qui

A. D. 1480 Sbigneo Oleśnicki Eppo Vladisl. ad AEppatum Gnes. promoto, vacans eppatus Vlad. regia nominatione Andr. Oporovio obtigit, quem tamen personaliter nunquam adiit, nam cum Casimiro R. in Lithvania agens, dum accesum ad sponsam suam parat, Merecii (quod est oppidum Lithuaniae) in intinere mortuus est (1483 [1]). Mortales ejus exuviae pro sepultura ad ecclesiam cathedr. Vladislav. sunt translatae.

„commutationem fecit beneficio duntaxat gaudeat, et domum „quousque ordo recipiencium domus advenerit, praestoletur.“ Haec lex optionis usque ad novissima tempora in usu permansit.

[1]) Damalewicz (in Vladisl.) scribit: eum 5 annis nomen Eppi Vladisl. gessisse, at unde hoc quinquennium obtineat, non liquet, siquidem Sbigneus de Oleśnica, cui in hac sede successit, 1480 ad AEpatum Gnesnen. ascendit, mors vero Oporovii anno Dni. 1483 contigit. — Caeterum eodem auctore testante Andreas Oporovius fuit vir ingenii promti et ad inveniendum perexpediti, de cujus tamen laude celebritatis opinio inconstantiae nonnihil ademisse visa est. Felix inquit, ingeni praecox in acumine, promtus consilio, sed cum mobilitate fuit. Alembek vult, eum Dioecesi Premisl. tantum usque ad ann. 1179 praefuisse. Ast Acta nostratia aliud innuere videntur; nam Michaël de Kleparz, Archidiaconus cathedralis, qui anno 1479 fuit ejus Vicarius generalis, hunc titulum etiam annis 1480 et 1481 retinet, ac primum anno 1482 idem Michaël ADiaconus occurrit qua Administrator Spiritualium, Georg. Litwosz autem qua Administrator temporalium. Ex quo colligi potest, Oporovium etiam post promotionem ad eppatum Vladislav. administrationem eppatus Prem. aliquamdiu continuasse. —

VII. PETRUS

De Bnino

MOSZYŃSKI

STEM. ŁODZIA

E. P. 1482—1483.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Primas. reg.
Casimir IV.	Sixtus IV. † 1484.	Sbign. Oleśnicki 1480—1493.

AEpp. Leop.

Joann. Strzelecki, Wątrobka 1480—1493,

Mossinia gens de Bnino, avita sua possesione in majori Polonia, passim sub nomine Bninorum (Bnińscy) apud rerum polon. scriptores occurrit. Pater Petri nostri fuit Joannes de Bnino, frater autem ejus Mathias de Bnino Palatini Posnaniensis dignitate praefulgebat.

Quibus gradibus Petrus ad eppatum ascenderit non constat. Sine dubio in aliqua eccla cathedr. stallum canonicale, simulque muneris quidpiam in aula regia ha-

buit [1]). Eum designatione regia eppatum Premisliensem adeptum fuisse, praecedentium epporum historia perquam probabile reddit [2]).

Episcopatus ejus brevis fuit, nulloque majoris momenti actu conspicuus, praeter confirmationem locationis ville Nowy-Domaradz [3]), et confraternitatis sacerdotalis in districtu Sanoc. et Crosnen [4]). Ejus temporibus 1482 et 1483 pestis, ex Hungaria illata, Poloniae regnum afflixit.

---

[1]) Okolski in orbe Pol. vult: eum fuisse Cancellarium Casimiri III R. P. — At Pr. Niesiecki eum nec inter Cancellarios, nec inter Vice-Cancellarios recenset — neq in documentis, quae tanquam Eppus Pr. edidit, cum tali titulo occurrit.

[2]) Electionis eppi post discessum Oporovii in Actis Conrii et Capituli nec minima mentio habetur, ex anteudentibus vero quae sub Petro de Chranstow, Nicolao de Błażejowice, et Andreae de Oporow retulimus, inferendum est, eum regia designatione eppatum obtinuisse. Quo id anno evenerit, Niesiecki in sua serie epporum Premisl. non annotavit, Sam. Nakielski vero perhibet: eum quadriennio, postquam Andreas Oporowski ecclam paroch. in Giedlarowa consecraverat (7 Nov. 1478,) adeoq 1482 eppum Premisl. factum esse. Quod et Acta Consistorii confirmant, nam 1482 Michaël Archidiaconus vocatur Administrator in Spiritualib., quod probat, sedem tunc fuisse vacantem, ex mense vero Decembri ejusd. anni occurit documentum Petri electi et confirmati Eppi Prem., unde merito infertur, eum hoc anno 1482 eppum esse factum. Longe ergo a vero aberrant tabulae epporum Premisl., quae ejus eppatum inter 1479—1481 reponunt.

[3]) Vid. Act eppal. vol. VIII, fol. 47, ubi legitur documentum Petri, electi confirmati Eppi Prem. dd. Brzozow. die Solis 14 Decemb. 1482, quo confirmat privilegium antecessoris sui Janussii Lubinii dd. fer. 4 post Oct. paschae 1425 pro locatione villae Nova-Domaradz.

[4]) Vid. vis. Sierakov. ex anno 1760, p. 357 ubi memorat documentum Petri E. P. dd. Brzozov. 5 Novemb. 1483, quo Statuta confraterítatis sacerdotalis in distr. Kros. et Sanoc. confirmat. — Auctor MS. vit. eppor Prem., etiam comemorat documentum ejus de anno 1486, quo altare in eccla cathedr. Prem. per Petrum (de Chranstow) E. P. fundatum, cum

Fuit vir sapiens, et ultra saeculum suum doctus, quem Philippus Callimachus (Buonacorsi [1]), Mathias Drevicius [2]), Steph. Damalewicz [3]) et Mich. Wiśniewski [4]) magnis laudibus extollunt.

---

jure patronatus consulum Prem. approbaverit. At Mossinius anno cit. jam non fuit eppus Premisl:, sed Joannes de Targowisko, sub quo nobis de hoc altari sermo reccurret.

[1]) Philip. Buonacorsi vulgo Callimachus dictus, natione Tuscus humanioribus litteris Romae excultus, et sub pontificatu Pii. P. II nescio quo munere in curia Romana functus, ob singularem rerum politicarum peritiam „experiens" dictus, circa 1465 in Poloniam venit a Casimiro III R. P. variis legationibus adhibitus ejusq filiis praeceptor datus est. Hic teste Okolski in praefat. ad historiam Vladislai III R. P. Casimiro R. dedicatam, de Mossinio sic scribit: „Petrum de Bnino eppum Deus nasci in tuo regno, Rex invictissime, voluit, non sulum, ut esset in his, „quae ad rem divinam attinent, quondam priscae sanctitatis „specimen, vereq religiosorum pontificum imago, sed etiam, „ut haberes in humanis consiliarium prudentia, fide, constantia, „gravitate antiqua praeditum". Idem in oratione ad Innocentium P. VIII „de bello Tureis inferendo" Mossinii mentione facta subdit: „Ejus ingenii acumen, gravitas, constantia, ma„gnitudo, praeterea vita ac morum sanctimonia humanum mo„dum supergressa, jam pridem meruere ut transferretur in „religionis nostrae sacrosanctae arcem". (Romam intelligit, dignum innuens Mossinium, qui in purpuratorum collegium aut saltem altiorum curiae pontificiae ministrorum collegium cooptetur).

[2]) Mathias Drevicius, familiaris et ipse Callimachi, ac postmodum eppus Premisl. in epla ad Marc. Ant. Maurocenum, Venetum, de Mossinio sequens fert judicium: „Fuit vir non „solum ingenio praestanti, ac doctrina singulari, sed omnium „quoque humanarum divinarumq rerum cognitione ac prope „experimento prudentissimus."

[3]) Damalewicz (in Vladisl.) eum ita depingit: „Vir procerae „staturae, morum gravitate celebris, doctrina magnus, sed „major tum religione in Deum, tum pietate et mansuetudine „in homines."

[4]) In hist. litt. polon. tom IV, p. 12 ex praefata epla Drevicii adducit crisin Petri Mossinii in chronicam Vinc. Kadłubek, ac observat se cum eum eam iterate relegeret, sibi vix persuadere potuisse, eam saec. XV a quocumque scribi potuisse.

A. D. 1484 translatus est ad ecclesiam Vladislav. [1]) in qua (die 7 Mart. 1493 defunctus [2]) quiescit, sequenti epitaphio honoratus:

Petro de Bnino, Vladislav. Potifici, religioso et sapienti, positum procuratione Callimachi experient., amici concordisimi MCCCCLXXXXIII.

Adeo Petrus noster, (quem Wiśniewski cum Andrea de Bnino eppo Posnan. confundit) ultra aetatem suam sapuit.

[1]) Hoc anno eum Vladislaviam translatum esse scribit Damalewicz, cui Acta Consistorii nostri eatenus consonant, quatenus anno 1484 Michaël Archid. „Administrator ecclae Prem. sede „vacante“ nuncupatur.

[2] Falsa omnino est relatio Chronicae Archiconfrat. sacerd. Kros. et Sanoc., quae eum peste sublatum vult. Obiit podagra, quae eum, teste Damalewicz, frequentius, quam eppi Poloni eo tempore solerent, penes cathedram suam detinuit. Debitis obnoxius sponsae suae Vladislav. parum ornamenti conferre valuit, quaedam tamen ejus munuscula (Pontificale pergameneum, et pedum pastorale argenteum), adhuc Damalewicii tempore (1642) supererant.

VIII. JOANNES
KAZIMIRSKI

Stemm. Biberstein

E. P.

1421 — 1435.

Contemporanei:

Rex	R. Pontifex	Primas. r.
Casimirus IV.	Innocent. VIII. 1484—1492.	Sbig. Oleśnicki.

Arch. Epp. Leopol.

Joann. Strzelecki Wątrobka.

Familiae Biberstinorum origo ex Helvetia derivatur, ubi Comitum de Regenstat dignitate insignes fuisse traduntur, serius vero, nescio quo fato in Poloniam delati, in plures surculos seu lineas divisi sunt, ex quibus una a possesione sua „Kazimierz“ Kazimirsciorum nomen assumsit. De Joanne nostro id modo constat, eum antea fuisse Episcopum Chełmensem [1]), eppatum vero

---

[1]) Alembek in „Gemma“ et qui cum presso pede sequitur auctor MS. „Vitae EE. PP.“ de episcopatu ejus Chełmensi

Premisliensem ad finem 1484 obtinuisse [1]). Ingenium et mores ejus eximie commendat Samuel Nakielski [2]). Non habuit otium de nova sua sponsa benemerendi, nam ea vix a limine salutata de praesentis vitae statione avocatus est (1485 [3]). Acta eppalia paucas tantum continent ejus

---

nil noverunt; at Nakielski in „Miechovia" fol. 539, et Piechowski in Cornucop. inful. Chelmen. referunt, eum vix uno anno in eppatu Chelm. transacto ad Premisl. fuisse translatum. Ambo porro testantur, ab illo ecclam eremitarum S. Pauli in „Uchań" dioec. Chełm. consecratam fuisse. – Hos quoque sequitur Niesiecki in serie eppor. Chełm. Quibus autem gradibus ad hunc eppatum pervenerit, non constat.

[1]) Acta Capit. ex anno 1484 perhibent: hoc anno fer. 2 post Dom. „Laetare" (quae est 4ta in Quadrag.) Capitulares pro electione futuri pontificis convenisse. Eventus electionis non notatur; porro in Capitulo p. f. St. Joan. Bapt. celebrato adhuc inter praesentes occurrit Michaël Archidiaconus, qua Administrator in spiritualibus, ergo Sedes eppalis adhuc vacabat; jam vero in Capitulo 1485 p. f. Epiphaniae Dni celebrato praesens memoratur Joannes E. P. Ergo tempore inter duo posteriora Capitula interjecto (inter 24 Jun. 1484 et 6 Januar 1485) Kazimirscius regimen ecclae aggressus est. — Electio autem illa post Dom. Laetare celebrata, si anteriora consideremus, sine dubio nil aliud erat, quam postulatio Candidati per Casimirum R. Pol. designati.

[2]) Vocat eum „virum magna animi dexteritate et aliis praecla„rissimis virtutibus ornatum," quod et Piechowski repetit. — Nakielscius sine dubio notitiam suam a confratribus, Cancis SS. Sepulchri accepit, qui Chełmae conventum ad ecclam paroch. habebant.

[3]) Acta Capituli obitum ejus his verbis commemorant: „A. D. „1485 fer. 6 ante fest. S. Elisabeth (qd. 18 Nov. celebratur) „Ven. Plati et Canci. circa ecclam praesentes, audita morte „Rmi. Pris. Dni Johannis eppi Pr., capitulariter congre„gati, unanimi et concordi voto venerab. D. Joann. Zema, „Canonicum, in Administratorem Spiritualium et temporalium „elegerunt." Unde patet, eum extra Premisliam, probabiliter Brzozoviae, mortuum esse. Chronicon Archiconfr. sac. Krosn. et Sanoc. eum peste extinctum refert. Ex his corrigendi sunt Nakielski et Niesiecki, qui ejus obitum ad annum 1487 reponunt, et Rzepnicki, qui eum Premisliae triennio sedisse scribit.

ordinationes, Collegium vicariorum cathedralium [1]) praeposituram hospitalis Krosnen. ad S. Spiritum [2]) et con-

---

[1]) In Capitulo generali p. f. epipph. A. D. 1475 celebrato haec conclusa leguntur: „DD. Plati et Canci de consensu spe„ciali Rmi. Pris. Dni Joannis D. g. E. P., tunc in Capitulo „praesentis, de Vicariis perpetuis ad ecclam assumendis tale „unanibus vocibus condiderunt statutum: quod antequam Vi„carius cujuslibet Plati et Canci per D. Decanum, cujus in„terest. instituatur, aut assumatur, talem Vicarium, alias pre„sentatum per duas septimanas inter Vicarios examinandum „fore de idoneitate decreverunt. Qui si idoneus compertus „fuerit, ipsi Vicarii D. Decano innotescere (i. e. notum facere) „debent, et D. Decanus talem sine condicione investire ac „confirmare tenebitur. Si autem hujusmodi presentatus ido„neus compertus in examine hujusmodi non fuerit, Decanus „sub consciencia peccati mortalis illum instituere non audebit, „quam consciencıam paternitati sue D. Eppus gravavit. Item „ipsi DD. Plati et Canci simul cum Rmo. Pre. D. Eppo pre„fato de anniversariis DD. Platorum et Cancor. statuerunt, „Vicariis perpetuis tunc presentibus et consentientibus: quia „ipsi Vicariis omnib. anniversariis interesse debent, et cum „Platis presentibus, sive uno presente anniversaria cantare, „et subsidium DD. Platis in cantando facere, sine condicione „qualibet. Ratione cujus subsidii ipsi DD. Plati et Canci „ipsis Vicariis semper de marca pecunie, quam occasione an„niversarii tollunt, dabunt sex grossos, etsi unus Platus fuerit. „Item in eodem Cap. per DD. Platos et cum assensu Rmi. „Pris. D. Eppi de rectore scole et cantore conclusum et sta„tutum est: quod rector scole principalius, si voluerit, et post „cantor sit primus expectans ad Vicariatum perpetuum cujus„libet Plati et Canci.“ — Porro Alembek — (in annulo canon. p. 304 et 342) — testatur se in Archivo Collegii Vicar. ecclae cath. Prem. vidisse sententiam compromissoriam ejusd. Joanni Eppi inter PP. Minoritas Premisl. et Vicarios cathedr., in pergameno scriptam dd. Brzozov. 12 April 1485, qua definivit: *a)* ut FF. Conventuales Vicariis semper reddant portionem canonicam (quartam funeralium), oe funeralibus parochionarum, *b)* ut iidem FF. non habeant licentiam praedicandi; quando praed catur in eccla cathedr. *c)* ut fabri et textores sint liberi et non alliciantur per Vicarios ad tenendas fraternitates apud ipsos.

[2] Praeptura haec per Andream de Oporow erecta est (Vide nos s. h. Eppo). — Quia vero hic praesul ei decimam eppalem

fraternitatem spiritualem presbyterorum laicorumq in districtu Krosn.[1]) concernentes. In tempora ejus incidit mors B. Joannis de Dukla, religiosi O. Min. S. Francisci de observantia, patroni urbis Leopol. ibidem in conventu sui ordinis defuncti[2]), et Synodus provincial. Petricov. (1485), quae constitutionem Synodi provincialis Sprovianae (A. D. 1459 Lanciciae celebratae) super modo eligendi Administratoris sede epali vacante, et administrandi bona mensae eppalis, republicavit et in praxin deduxit[3]).

---

de villa Haczow cesserat, ne quis valorem actus exinde impugnaret, quod Oporovius tantum Administrator eppatus Prem. fuerit, proinde de bonis eppatus disponendi potestate caruerit, ideo Kazimirscius hanc erectionem, et respective memoratae decimae incorporationem dd. Brzozov. 3 April. 1485 ratificavit.

[1]) Documentum huc spectans est de eadem data sicut illud, quod in not. praecedente citavimus. Caet. vid Visit. Szembek. et Sierakov. sub eccla Krosnen.

[2]) Obiit ipso f. S. Mich. Archang. 1484, et a Clemente P. XII in album beatorum relatus est. Vid. breviar. R. inter propria Poloniae sub 12 Julii.

[3]) Vi hujus Statuti Plati et Canci tumulato corpore eppi tenebantur capitulariter congregari, praestitoq juxta praescriptam rotham juramento, Administratorem eppatus in Spiritualibus eligere, cujus deinde erat, collatis cum Capitulo consiliis, regentias seu tenutas bonorum cujusvis clavis inter capitulares distribuere. Administrator novo eppo super administratione temporalium calculum reddere obligabatur. Tenutariis pro vita et expensis fructus ex allodiis, molendinis, pisciuis, et alii minores proventus cedebant. Vid. Wężyk. collectionem constit. Synodal. Cracov. 1630 in 4° impressam, fol. 36—43., item Nicol. Zalaszewski: Jus Capituli, seu de potest. Cap. Sede epp. vac. Posnan. 1706, 4° p. 97 seq.

DOCUMENTA
AD EPATUM JOANNIS
De Targowisko.

I 1486. Prem. 1 Oct. Joann. E. P. approbat altare per antecessorem suum Petrum in eccla cathedr. fundatum cum patronatu consulum Prem. Alembek Collectanea f. 7.

II 1487. Brzozow. fer. 5. ante S. Margareth. Joannes E. P. concedit Ladomiro Valacho super extirpatis fundis eppalibus inter fluvios Jasioł et Trzcianka jure Valachico novam villam locare, nomine Trzcianka (hodie Zawadka). Act. Eppl. vol. VIII, s. a. 1605.

III 1489. 4 Jul. — Joann E. P. dat. consensum pro aedificanda Capella B. M. V. cum Capellano — ad ecclam paroch. in Stryj. Alemb. in Collect f. 7.

IV 1490. Przeworsko 3 Febr. Joannes E. P. cum Joanne Abb. de Pokrzywnica (Koprzywnica) Ord. Cister., et Joanne Priore Calvi-Montis Ord. S. B. reformant Conventum Prevorsc. Canonicorum regular. SS. Sepulchri Hieros. (Act. Cons. lib. V sub 3 Febr. 1490. Nakielski in Miechovia fol. 555 seqq.)

IX. JOANNES

De

TARGOWISKO,

STEM. TARNAWA.

E. P.

1486—1492.

Contemporanei:

Reges P.	R. Pontif.	Primas Reg.
Casimirus IV. † 1492	Inocent VIII. 1484—1492.	Sbig. Oleśnicki † 1493.
Joan. Albert. 1492—1501.	Alexander VI. 1492—1503.	

AEp. Leop.

Joann. Strzelecki Wątrobka † 1493.

Targowisko est villa, prope Krosnam, cum ecclesia parochiali. At Niesiecki Targoviscios in palatinatu Sandom. et Lublin. bona habuisse scribit. Joannem Targowicki 1481 acta Capituli Canonicum Premisl ensem, acta vero eppalia an. 1485 Canonicum Premisl et rectorem ecclesiae paroch. in Drohobycz exhibent. In Capitulo 1486 domus Joannis Targowicki Canonici „et modo

electi“ Joanni Drzewicki Canonico confertur. Niesiecki provocat ad privilegium Casimiri R. P. 1484 civitati Cracov., porro ad documentum juramenti, per Stephanum, Moldaviae Palatinum regi et regno Poloniae praestiti, in quibus Joannes Targowicki, electus Chelmensis inter testes praesentes memoratur (Apud Przyłuski in Stat. R. P. fol. 807). Nullum ergo dubium est Joan. Targowicki Canonicum Prem. ad Episcopatum Chelm. per translationem Joan. Kazimirski vacantem, ascendisse[1]). Eodem anno 1485 ipsi etiam in eppatu Premisliensi, regia, ut supponitur, nominatione succesit.

Dies ingressus ejus non exprimitur, ast acta eppalia pandunt, eum jam 1485 Premisliae eppalem jurisdictionem exercuisse[2]).

Sub ejus episcopatu Russiae provincia multa mala a Tartaris[3]) tum a milite regni stipendiario, ad expeditionem contra Turcas destinato[4]) perpessa est.

---

[1]) Piechowski in cornucop. inf. Chelmen. eum nihilominus penitus ignorat. Non diu tamen in cathedra Chelmensi sedit, imo fortasse ad eam nec inthronizatus fuit, siquidem Joanni Kazimirscio 1485 defuncto in eppatu Prem. successor datus est.

[2]) Vid. vol. V. act. Consist., siquidem ibi sub penult. Septbri (quae fuit dies Saturni) 1486 talis actus occurrit: „Joannes „Prior FF. Praedicator. Conventus Prem. agit contra Dnam Au„nam, Castellaneam Premisl., occasione Presbyteri ejusdem „Conventus occisi per Joannem Guzek, emethonem Zorawicen. „Sed postquam ipsa Dna. Anna „statuit praefatum Guzek, „per Rmum. in Christo Prem. Joannem de Targowisko „E. P. libera pronunciata est, Guzek autem damnatus ad per„petuos carceres, iisdemq, catenis ligatus, inclusus est.“ — Fallitur ergo P. Niesiecki, dum initium eppatus ejus ad ann. 1488 reponit.

[3]) Vid. Cromer. lib. 29 ad ann. 1488, ubi haec habet: „Infe„stabat ea gens (Tartarorum) crebris incursionibus, magnisq in„commodis afficiebat Podoliam atque Russiam . . . . Fuma„bant longe lateq non modo villarum et pagorum sed etiam „vicorum et oppidorum incendia, abducebantur in foedam et

Targovicius recto ordini devotionis in eccla cathedrali providit [1]) ad comparandum pro ea novum monstratorium magnam argenti partem donavit [2]). In eadem eccla fundationem altaris SS. Corp. Christi renovavit, et jus patronatus consulibus civitatis addixit [3]) porro pro capella B.

„barbaricam servitutem agrestes juxta ac nobiles viri, matro-
„nae et puellae, senes vero ac pueri longioris itineris labori
„ferendo impares immaniter trucidabantur." Sed huic barbarorum furori Joannes Albertus, regius princeps, copiis eorum ad Copestrinum fusis, modum posuit.

[4]) Vid. acta Cap. prof. Epiph. 1486, ubi Canonicus Joan. Drzewicki, etra. Decanum et Praeptum ob portionem sibi de proventu villae Pnikult haud persolutam conqueritur, ipsi vero in sui excusationem allegant, se solvendo impares esse „prop-
„ter gravia damna, tam ipsis hominibus, quam bonis ipsorum
„ac omnibus subditis in eadem villa Pnikult consistentibus per
„Stipendiarios illata, ac hominum ipsorum magnam oppressio-
„nem, a quibus nec soli census tollunt." Stationarii illi erant copiae, quas Casimir. R. P. Stephano Vajvodae Moldaviae (a quo 1485 vasaliiticum homagium exceperat) contra Turcas, principatum ejus infestantes, in subsidium ducebat. At pace cum Bajazethe Turcarum Sultano conclusa Stipendiarii illi dimissi sunt.

[1]) Vide Acta Cap. p. f. Epiph. 1488, cui ipsemet praesens interfuit. In Capitulo „DD. Plati et Canci simul cum Rmo.
„P. Eppo multis et variis permoti respectibus, dedecore ni-
„mio circa complecionem missarum per ipsos Platos in eccla . . .
„comisso attento, citatione ante omnia praemissa de tenendis
„missis statuerunt, Plato sive Canco. tam propriam, quam
„etiam alterius fratris praesentis et nolentis, sive etiam absen-
„tis ebdomadam tenenti mox ebdomada transacta unus ferto
„pecuniae per collectorem dominorum dare tociens quociens
„ebdomadas tenuerit." Videntur Capitulares Vicarios in sui locum substituisse, quod ne in posterum facerent, lucri spe movendi erant.

[2]) Vid. documentum annivers. Targovisciani (sub epp. Nicol. Krajowski nro. II, ubi legitur: „Ad monstrancie construccio-
„nem R. Pr. olim D. Johannes prefatus notabilem partem
„argenti dederat".

[3]) Vid. docum. nro. II.

Mariae Virg. ad ecclesiam Stryjensem aedificandam consensum dedit [1]). Collegium Prevorscense Canonicor. regular. SS. Sepulchri visitavit et reformavit [2]), ecclesiam vero FF. minor Sti. Francisci de observantia Samboriae consecravit [3]). In bonis mensae eppalis novam villam nom. Trzcianka locavit [4]).

Annus 1492, Americae detectione notabilis, et Casimiro IV R. P. et Targovicio nostro fuit fatalis, nam Praesul iste post fest. Ascens. Dni nocte de feria sexta in Sabbatum animam Deo reddidit [5]), cum antea testamento suo varia legata ad pias causas destinasset [6]).

---

[1]) Vid. docum. nro. III.

[2]) Vid. docum. nro. IV. — (Act. Cons. vol. V.) Hoc documento abrogat abusum, proventus Conventus inter singulos fratres dividendi. Mandat, ne sine licentia Praepti, nec nisi bini, in civitatem prodeant, nec ultra horam 24tam morentur. Praeptus debet fratribus meliorem mensam, et cerevisiam procurare, pro eorum obsequio famulum tenere, pro aegrotis specialem stubam (infirmarium) instruere, et eos necessariis medicamentis providere. Praepto addendus est Senior vel Custos, qui eo in negotiis absente, ordini domestico intendat. FF. horas canonicas, praecipue cursum B. M. V. in eccla voce intelligibili recitent. Capitulum pro fratrum correctione singulis septimanis tenendum. Quidquid de proventibus post expensas quotidianas supererogaverit, ad cistam comunem reponatur, a qua Praeptus unam, Custos alteram clavem habeat. Ex hac pecunia fratribus vestimenta, aliaq necessaria comparentur, et revocatis ad conventum Miechovien. viaticum praebeatur.

[3]) Niesiecki ex Luca Wadingo, in Annal. FF. minor ad ann. 1490, adde Jacobum Mirecki in tabula eppor. Prem. qui Joan. Targowiscium his versibus celebrat:

Praestit is multum Russis, delubra sacravit
Plurima, Seraphicis Samboriense viris.

Quae vero alia templa dedicaverit, non constat.

[4]) Vid. docum. nro. II.

[5]) Nakielski et Niesiecki cum 1490 mortuum volunt; quod non tantum Acta ejus refellunt, quae ab anno 1486 ad 1492 pertingunt, sed et adnotatio in Actis conclusorum Capituli vol. I in haec verba concepta: „Anno Dom. MCCCCXCII

„Rmus. in Christo Pr. et. D. Joannes D. g. de Targowisko „Eppus Pr. post festum Ascens. Dni. nocte de fer. 6 in diem „Sabbaticum alias die crastina, prout altissimo placuit, mor„tem subiit temporalem. Post cujus mortem corpus ejusdem „in eccla Prem. fer. 2 post Vesper. festi Pentecostes sepultum „est. Et in instanti Capitulum generale ejus corpore humato „DD. Caplares celebrarunt.“ — Additur, pro electione futuri Eppi terminum pro festo Nativ. Mariae (8 Sept.) proximo statutum esse.

6) Praeter 100 marcas pro Anniversario totidem pro fabrica ecclae legavit. Praeterea Acta Capli de ao. 1492 notant: Platos et Cancos. Sigismundo de Targowisko, Canco. Prem., defuncti Eppi germano, commisisse, ut pro festo S. Joann. B. proxime venturo medietatem censuum in omnibus bonis eppalib., per praefatum olim Eppum sibi et ecclae Premisl. legatorum, in ipsis bonis exigeret. — Nakielski in Miechovia fol. 553 hunc Praesulum a morum sanctitate et pio rerum divinarum studio laudat.

DOCUMENTA
AD EPPATUM NICOLAI
De Krajow
E. P.

I 1495. Radimnae fer. 2 in Vig. S. Mathiae Apl. Nicolaus E. Prem. dat consensum Vicariis cathedr. pro introducenda Confraternitate B. M. V. (litteratos) ad ecclam cathedr. Prem. (Alembek in annulo can. pag. 342).

II 1495. Prem. fer. 4 prox. p. epiph. Nicolaus E. P. erigit anniversarium pro anima antecessoris sui Joannis de Targowisko. Trzebin. fol. 56.

III 1495. Prem. Vig. Ascen. Dni. Nicolaus E. P. cum consensu Capituli Lucae, poponi Ruthenorum in Radymno cum descendentibus suis dat privilegium super dicto poponatu, quem ab omnibus censibus et exactionibus eximit. Liber privil. fol. 108.

IV 1497. Prem. fer. 3. Pentecost. — Joannes Albertus R. P. Nicolao E. P. pro Summa 400 flor. hungarical. vendit ann. censum 20 fl. super teloneo Premisl. — (pro fundatione ad altare S. Annae). Acta Cons.

vol. X, sub 15 Jan. 1515. — Vol. XVII, sub 3 Novemb. 1662.

V 1497. 22 Jan. Nicol. E. P. approbat fundationem praepositurae hospitalis Brzozov. Act. Epp. vol. V. Alemb. Collect. f. 23.

VI 1497. Leop. fer. 5 in Vig. Concept B. M. V. Joannus Albertus R. P. cedit academiae Cracov. jus patronatus unius Canonicatus in eccla cathedr. Premisl. Act. Eppal. vbl. XVII. 1562.

VII 1498. Petricoviae in Convent. reg. generali Sabb. prox. p. f. Purif. B. M. V. Privilegium Joannis Alberti R. P. in eodem objecto. (Act. Cons. ad calc. vol. XI.)

X. NICOLAUS
De KRAJOW

Stem. Łabędź

E. P.

1492 — 1498.

Contemporanei:

Rex.	R. Pontif.	Primat. r.
Joan. Albert R. P. 1492—1501.	Alexander VI. 1492—1503.	Sbign. Oleśnicki † 1493. Fridericius reg. Pol. princeps. Cardlis, AEp. Gnes. et Ep. Crac. 1493—1503.

Archi-Epp. Leopol.

Joann. Strzelecki Wątrobka † 1493.
Andreas Poraj Boryszewski 1493—1503.

Prosapia Krajoviorum surculus erat familiae „Dunin“ cygno pro insigni utentis, quae sub Boleslao Crivousto e Dania in Poloniam sedem transtulisse fertur. Quidam e Krajovitis assumserunt agnomen „Prymus,“ ex quibus quoque est Nicolaus noster, in Actis publi-

cis jam Nicolaus de Crayowo, jam Nicol. Primus, jam Nic. Primus de Crayowo vocitatus. De progenitoribus, loco natali et studiis ejus nihil memoriae proditum est. Immediate ante eppatum fuit Praepositus Stobnicen. et Canonicus Cracov. Alembek eum etiam Cancellarium [1]) appellat., ast apud Niesiecki in serie Cancellariorum et Vice-Cancellariorum regni non legitur.

Tumulato corpore Joannis de Targowisko Capitulum cathedr. iterum — (sicut hoc in anterioribus casibus, cum sedes vacaret, ab illo, attamen semper irrito conatu, factum vidimus) — ad canonicam novi Praesulis electionem procedere voluit [2]); at constanti proposito Joannis Alberti, regis Pol., episcopatum Nicolao de Krajow conferendi, intellecto, ejus voluntati sese submisit [3]). Sic ergo dictus

---

[1]) Etiam in Actis Cap. ex anno 1492 dicitur „Cancellarius Suae Serenitatis" i. e. Joannis Alberti. Fors fuit ejus Cancellarius ante regnum susceptum; nam et reginae, et regii principes Cancellarios habebant. Vid. nos sub Mathia Janina et Andrea Szołdrski.

[2]) Vid. sub Joan. Targowicki.

[3]) Ante terminum electioni destinatum (8 Sept.) — die 23 Jun. 1492 coram Capitulo comparuit Georg Ostrowski, Notarius curiae regiae, cum litteris nomine Sbignei, AEppi Gnesn. et R. Pol. Primatis, Friderici, electi confirmati eppi Cracov. ac caeterorum Platorum, Baronumq regni Pol. sigillis eorum signatis, quibus a Capitulo postulabant, ut in Vener. Nicolaum Primus, Praeptum Stobnic., Canonicum Cracov. per ipsos ad ecclam Premisl. nominatum. consentiret, eumque pro postulato haberet. (Ergo et Praelati regni at tollendam liberam epporum electionem manus adjutrices praestabant). — Tres duntaxant Capitulares tunc ad ecclam cathedralem praesentes aderant; scil. Bernardinus Wilczek, Decanus, Joannes Ziema, et Derslaus Skotnicki, Canonici, qui probe intelligentes, quisnam sub illis Platis et Baronibus Eppi nominationem sibi arrogantibus, delitesceret, promptam e sua parte voluntatem ad postulationem nominati declararunt, attamen ob majoris partis confratrum suorum et in his Nicolai Gromadzki, Administratoris Spirit. et temporal. absentiam,

Nicolaus anno seq. 1493 pontificatum suum auspicatus est [1]), cujus praecipui actus hi fuerunt:

Summam curam adhibuit, ut verbum Dei in ecclesia cathedrali a viris eruditis, non minus doctrina, quam morum pietate et animarum zelo conspicuis, modo et intellectus instructioni et cordis aedificationi apto praedicaretur. Ideo favente gratia regia procuravit, ut in Capitulo praebenda concionatoris ordinarii erigeretur, et jus praesentationis Academiae Cracoviensi cederetur [2]). Porro ad fovendam fidelium pietatem in eccla cathed. confraterni-

---

nihil se hac in re concludere posse declararunt (Vid. Act. Consist. vol. II ad an. 1492 pag. 547). — Cum porro dies 8 Septbris electioni praefixa venisset, adest Nicolaus Zyaszkowski, Advocatus haereditarius in Mościska, et Curiae reg. Notarius qua orator Sereniss. Joannis Alberti, R. P. electi, significans Capitulo: a Sua Serenitate dudum provisionem vacanti ecclae Prem. factam esse, et quidem in persona venerab. Nicolai Primus, Canci Cracov., ac Suae Serenitatis Cancellarii. Igitur Capitulares tunc cogregati numero quatuor: scil. Decanus Ber. Wilczek, Nicol. de Gromadzino, ADiacon. et S. vac. Administrator, Joan. Ziema et Derslaus Skotnicki, Canci, regiis votis sese conformantes, unanimi et concordi suffragio praefatum venerabilem Nicolaum in futurum Eppum ecclae Prem. nominarunt, sive potius postularunt, eo quod non esset de gremio Capituli, nec in hac Dioecesi beneficiatus, postulatumq in contumaciam omnium confratrum absentium, declararunt, quibus altera tantum dies reservata ast, ut ad hanc postulationem accedere, eiq suffragia sua adjicere possent. (Vid. Act. Cap. ex annno 1492).

[1]) Vol. V Actor Consist. Acta Nicolai Primus incipiunt a 16 Augusti 1493.

[2]) Vid. docum. sub nro. VI et VII. — Canonicatus, de quo ibi sermo, fuit fundi Buszkowice. Rex ordinat, ut Rector Univ. cum doctoribus et magistris prima vice, dum Canonicatus ille vacaverit, ad eum praesentent Jacobum, modernum praedicatorem ecclae Prem., post hujus vero decessum semper unum de doctoribus S. Teologiae vel. Juris canon. de gremio Universitatis, — qui in propria persona ad ecclam cathedr. resideat, ac officia incumbentia adimpleat, prout latius Rdus. Nicolaus E. P. instituet ordinabitque.

tatem litteratorum B. M. V. instituit [1]), et altare S. Annae vel fundavit, vel saltem ejus dotationem auxit [2]) Cogitaverat etiam de Collegio Mansionariorum erigendo, pro quo etiam dotem destinaverat, at morte praeventus consilium suum ad effectum perducere haud potuit [3]). Antecessoris sui Joan. Targowicki anniversarium ordinavit [4]), Brzozoviae hospitalis pauperum et praebendae Praepositi hospitalis fundamenta posuit [5]).

Ejus temporibus civitas et Dioecesis Premisl. magnis calamitatibus conflictabatur.

Ecclesia cathedralis, cujus fabrica a Błażejovio inchoata, a succesoribus continuabatur, hucusq tamen nondum consummata fuit, 1494 repentino incendio vastata est [6]).

---

[1]) Vid. privil. nro. I.

[2]) Docum. nro. IV. Patronatus hujus praebendae fuit penes Academiàm Cracov.

[3]) Redemit suo aere advocatiam in Rowne Summa 210 marc. inde pro Collegio Mansionariorum ad ecclam cathedr. erigendo annuum censum 10 marcar. super hac Summa inscripsit. Vid. lib. VI Actor Consist. sub. 2 Maji 1498.

[4]) Vid. docum. nro. II. Targovicius pro anniversario 100 marcas legaverat, quam pecuniam Successor ejus Crajovius in sumtus perficiendae et deaurandae monstrantiae, (pro qua idem Targovicius argentum in maxima parte reliquit) expenderat. Ratione census ab illa Summa Capitulo pro Anniversario defuncti praesulis annuum proventum unius marcae, de horto eppali et prato ante Premisliam tollendum inscribit. — Non ergo Anniversarium istud fundavit, ut auctori MS. vit. epp. Pr. visum fuit, sed tantum voluntatem ejus executus est, Capitale fundationis super memorata hypotheca locavit et documentum desuper confici jussit.

[5]) Pro hac praebenda Summam 100 flor. in auro testamento legavit. V. Act. Cons. vol. VI an. 1498. — Alemb. in Collectan. p. 27.

[6]) Vid. Act. Cap. p. fest. S. Joan. B. 1495 celebrati, in quo Nicolaus E. personalitet praesens Capitulares ad contributionem pro restauratione ecclae cathedr., quae voragine ignis in Structuris suis plurimum destructa est, provocat. Conclusum: ut juxta veterem praxim Eppus duas, Capitulum unam partem

A. D. 1496 civitatem pestilentia adflixit [1]). A. D. 1497 Polonorum exercitus in Moldavia fatali clade perculsus est [2]), demum ad complementum malorum A. D. 1498 Russiae provincia a Turcis, Tartaris et Valachis inundata,

---

contribuat, quo facto Eppus isthoc anno 80 marcas, Capitulum 40 marcas contulit. — Hoc incendio etiam habitationes Canonicorum exustas fuisse, eadem acta ostendunt. Inde id incomodi sequebatur quod Capitulares, defectu mansionum, ad ecclam cathedr. non residerent, donec iterum unusquisq eorum proprio sumtu domum sibi aedificavit.

[1]) Vid. Acta Capituli post fest. Epiph. 1496 Radimnae celebrati, ob pestilentiam Premisliae grassantem.

[2]) Vid. Cromer. lib. 30, ubi testatur, Joannem Albertum R. P. 1495 validum exercitum in Russia collegisse sub praetextu belli Turcis inferendi, qui finibus Moldaviae hostili animo imminerent. At Stephanus Moldaviae Palatinus litteris ex Hungaria acceptis notitiam obtinuit, Regem longe alia moliri, scil. eum Moldaviae terram Poloniae annectere, eique Sigismundum, fratrem suum praeficere velle. Sive autem rex talem intentionem revera habuit, sive ea ab hostibus ejus excogitata est, ut Moldaviae principem a Rege Poloniae averterent (nam et Hungari dominium superius in Moldaviam et Walachiam appetebant), nuncius hujusmodi Moldavos in rabiem egit. Igitur nostros terram eorum ingressos in densa sylva fagina insperate adorti, succisis arboribus omnique evasione praecisa, ingentem eorum stragem ediderunt, in qua flos nobilitatis Polonae misere periit. Exinde regioni Bucovinae nomen inditum est. Non defuerunt addit idem Cromerus, qui regi expeditionem, illam dissuaderent. Creslaus Curożvancius, Cancellarius regni, et electus Eppus Vladisl., regem dum exercitum Leopoli colligens, cum Sigismundo fratre Premisliae consistit, suo et Friderici Card. pariter fratris regii nomine convenit, et ut a coeptis desisteret, enixe petiit, a quo dura verba re„tulit: „Sacerdotibus altaris sibi reipublicae et belli pacisque „curam esse debere. Eventus ostendit, quam imprudenter „prudens consilium spreverit. Ex tanta clade summus in toto „regno luctus enatus est, at Joannes Albertus, quasi re op„time gesta, Cracoviae ludis et comessationibus indulgebat.“ Sed, ut mox videbimus, postrema gaudiorum novus luctus occupavit. (Vid. not. seq.)

horrendum in modum vastata, ipsaq Premislia flammis exusta fuit [1]).

---

[1]) En verba Cromeri lib. cit. „Stephanus acceptam injuriam „bellumq sibi immerito illatum ulcisci satagens primo vere „insequentis anni (1498) cum expeditis suorum Walachorum „Turcarumq ac Tartarorum copiis Podoliam et Russiam invasit, „et praetergressus Leopolim, arcem urbemq munitam, ad Can- „ciugam (Kańczuga) oppidum et Vislocum amnem longe lateq „populabandus excurrit, et ingentem cunctae Poloniae terro- „rem incussit, nemine ad arcendum hostem neq parato, neq „animato, sed cunctis ad fugam spectant bus, et non modo „ad munitiones, sed etiam in avios montes atque sylvas sese „abdentibus. Unde tamen plurimi mortalium utriusque sexus „et omnis aetatis ac ordinis a perscrutantibus cuncta hostibus, „et fugientium vestigia persequentibus extracti, et in misera- „bilem servitutem abducti et distracti sunt, ita ut Thracia, „Macedonia, Scythia et Asia Russis mancipiis implerentur. „Supra centum millia hominum tunc abacta esse feruntur, „cum innumerabili gregum, armentorum et omnis generis „praeda. — Premislia, Radimnum, Jaroslavia, „Prevorscum et complura alia ignobiliora oppida, cum in- „numeralibus pagis direpta et incensa. — Praeda domum „transportata, hostes denuo ad nova spolia conquirenda redie- „runt, ac nominatim 70 millia Turcarum per Walachiam in „Russiam se effuderunt, omnem oram, quae ad Dnestrum, et „circa Haliciam, Zydaczovian, Drohobiciam et Samboriam est, „ferro et igne vastantes. At ubi humana vindicta deerat, di- „vina ferocientes barbaros eo acrius compescuit; subito namque „altis nivibus delapsis et intensiori frigore orto ultra 40 ipso- „rum millia misere perierunt.“ In eccla PP. Minorit. Premisl sub choro ad dextr. partem cernitur imago in pariete depicta, cujus subscriptio perhibet: A. D. 1498 capta per Stephanum, Valachiae palatinum, hominem Schismaticum et Catholicor. hostem acerrimum, civitate Premisl., 5 fratres ord. S. Francisci, quorum agmen ducebat Fr. Felix de Rzeszow, Guardianus, die 20 Julii in foro ante curiam civitatis, gladio caesos fuisse. Premisliae, ut a tanta clade respirare posset, Joan. Albertus R. P. privilegio dd. Cracov. fer. 3 post nativit. B. M. V. imunitatem a tributis pro spatio 10 annor. concessit.

His adversis casibus valetudo Eppi fracta fuit, unde eo ipso anno 1498 mors ejus subsecuta est [1]). Testamentum ejus multa continet pia legata [2]), quae ostendunt, eum talenti sibi a domino concrediti fidelem fuisse dispensatorem.

---

[1]) Acta Cap. vol. I obitum ejus his verbis nunciant: „A. D. „1498 Rmus. in Christo Pr. D. Nicolaus Primus D. g. „E. P. die Veneris 13 Aprilis, diem. prout altissimo placuit, „clausit extremum. Post cujus mortem corpus ejusdem f. 2, „ante fest SS. Philippi et Jacobi, alias ult. Aprilis in eccla Prem. „post. Summam missam sepultum est.“ Pro electione futuri Eppi sessio indicitur pro festo S. Jacobi Apli (25 Jul.) — Rzepnicki Crajovium his verbis collaudat: „In aula Casimiri „multa meruit, hac in sede plurima. Ad majores a Rege „parabatur ii fulas, sed optimum antistitem mors regno invidit.“ Nakielski (Miechov. f. 564) scribit: „Fuit vir providus, qui „ecclae suae bene praecesse noverat.“ Idem auctor aegritudine animi sublatum refert, sine dubio e tot regni et dioecesis suae calamitatibus praesertim ecclesiae cathedralis conflagratione concepta. Fallitur autem, et manifeste eum cum N. Błażejovio confundit, dum ab eo ecclam cathedr. recenter constructam affirmat, veteri ex arce deportata.

[2]) Vid. Act. Consist. vol. VI sub 2 Maji 1498, ubi sequentia ejus legata enumerantur: *a)* 100 fl. in auro pro fundando hospitali cum praeptura in Brzozow. — *b)* 50 fl. pro emendo agro ad hospitale in Radymno. *c)* 10 marcae in moneta pro Monachis gryseis (i. e. Cistersiencibus, ita dictis, quod vestitus ipsorum partim albus, partim niger esset, cum e contra Benedictini dicerentur monachi nigri.) *d)* 250 marcae pro fabrica ecclae Prem. *e)* 210 marcae, quibus scultetiam in Rowne exemerat, destinantur tanquam debitum super dicta scultetia locatum, pro fundatione Collegii Mansionariorum ad ecclam cathedr. *f)* 20 marcae pro studentibus. — Memorantur insuper 25 marcae ab executoribus expensae pro tricesimis i. e. missis die 30ma ab obitu celebrandis.

XI. ANDREAS
BORYSZEWSKI

STEM. PORAJ SIVE ROSA

E. P.

1500 — 1504.

Contemporanei:

Reges	R. Pontif.	Primas. r.
Joan. Albert	Alexander VI	Fridericus Cardinalis
† 1501.	† 1503.	† 1503
Alexander	Pius III	
1501—1506.	† 1503.	

AEpp. Leop.

ipsemet Andr. Boryszewski.

Andreas de Boryszewice (alias Boryszewski), a stemmate gentilitio vulgo Andreas „Rosa [1]) dictus," filius erat Nicolai, dapiferi regni, postea Castellani Zawichostensis. Liberalibus disciplinis excultus, ac inter magistros acade-

---

[1]) Qui hoc stemate utuntur, e Bohemia originem suam repetunt. Eorum majores tempore S. Adalberti, qui et ipse hoc insigni utebatur, in Poloniam commeasse traduntur. Vid. nos infra sub Mathia Pstrokoński.

miae Cracovien. cooptatus, factus est Praepositus ecclesiae collegiatae Lanciciensis, Canonicus, postea Praepositus Cracov. Dexteritatis in rebus tractandis famam adeptus, variis nomine regis et regni functus est legationibus, scil. ad Innocentium P. VIII [1]), ad Fridericum III Imperatorem [2]), et ad Stephanum, Moldaviae Vajvodam [3]). A. D. 1472 sub Sixto P. IV, fuit cubicularius et nuncius, fructuum ac proventuum camerae aplicae in regno Poloniae collector, Archidiaconus ac officialis Leopol. [4]) Quo tempore ad Stephanum Moldaviae principem legatione fungebatur, socium muneris habuit Stanislaum Strzelecki Wątrobka, Palatinum Bełzensem, germanum Joannis AEppi Leopol. Quum itaque hic Praelatus paralysi tactus archidioecesis regimini impar fuisset redditus, a fratre suo Stanislao dexteritatem et probitatem Borissevii sibi commendatam habens, eum a Sede Aplica annuente rege petiit ac obtinuit Coadjutorem cum jure successionis, qua occasione is Archiepiscopus Theomoniensis in part. infid. creatus est, [5]) defuncto autem coadjuto (1492) tanquam

---

[1]) Vid. Theiner monum. hist. pol. t. 2, pag. 241 seq., ubi pontifex in sequelam hujus legationis dd. 6 kal. April. 1488 declarat: indulta Casimiri R. P., ad beneficia ecclica nominandi, in generali revocatione comprehensa non esse.

[2]) Cui 10 millia aureorum qua subsidium contra Mathiam R. Hung. adtulit. Vid. Cromer lib. 18.

[3]) Vid. Cromer. l. c. Persuasit huic Vajvodae, ut Regi Pol. fidelitatis ac subjectionis juramentum praestaret.

[4]) Vide breve Sixti IV dd. kal. Jul. 1472, concedens indulgentias ad restaurationem ecclae Metrop. Leop. concurrentibus in quo documento Andreas noster cum dictis titulis occurit. Thein. t. 2, fol. 173 seq.

[5]) Vid. Theiner tom 2, fol. 225, ubi legitur rescriptum Alexandri P. VI dd. Id Januar 1492, quo Andream AEpum Theomonien., Coadjutorem AEppi Leop., a jurisdictione AEppi Gnesn. quoad beneficia in ejus dioecesi possessa eximit.

AEppus Leopol. archidioecesis gubernacula capessivit [1]). Mortuo porro (1498) Nicolao de Krajow id quoque obtinuit, ut ipsi episcopatus Premisl. ad dies vitae adjungeretur (1500 [2]); ex quo patet, quanto influxu tunc apud aulam et regni proceres polluerit.

Qua Archiepiscopus ordinarie Leopoli residebat, [3]) dioecesin vero Premisliensem per Bernardinum Wilczek, Praepositum cathedralem (quem deinde in AEppatu Leopol. successorem accepit) qua suum in spiritualibus et temporalibus Vicarium administrabat, quare mirandum non est, activitatis ejus apud nos pauca vestigia existere [4]).

---

[1]) Teste Skrobiszewski anno D. 1493 solemnem ingressum ad ecclam Metrop. cum magna pompa fecit. At qua Coadjutor, coadjuto suo 1493 defuncto, in regimine illico successit.

[2]) Skrobiszewski (in Vit. AEp. Leop.) eum ex eppatu Premisl, quem post obitum Nicolai Primus obtinuit, retenta cathedra Premisl. ad AEppatum Leop. ascendisse scribit et quidem anno 1494. At haec inter se pugnant; nam si in eppatu Premisl. Nicolao successit, id utique ante annum 1498, quo hic fatis cessit, fieri non poterat. Porro si Coadjutor erat AEppi Leopol. Strzelecki cum jure successionis, omnino jam 1493 factus est AEppus Leopol, quo coadjutus e vivis excessit. E quibus liquet, eum jam AEppum fuisse, quando regimen dioecesis Prem. post fata Nicolai Primus suscepit. — Quosuper omne dubium perimit breve Alexandri P. VI dd. Rom. Kal. Febr. 1500 ad Joannem Alb. R. Pol. directum, quo ecclesia Premisliensis Leopoliensi, quamdiu huic Andreas AEppus praesit, unitur (V. Theiner t. 2, fol. 276).

[3]) Skrobiszewski testatur, eum damna in bonis mensae AEpalis incursibus Turcarum et Tartarorum patrata, brevi tempore reparasse.

[4]) Deficiente Praesule fabrica ecclesiae cathed., sub. Nicol. Krajowski conflagratae, haesit, ita ut anno 1500 muri adhuc tecto carerent, nam in Capitulo hoc anno p. f. Epiphaniae celebrato concluditur: „Priusquam ecclа tegatur, campanile ad „alium locum tutum et securum transferendum esse.“

Annis 1500 et 1502 terris Russiae, quae necdum ab ultimis cladibus respirarunt, nova vastatio Tartarorum incursu supervenit [1]).

A. D. 1501 Joannes Albertus R. Pol. Thorunii repentina morte sublatus est, cum anno praecedenti Andreae nostro facultatem dedisset bona regalia Chotyniec et medietatem villae Krassowice (hodiernae villae Kryssowice?) de manibus familiae Budziwojorum in rem eppatus Prem. eximendi [2]).

Eodem anno antistes noster cum aliis deputatis ad novum regem Alexandrum, tunc in Litvania versantem, profectus, ut ipsum ad regni gubernacula capessenda invitaret, tantam apud eum gratiam invenit, ut cum A. D. 1503 Archieppatus Gnesn. per obitum Friderici Cardlis

---

[1]) A. D. 1500 Tartari irruptione in Poloniam facta non tantum Sandomiriam, Crasnostaviam et Zawichostum, sed et Leżaysk ac Lancut, oppida dioec. ac terrae Prem. diripuerunt. (Math. de Miechov. lib. IV c. 76.) — A. D. 1502 circa festum S. Michaël. Archang. Tartari Perecopenses oppida Rzeszow, Jarosław, Radymno ferro et igne vastarunt. (Idem cap. 80). —

[2]) Superest privilegium Joannis Alberti R. P. dd. Jaroslav. Sabb. prox. ante f. S. Laurentii M. 1500, quo Andreae de Rosa AEppo Leop. concedit bona illa regia oppignorata eximere, per ipsum et ejus in eppatu Prem. successores tamdiu possidenda, donec respectiva Summa de thesauro regio fuerit persoluta. — Cum autem nullum vestigium adsit, eppos Prem. haec bona unquam tenuisse, ideo Andreas de Rosa ea non videtur exemisse. Mirum est, ejus memoriam adeo obliterari potuisse, ut Premisliae ignoraretur: ipsum simul AEpp. Leop. et Eppum Premisl. fuisse. Omnes epporum consignationes cum ex eppatu Prem. ad AEpatum Leop. progressum volunt. Alembek vero adducto in suaTrzebiniana (p. 314) praecitato privilegio, concludit: Nota exinde. Andr. Rosam AEpp. Leopol. fuisse quoque Prem. eppum, quia eppi Prem. dicuntur ejus successores, nisi erratum sit in privilegio.“ At non fuisse erratum vel e Scrobissovio discere poterat.

vacare coepisset, eum ad hanc primam in regno cathedram nominaret [1]).

Qua Archieppus Gnesn. Synodum provinc. Lanciciae celebravit [2]), Sigismundum I regem Poloniae coronavit [3]), praerogativas status spiritualis strenue defendit [4]).

Obiit 1510 Lovicii [5]), jacet vero in basilica primat. Gnesnensi, ubi ejus, dum viveret coadjutor, et post obi-

---

[1]) Damalewicz (in AEpp. Gnesn.) scribit: „Die 13 April 1504 „fer. 2, post f. SS. Tiburtii et Valeriani magno et splendido „comitatu Gnesnam ingressus est, jucundis comprecantis bona „cleri populique applausibus exceptus.“ — Acta vero Capit. nostri vol. 1, p. 64 haec adnotant: „A. D. 1504 in die S. Vitalis (28 Aprilis) fer. 2. Capitulum audito eo, quod Rmus. „in Christo Pr. Andreas de Rosa, ecclarum Metrop. Leop. et „cathed. Premisl. eppus litteras translationis ad Primaturam „Gnesn. obtinuerat, et jam de facto realem possessionem „dictae ecclae acceperat, Ven. dnum Bernardinum Wilczek „in Administratorem spiritualium et temporal. elegit.“

[2]) In hac Synodo in festo S. Matthaei 1505 celebrata e bonis ecclesiasticis regi Alexandro duplicatum subsidium contra Tartaros decretum. — Nimirum bona ecclae immunitate ab oneribus publicis gaudebant, at ingruente necessitate juxta certam tariffam subsidium charitativum pro republica sponte decernebant.

[3]) Caeremonia haec peracta est 24 Jan. 1507 in basilica cathedr. Cracov.

[4]) Damalewicz in Gnesn. „Erupit in regiminis ejus annum se„cundum gravis in comitiis Lublinen. anno Chr. 1506 cele„bratis controversia inter proceres ac eppos de ordine et ra„tione sedendi in Senatu regio. Contendebant illi, ut Eppi „alterum latus regis sibi concederent, alterum vero, vel dex„trum sane, ipsi tenerent, et ut bona ecclesiis addicta per„inde ac ea, quae nobilitatis essent, publica belli onera su„stinerent. Tuebantur eppi praerogativas suas, quod utrique „lateri regio assidendi jus ipsi, et militiae vacationem bona „ecclesiastica haberent antiquitus. Quam post longas alter„cationes rex cotroversiam ita diremit, ut eppis et ecclesiis „praerogativae suae salvae manerent.“

[5]) Quod indolem hujus Praesulis attinet, Skrobiszewski (in AEpp. Leop.) ita de eo scribit: „Magnam de eo spem pro-

tum in AEppatu successor, Joannes Łaski, tale ipsi posuit epitaphium:

Joannes de Lasco AE. Gnesn. adoptionis memor antecessori suo Andreae Rosae de Boryschewicze A. D. 1510 die 20 Aprilis mortuo sarcophagum marmore decorat.

„bitatis et dexteritatis omnes conceperant, quae spes frustrata „non fuit. Nam statim damna bonis ecclae per hostes et con„sanguineos praedecessoris illata, reparare maturavit. Oppida, „arces, villas, restauravit. Fautor et defensor cleri acerrimus, „Canonicos sincere dilexit. Egenorum, pupillorum et viduarum „patronus liberalis. Erga subditos benevolus, in negotiis pu „blicis et privatis dexterrimus.“ — Damalewicz (in Gnesn.): „Doctus et amoeno igenio — (semper hilaris) – fuisse per„hibetur.“ Cui, quod mentis hilaritatem et hospitalitatem attinet, concinit Clemens Janicki, qui vitas AEpor. Gnesn. metro descripsit, Borissevium his versiculis celebrans:

Una tot aestates vixit rosa, florida semper
Et vernans, nullo tempore digna mori.
Cana quidem, sed grata tamen fuit omnibus illis,
Qui choreas, ludos, deliciasque colunt.

Sołtykowicz in hist, academiae Cracov. cum primo baccalaureatu, tum doctoratu (probabiliter in theologia, aut jure can.) insiguitum fuisse refert.

PROËMIUM

AD EPPATUM MATHIAE DRZEWICKI

VINCENT. PRZEREMBSKI.

Omnes fere episcoporum Premislien. consignationes inter Andream de Boryszewo et Mathiam de Drzewica Vincentium de Przerąb (armor. Nowina) interponunt, Martini Cromeri et Samuelis Nakielski auctoritatem hac in re secutae, quorum prior hist. lib. 30 haec habet „Creslaus Curosvancius eppus Vladislav. in episcopa (i. e. episcopatu) quidem Vincentium Praerembium, ep„pum Prem., successorem accepit. Praerembio vero in epi„scopa Premisl. Mathias Drevicius successit, qui et in Pro„cancellarii munere ante successerat.“ Alter vero in Mie„chovia fol. 572 ad an. 1503 sic scribit: Ad Premisl. „cathedram — (post promotionem sc. Andreae Boris„sevii) — promotus fuit Vincent. Przerembski, „Vice-Cancellarius regni, gente Nowina. etc.“ Volunt porro memorati Catalogi, eum in hujate cathedra ab anno 1503—1509 sedisse.

At vero acta nostra eppalia et Capitularia hunc eppum prorsus ignorant, imo vero jam A. D. 1506 Mathiam de Drzewica eppum Prem. fuisse diserte testantur. Non concordat porro illa relatio cum Stanisl. Łubieński in vit. eppor. Płocen., et Steph. Dama-

lewicz in vit. eppor. Vladisl.. qui ambo testatum faciunt, Vincent. Praerembium anno 1499 eppum Płocensem factum. et anno 1504 ad cathedram Vladislavien. translatum fuisse, de eppatu vero ejus Premisliensi altum silent. Ignorat porro ejus sessionem in hujate cathedra epitaphium in eccla cathedr. Vladisl. positum et a Damalewicz libr. cit. commemoratum, quod tantum dicit: eum prius Płocensi tum Vladislav. ecclesiae praefuisse. Nec porro verosimile est, eum ex eppatu Płocen. ad Premisl., e pinguiori ad tenuiorem, transiisse, cum alioquin potius eppi Premisl. ad sedem Płocen. ascendere solerent, quod paulo inferius Lescinii, Cricii Chojenii, Gamrati exempla docebunt. Si tandem verum est, quod Cromerus scripsit, Praerembium Creslao Curosvancio (anno 1503 defuncto) — Vladislaviae successisse, nullum tempus concipi potest, quo Praerembius eppus Prem. esse potuerit; cum sedes Premisl. eodem fere tempore post promotionem Andreae Borisevii ad Archiepiscopatum Gnesnen., quo Vladislaviensis per decessum Creslai de Kurożwęki vacare coeperit; nam hic Praesul juxta testimonium Steph. Damalewicz d. 5 April. 1503 obiit, Borissevius vero suffectus est regio fratri Friderico Cardinali AEppo Gnesn., d. 14 Martii 1503 morte sublato. Puto ergo Cromerum memoria lapsum Praerembium loco episcopatus Płocensis ad Premisl. promovisse, Nakielscium vero et reliquos, tanti viri auctoriate delusos, errorem repetiisse, excepto duntaxat P. Casparo Niesiecki S. J., qui in sua serie epporum Premisl. recte observat: Mathiam Drzewicki, Andreae Boryszewski immediate successisse, quamvis testes, quos ille pro sententia sua allegat, (Cromer. et Nakiel.) contrarium edicant. (Vid. korona pol. tom 1, fol. 51).

DOCUMENTA AD TEMPORA

EPPATUS

MATHIAE DRZEWICKI

PERTINENTIA.

I 1505. Rom. 3 Jun. Julius P. II Alexandro regi Pol., ut subditi regni sui, personis regularium exceptis, diebus Mercurii carnibus vesci queant, indulget. Apud Theiner. mon. pol. tom 2, f. 311.

II 1506. 4 Jun. Mathias E. P. admittit privilegium Alexandri R. P. dd. Cracov. fer. 4 ante S. Georg. super translatione patronatus regii in Canonicatum Prem. fundi Buszkowice ad Academiam Cracov. Acta Eppatus s. a. cit.

III 1507. Cracov. 12 April. Mathias E. P. Stephanum de Lochowo, Canonicum Premisl. et Scarbimirien. post obitum Magistri de Cracovia S. Teol. Profess. Decani Sti. Flor. in Kleparz, ad beneficium paroch. in Krósno instituit. Act. Epp.

IV 1508. Cracov. fer. 5 post f. S. Mathiae Apli Sigismundus I R. P. ad suplicationem Mathiae E. et Capituli Premisl. approbat

compositionem 1395 per olim Mathiam E. P. cum terrigenis super decimis pecunialibus initam. Trzeb. fol. 85.

V * 1508. Cracov. fer. 4 ciner. Sigismundus I R. P. intuitu meritorum Mathiae E. P. dat ipsi consensum pro redemptione advocatiae in Rowne, quae eximitur et liberatur ab omnibus oneribus publicis, in quantum bonis mensae eppal. incorporabitur.

VI 1509. Radimnae 14 Aug. Mathias E. P. approbat fundationem Jacobi de Krzywcza super villa Szczytna in rem ecclae Jarosl. Vis. Sierak. 1743.

VII 1510. Petricoviae in Conv. reg. gli. fer. 4 post Dom. Reminiscere. Sigismund. I R. P. renovat privilegium avi sui Vladislai II R. P. dd. Medyka d. Sti. Callisti 1403 continens liberationem villarum eppatus Prem. a cunctis onerib. publ.

VIII * 1510. Petricov. in Conv. r. gli. fer. 4, p. Remin. Sigism. I R. P. confirmat privilegium Mariae R. Hung. 3 Nov. April. 1384 super dote eppatui Prem. assignata.

IX * 1510. Petricov. in Conv. r. gli. fer. 3, p. Rem. Sigismundus I R. P. renovat privilegium Casimiri R. P. dd. in villa Brzek Sabb. ant. Reminisc. 1360 pro locanda villa Hrycowa-wola, et privilegium Vladislai Ducis Opolien. dd. Sanok. Sabb. ant. Dom. Oculi 1376 super locatione villae Gorki ejusque scultetiae, ac utrumque ratificat in gratiam Mathiae E. P. easd. villas

in possesione habentis. (Hae villae hodiedum ad eppatum non pertinent, desunt quoque vestigia, eas unquam ad alios eppos pertinuisse.)

X 1510. Cracov. 9 Junij. — Mathias E. P. erigit Collegium Mansionariorum ad eccles. cathed. Prem. act. Eppal. vol. VIII.

XI 1512. Cracov. Sabb. ante D. Invocavit Sigismundus I R. P. approbat granicies inter villam eppalem Dunikowice et villam Sosnica per Mathiam E. Prem. cointelligenter cum Stanislao Okszyc de Pilcza, villae Sosnica haerede, statutas. Trzeb fol. 309.

XII 1512. Cracov. fer. 3 fest S. Scholasticae. Sigism. I R. Pol. reassumit, innovat, confirmat privilegium Vladislai R. Pol. ex anno 1395 super decimis pecunialibus pro dioec. Prem. concessum. Trzeb. fol 270, 271.

XIII * 1512. Cracov. fer. 3 in f. S. Scholasticae. Sigism. I R. P. confirmat privileg. avi sui Vladislai II R. Pol. dd. Prem. Sabb. in f. Sti. Stanisl. M. infr. oct. Ascen. Dni. 1434 super donatione oppidi Jaśliska cum villis attin. pro mensa eppali Prem.

XII. MATHIAS
De DRZEWICA

ARMOR CIOŁEK

E. P.

1503 — 1513.

Contemporanei:

Reges Pol.	R. Pontif.	Primates Reg.
Alexander	Julius P. II	Andr. Boryszewski
† 1506.	1504 — 1513.	1504—1510.
Sigismund. I.		Joann. Łaski.

Archi-Eppus Leopol.
Bernardinus Wilczek.

Drzewica palatinatus Sandomirien. oppidum est, antiqua arce notabile, sede Vitelliorum (Ciołkow), ita dictorum, quod vitulo (sive tauro) tanquam familiae suae signo uterentur, qui a loco domicilii etiam Drevicii nuncupati sunt. Ex hac prosapia ortus noster Mathias patrem habuit Jacobum Castellanum Żarnovecensem, fratrem vero Andream, dapiferum Cracoviensem. De adolescentia ejus nullam plane notitiam habemus. Verosimiliter Cracoviae litterarum studia tractavit, in quibus eum egregie profecisse demonstrat lucubratio a P. Niesiecki commemorata: Epistola ad M. Antonium Maurocenum Venetum,

quae in libro Philip. Callimachi Hagenoae impresso legitur. Virum hunc eruditum Mathias noster qua patrem praeceptoremque suum, et vivum peculiari reverentia prosequebatur, et defunctum grato animo coluit, ejusq funeri Cracoviae praesens interfuit [1]). Ecclesiastico ordini adscriptus multum in aula valente recommendatione magistri sui (Callimachi) Secretarius regius factus est, ac plura beneficia obtinuit, veluti Cantoratum collegiate Sandomir., praeposituram Scalmiriensem. Canonicatum cathedr. Cracov.,[2]) quumq suae in rebus gerendis dexteritatis specimina praebuisset, etiam sigillum regni minus, sive Vice-Cancellarii munus, ipsi confisum est, quod sub tribus regibus: Joanne Alberto, Alexandro, et Sigismundo I tam laudabiliter exercuit, ut tandem, cum jam Eppus noster esset, promotione ad Cancellariatum dignus repertus sit. Mortuo Joanne Alberto, cum gaza regia vacua inventa fuisset, Drewicius qua Procancellarius, ad latus regis continuo existens, peculatus suspicionem incurrit, quin et agente fratre regio, Friderico Cardinali, custodiae traditus est. At mox innocentia hominis in lucem prodiit, quo facto Alexander Rex cum dictam injuriam reparaturus, tum anteacta Drevicii merita remuneratus, episcopatum Prem., per ascensum Andreae Borissevii ad AEpatum Gnesn. vacantem, ipsi contulit, quem obtenta Julii P. II confirmatione anno 1505 adgressus est [3]), sed juramentum

---

[1]) V. Wiśniewski, hist. lit. pol. t. 3, p. 448, 449.

[2]) Canonicatum hunc etiam cum eppatu tenuit; nam in documento erectionis ecclae paroch. in Hoczew ex an. 1510 legitur: „Actum et datum Cracoviae in curia nostra canonicali."

[3]) Dies intromissionis ejus ad possessionem eppatus non exprimitur, adsunt tamen indicia, eum anno 1505 eppatum esse aggressum; nam, ut sub antecedente eppo vidimus, sedes vacare coepit 28 April. 1504, jam volumen VI. Actor. Consist. sub

in receptione praestari solitum, primum anno 1809 coram Capitulo emisit [1]).

Ejus temporibus civitatem Premisliensem gravis pestilentia afflixit (1508 [2]), anno sequenti vero (1409) urbs magnum sane et desideratissimum hospitem, Sigismundum I R. P. in moenibus suis salutavit [3]).

---

ult. Martii 1505 exhibet Paulum Koniuszecski, Archidiaconum cathedr. et *Officialem* Prem. Ergo sedes jam erat plena. Ex quo colligitur, Drevicium 1505 ante fin. Martii inthronizatum esse. Porro acta Capit. p. f. Ephip. 1506 celebrati, eum Premisliae praesentem et cum Capitularibus de erectione Mansionariae deliberantem sistunt.

[1]) In Actis Capituli sub 23 Aug. (die Jovis) 1509 haec leguntur: „In hoc Capitulo Rmus. in Christo Pr. D. Mathias E. P. „juramentum, ex improviso tempore inthronizationis sue Rm. „paternitatis obmissum, tangens suis manibus corporaliter ad „sacrosanctum lignum vite, quod in pectorali suo gestabat, pre„stitit, hoc, qui sequitur sub tenore: = Ego Mathias E. P. „et R. P. Vice-Cancell. juro Deo Omnipotenti, quod statuta et „consuetudines ecclesiae licitas observabo, fratresq. meos Platos „et Canonicos, jura ipsorum vi non opprimam, nec aliquem ipso„rum sine judiciali sententia atq consensu majoris vel sanioris „partis per me, sive per submissas personas captivabo aut „molestiam inferam corporalem. Et quod secreta in conclavi „Capituli nulli pandam, processusq quoscumq contra injuria„tores sive decimatores per Capitulum ritte latos, nullatenus „revocabo, sed pocius, si fuerit expediens, confirmabo. Quod „eciam gracias per predecessores meos, quibuscumq ecclesiast. „personis factas tamquam benemeritis, inviolabiliter observabo. „Item pro aedificanda in parte vel in toto eccla duas partes, „Capitulum vero tertiam omnium impensarum dabo. Ita me „Deus adjuvet et hoc sacrosanctum lignum vite.“ — Secundum hanc formulam omnes subsequi Eppi tempore primi accessus ad eccl̃am cathedralem in cubiculo capitulari juramentum praestabant, quod verbotenus actis conclusorum Capituli inducebatur.

[2]) Vid. Acta Cap. ex hoc anno, quae testantur, congregationem generalem, quae post festum Epiphaniae celebranda fuerat, primum p. fest S. Andreae Apli (30 Nov.) celebratam fuisse, ob metum pestis Premisliae grassantis.

[3]) Memoriam praesentiae regiae conservat privilegium dd. Prem. fer. 6 in f. S. Bartholomaei Apli 1509, quo Rex dona-

A. D. 1505 Julius P. II incolas regni Poloniae a jejunio fer. 4tae, hactenus scrupulose observato, liberavit. Idem Pontifex (1512) Synodum V. Lateranen. inchoavit, quae tamen morte ejus mox abrupta est.

Ab anno 1505 fabrica ecclesiae cathedralis, eppo et capitulo sumtibus ad id non parcentibus, gnaviter continuabatur [1]). Pro incremento devotionis erga B. M. V. Mathias eppus ad ecclesiam cath. Collegium Mansionarium [2]) et pro praedicatione verbi divini praebendam cano-

---

nationem lanci Januszkowskie dicti, trans. fluv. San. siti, per Jacobum de Rokietnica, Canonicum in rem Capituli cathed. Pr. factam, confirmat, ipsumq lancum imunitati ecclesiasticae adscribit. — Copias militares tunc Rex contra Bogdanum, Moldaviae et Walachiae Palatinum, qui Turcarum et Tartarorum auxilio nixus Podoliam et Russiam invaserat, Premisliae contrahebat.

[1]) Sub Andrea Rosa, qui ut vidimus, Leopoli residebat, fabrica per plures annos haesit, ex quo vero Drevicius Dioec. gubernacula capessivit, majori efficacia operi manus admovebatur. A. D. 1505 Paulus Koniuszecski, ADiaconus procurator fabricae constituitur, eique aedificii muro elevandi et tecto contegendi cura committitur. A° 1507 decernitur, ut statuae (columnae) ignis violentia disruptae, a fundamentis reformentur, et aedificia murorum perficiantur, 1508 statuitur, ut ecclesia laterculis (tegulis coctis) contegatur; 1510 Jacobus murarius de Miechovia pro testudine (fornice) utriusq chori aedificanda 100 marcis pecuniae conducitur, membranae (fenestrae) vitreae comparantur. At inferius videbimus constructionem testudinis dilatam fuisse, ita ut sub Dziaduscio primum consummata sit. Interim vero partes superiores ecclesiae asseribus pictura ornatis clausae sunt. Ad expensas fabricae praeter benevolas oblationes etiam mulctae pecuniariae convertebantur. Sic 1511 legimus, Stanislaum Kopichowski, scultetum de Giedlarowa 30 marcas deposuisse, ad subeundam poenitentiam propter occisum Religiosum Mathiam de Jasło, monachum ord. Praedicat. de Łancut, actu diaconum, — eliberando se a censuris et eccl̃am (in Giedlarowa) ab interdicto.— Vid. Act. Cap. sub annis citt.

[2]) Vid. docum. nro. X. Fundationem principalem pro Collegio Mansionarium — (cultui B. M. V. peculiariter destinatur.) —

nicalem concionatoris ordinarii[1]) erexit, in utroque puncto piam Nicolai de Krajow, praecessoris sui intentionem ad effectum perducens[2]).

Nicol. de Krajow E. P. legavit. (Vid. nos sub h. E.) Quia vero census ex hac fundatione 210 marcarum descendens insufficiens erat, ideo Mathias E. P. varias sumas post Jacobum Anima, altaristam Prem. et Parochum in Bircza, ab intestato defunctum, liberae eppali dispositioni subjacentes, augendae Mansionariorum dotationi applicavit. Ab initio 4 tantum Mansionarii erant, quorum 2 Eppus 2 vero Capitulum praesentabat. Eorum officium fuit penes ecclam cathed. continuo residere, quotidie officium parv. B. M. V. decantare, singulis diebus missam de Beata absolvere, diebus vero dominicis et festis decantare, processionibus et thurificationibus in eccla cath. assistere. Paulo post (dd. Cracov. 2 Jun. 1512) idem Mathias Eppus altare SS. Corp. Christi in eccla cath. cum consensu consulum Prem., penes quos jus patronatus erat, Mansionariis incorporavit, quo facto Collegium istud duobus Mansionariis auctum est, per consules praesentandis. Tandem idem Praesul. (dd. Radimnae 20 Aug. 1513) iisdem Mansionariis altare Grochovianum B. M. V. (de quo vid. nos sub Petro de Chranstow E. P.) cum consensu familiae Grochovianae in complementum dotationis assignavit. Lapsu temporis Mansionarii liberalitate regum Poloniae beneficia parochialia in Wyszatyce ac Medyka, pensionem salis de żuppis terrae Premisl. aliosq reditus a privatis benefactoribus obtinuerunt. V. Sierak in Vis ecclae cathedr.

[1]) Vid. docum. nr. II cit., et docum. nr. VI ad eppatum Nicol. de Krajow. Quo tempore Joannes Albertus R. P. patronatum Cancatus fundi Buszkowice Academiae Cracov. cesserat (1497) privilegium concernens nondum executioni demandari poterat, quia adhuc in vivis supererat Canonicus dicti fundi, a rege praesentatus. Ideo etiam Nicolaus de Krajow p. t. E. Pr. instrumentum erectionis hujus concionaturae condere non properabat, quo factum est, ut eo moriente res nondum ad umbilicum perducta ab alterutra parte rescindi posset. Id ne fieret Universitas Cracov. ab Alexandro R. P. dd. Cracov. fer. 4 prox. post f. S. Gegorg. M. 1505 confirmationem memorati privilegii Joannis Alb. impetravit, dein Mathiae E. P. qua loci ordinario supplicavit, ut eam mutationem juris patronatus ratam haberet, quod ille documento nro. II cit. praestitit, et Canonico per Universitatem praesen-

Securitati bonorum mensae eppalis non tantum limitibus, praesertim inter oppidum Radymno et villam Duńkowice ab una, et possesiones vicinae nobilitatis accuratius descriptis [3]) sed et confirmatione variorum privilegiorum a Sigismundo rege impretata [4]) sollicite prospexit, ac advocatiam in Rowne e manibus laici possessoris redemit [5]). Collegio Vicariorum Cathedral. beneficium parochiale in Niżankowice in augmentum dotis incorporari a rege obtinuit [6]).

Ecclesias parochiales in Babice [7]) et Hoczew [8]) tum ecclam hospitalis in Tyczyn s. t. B. M. V. exalt. et inv. S. Crucis [9]) erexit, ecclam paroch. Krosnen. [10]) consecravit, in districtu Łancut. confraternitatem presbyteralem confirmavit, [11]) fundationem per Jacob. de Krzywcza in rem ecclae parochialis Jaroslav. super villa Szczytna factam, approbavit [12]).

A. D. 1511 Synodum dioecesanam Premisliae celebravit [13]).

---

tando obligationem imposuit, ad ecclam cathedr. constanter residendi verbumq div. diebus domin. et festis praedicandi. — Vid. Cons. vol. VIII ad an. 1506.

[2]) Vid. nos. sub. h. Epp.

[3]) Vid. docum. nro. XI.

[4]) Vid. docum. citt. sub nris. IV, VII. VIII, IX, XI, XII.

[5]) Vid. docum. n. V.

[6]) Vid. Schematis. s. eccla Niżankowic.

[7 et 8]) Vid. Schematis. s. hh. EE.

[9]) Act. Cons. vol. VIII, f. 31.

[10]) Vis. Szemb. et Sierak.

[11]) Vid. Act. Cons. vol. VIII, sub. 9 Jun. 1510.

[12]) Vid. doc. cit. s. nro. VI.

[13]) Acta Capituli p. f. S. Joann. D. 1507 celebrati mentionem faciunt termini pro celebranda Synodo dioec. in eccla cathd. Premisl. in Dom. prox. post f. S. Michaeli Archang. Cum autem nulla amplius mentio hujus Synodi occurrat, in aliud tempus dilata fuerit oportet. Fortasse pestis anni 1508 et ho-

Quoad jus praesentandi Custodem cathedralem nonnihil simultatis ipsi cum Capitulo fuit quae tamen amica complanatione terminata est [1]) — In negotiis reipubl. varias legationes et comissiones cum fructu obivit [2]).

---

stilitates anni 1509 eam impediverunt. Illa vero, de qua nobis hic sermo est, habita fuit 21 Novbr. 1511, cujus conclusa volumen VIII Actor. eppalium exhibet. Alembek in annulo canonicali sequentia ejus decreta compendiose allegat:

a) Octava OO. SS., in vicinis dioecesibus jam instituta, etiam in Prem. sub. 9 lection. celebretur.

b) Festum S. Joann. eleemosynarii a clero sub duplici offo. tertia die post fest. S. Briccii observetnr. — Pro utroq festo indulgentiae 40 dierum ab Eppo conceduntur.

c) Scholares excessivi per rectores ecclarum non admittantur, nec in vestitu laicali, nec crinibus fricatis, nec coma laxa incedant, sed habitum clericalem cum debita tonsura deferant, vivant in disciplina, bonum exemplum aliis praebeant. Si quis dissolutos scholares detinuerit (in schola), puniatur, si temerarius extiterit, gravioribus poenis subjaceat. Ad aliam ecclesiam non recipiantur sine litteris commendatitiis.

d) Scholaribus dimissoriae litterae non dandae, nec ac ordines promovendi, nisi circa ecclam cathedr. in divinis officiis sese per decursum unius anni exercuerint.

e) Jubilaeum concessum publicetur. (Est illud Jubilaeum, quod Julius II pro contribuentibus ad fabricam ecclae S. Petri promulgaverat, cujus occasione Mart. Luth rus in Germania suam praetensam reformationem sacrorum inchoaverat).

f) Villa Miękisz, antea parochiae Radimnensi adscripta, incorporatur parochiae in Laszki, et nobiles decimam manip., emetones mensalia (stołowe) ecclae in Laszki reddere tenebuntur. Ne autem magister Matthaeus pleban. Radimn., et sua eccla per hoc detrimentum patiatur, ideo plebanus in Laszki plebano in Radymno quotannis pro festo S. Martini duas marcas reddet.

Haec est antiquissima Synod. dioec., cujus conclusa Acta Eppatus continent.

[1]) Jus praesentandi Custodis Eppo junctim cum Capitulo competebat. At Mathias E. post fata Andreae de Halicz inconsulto Capitulo ad hanc dignitatem praesentavit Petrum Sienicki, — cui Capitulum opposuit Nicol. de Rokosz, Canonicum Prem. Neuter Candidatus beneficio potiri poterat, nam ad id etiam consensus advocati Premisl. (qua successoris

A. D. 1513 Mathias Drevicius ad sedem eppal. Vladislav. transiit [3]) ubi cum Gedanensem civitatem juris-

primi fundatoris custodiae) neccessarius erat, qui vero sua ex parte Nicolaum Błażejowski, altaristam SS. Corp. Christi proponebat. — Post mutuos tractatus res eo composita fuit: ut Błażejowski ad Custodiam institueretur, et Petrus Siennicki praebendam altaris SS. Corp. Christi obtineret. — Vid. Act. Cap. p. f. Joan. B. 1507, item Acta Cons. vol. VIII ad an. 1508.

[2]) Post fata Vladislai, R. Hung. et Bohemiae (fratris Sigismundi R. P.) ad Hungaros legatione fungebatur, ut Ludovicum, minorennem Vladislai filium in solios istius regni firmaret. — A. D. 1515 Sigismundus R. P. ad congressum Vienn. cum Maximiliano I Imp. proficiscens (ubi de mutuo subsidio contra Turcas et equites Crucigeros in Prussia tractabatur) Drevicium, tunc jam Vladisl. Eppum comitem et consiliarium sibi adjunxit. Mortuo porro Maximiliano Caesare Drevicius ad Comitia Francofordiensia cum Raphaële Leszczyński ablegatus fuerat, electionem Caroli V promoturus, quae prorsus e voto regis Poloniae cessit. — A. D. 1512 qua E. P. et VCancellarius regni Barbaram, Stephani Comitis Scepusii filiam, primam Sigismundi R. P. uxorem, qua reginam Poloniae in arce Cracov. solenni oratione salutavit, ejusque coronationi adstitit Vid. Jodoc. Decius de temporib. Sigism. I. — Eodem anno 1512 cum Andrea Czuryłło de Stojanice Castell. Petro Kmitha de Wiśnicze, Capitaneo, ac Dobeslao Chmieleczki, equisone et exactore Premisliensibus, judicibus a Reg. Majest. delegatis, controversiam inter venerab. Ant. Onyki, Vladicam Prem. ab una, et consules ac communitatem Prem. ab altera parte super planitie (błonie), lacu, rubetis, pascuisque circa lacum Przekopane, inter fluvios San et Wiar positis, agitatam ita decidit: ut Vladica in possessione lacuum Mohilsko et Przekopane conservaretur (eo quod privilegiis Vladislai Jagiellonis, et Sigismundi I evicisset, quod fundas Moscziscze ad monastirz, versus San, ad ipsum pertineret), reliqua litis objecta civitati Premisl. adjudicarentur. Quod decretum Sigismundus I, R. Pol. dd. Varsav. in Conv. regni generali 1515, fer. 6 ante D. „Reminiscere“ confirmavit. (Originale huj. docum. possidet instit. Ossolinian. Leop.)

[3]) Vid. Damalewicz in Vladisl. Acta Consistorii nostri anno 1514 Nicolaum Rokosz, Canonicum, Administratorem ecclae Premisl. commemorant. Videtur itaque Drevicius 1513

dictioni suae subjectam haberet, primus ex episcopis Poloniae cum neonata Lutheri secta signa conferre coactus est[1]).

Inde A. D. 1531 ad AEppatum Gnesnen. primatumq regni ascendit[2]) ubi 1535 vitam cum morte commutavit[3]) in ecclesia Metropol. sequenti epitaphio honoratus:

Jacet hic Mathias *de* Drzewica *gratia divina in archieppatum Gnesnensem anno 1531 evectus, qui an-*

---

nominatus, 1514 vero in actualem possesionem eppatus Vladisl. introductus fuisse.

[1]) Vid. eund. Damalewicz libr. cit. ubi et decretum regium communicat, contra haereticos Gedani tumultuantes latum.

[2]) Vid. eund. Damalewicz (in Gnesnensib.) — Qua regni Primas duas Synodos provinciales Lanciciae (1532 et 1534) celebravit, quarum conclusa vide in libro constitut. synod. jussu et auctorit. Joan. Wężyk AEp. Gnesn. 1630. 4° edito.

[3]) Erat vir ingenii excellentis, litteris egregie excultus, ac litteratorum insignis fautor. (Vide quae sub Petro Moszyński diximus de ejus epla. ad M. Ant. Maurocenum, Venetum.) In juris patrii notitia nemini coaevorum erat secundus in obsequis patriae indefessus, ideo Sigismundo I imprimis charus, gratusque. — At si Janockio credimus (credere autem eo magis debemus, quum potius ad laudandum, quam ad carpendum promtum se exhibeat) has eximias qualitates fastus et avaritia obscurabant, qua de causa dictus auctor pronunciare non haesitat, eum potius ad saecularia, quam spiritualia et ecclesiastica vocatum fuisse. Etiam Clemens Janicius, auctor epigramatum in AEppos Gnesn., ipsum parcum ac tenacem fuisse innuit, dum de eo canit:

Parcus eram forsan, vel sic me fata vocabant,
Quae solent magnos insimulare viros.

Nihilo minus tamen Damalewicz in vit. E. Vladisl. plura ejus munificentiae in ejatem cathedram specimina recenset: „majorem tamen, inquit, consanguinei ejus, quibus impense favit, sunt experti.“ — Nec ecclesia Premisl. benevolentiae epis prorsus expers fuit, cui, ut acta Capituli ex anno 1537 fol. 10 notant, pretiosam infulam, margaritis distinctam, legaverat. Majora vero sunt munera spiritualia, quae huic sponsae reliquit: Collegium Mansionarium, praebenda concionatoris or-

tea trium Poloniae regum fuit Vice-cancellarius, Cancellarius, Eppus Premisl. et Vladisl. annis 26. Obiit in arce Łovicien. a. d. 1535 12 Aug. hora 2 noct., 29 sepultus. Vixit annis 69.

---

dinarii in Capitulo, et Synodus dioecesana, quam celebrando, successoribus suis exemplo praeivit. Haec considerantibus nulla nobis potest esse religio, cum inter Antistites de hac sede bene meritos recensendi.

DOCUMENTA
AD EPISCOPATUM PETRI
De Tomice.

I 1517. Rom. 20 April. Leo P. X incorporat ad mensam eppal. Premisl. praeposituram domus Miechov. ord. S. Augustini in d. Cracov. — Apud Theiner. t. 2, p. 375.

II 1518. Cracov. penult Mart. — Petrus E. P. erigit praeposituram ad ecclam hospitalis paup. in Brzozov. s. t. S. Sophiae. Act. Eppl. vol. XI, fol. 173 ad calcem.

III 1518. Cracov. 11 Sept. — Petrus E. P. erigit praeposituram ad Ecclam tit. B. M. V. hospitalis paup. in Sanok. Visit. Szembek. 1720.

IV 1519. Crac. f. 4 post Convers. S. Pauli Apli Sigismund. I R. P. ad relationem Petri E. P. confirmat inscriptionem census 6 marcar. pro Custode ecclae cathedr. Prem. super advocatia Prem. factam. Trzebin. fol. 98. Rosa II, f. 91.

V 1519. Sab. p. f. S. Francisci Conf. Sigismund. I R. P. ad preces Petri Eppi Prem. confirmat possesionem hortulaniarum in Ci-

vitate Prem. per Collegium Vicarior. sine praevio consensu regio acquisitarum. — Act. Eppal. sub. 15 Aug. 1702 fol. 792.

VI 1519. 26 Octobr. Petrus E. P. cedit ecclae paroch. in Laszki decimas eppales de villa reg. Chotilice. Vis. Sierak. 1744.

VII 1519. 13 Maji. Leo P. X. reginae Poloniae — (Bonae) — indulget, ut Eppus Prem. octo personis, a se nominandis, beneficia ecclesiast. conferre possit. Thein. t. 2. 403.

VIII 1520 20 Jan. — Leo X Petrum Eppum Prem. transfert ad eppatum Posnan. Theiner t. 2. p. 405.

XIII. PETRUS
De TOMICE
ARM. ŁODZIA
E. P.
1514—1520.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Primas. r.
Sigismundus I.	Leo X.	Joannes Łaski 1510—1531.

Archi-Epp. Leopol.
Bernardinus Wilczek.
2503—1540.

Gens Tomicia, stem. Łodzia, a Tomice, villa sua haereditaria in majori Polonia, agnomen obtinuit. **Petrus** noster filius erat Nicolai Tomicki, vexilliferi Posnan. et Annae de Szamotuły. Patre orbus sub tutela matris, et avunculi, Andreae Szamotulski, juventutem transegit, ac liberalibus disciplinis Gnesnae primum, tum Lipsiae et Cracoviae operam navavit. In Italiam demum profectus Bononiae jurisprudentiae, Romae vero S. Theologiae singulari cum applicatione et eximio progressu incubuit.

Sagaci mente et acri ingenio a natura donatus, multifariaque eruditione praeditus magnam famam adeptus est, tresque linguas (latinam, italicam et teutonicam) tam perfecte combibit, ut quavis earum eadem facilitate ac vernacula uteretur. Post reditum in patriam primum in aula Friderici Cardinalis, AEppi Gnesn. et Eppi Cracov. Cancellarius, aut potius Mentor et in munere pastorali rite administrando moderator constitutus fuit, ac in eccla cather. Cracov. Archidiaconatum obtinuit. Mortuo hoc Praesule Sigismundus I eum in numerum Secretariorum suorum adlegit, variisque legationibus obeundis adhibuit, scil, Romanae (1509), Valachicae (1510), et Hungaricae (1511), in quibus cum eximiae prudentiae et fidelitatis specimina praebuisset, praeter Canonicatum Vladislaviensem, quo jam antea provisus fuit, tria opima sacerdotia, nimirum Custodiam Sandomir., Cantoratum Gnesnen., et Canonicatum ad Collegiatam S. Agedii Cracoviae a rege obtinuit. — Promoto 1513 Mathia Drevicio ad episcopatum Cujaviae rex episcopatum Premisliensem, a multis tunc avide expetitum, Petro nostro, ex altera legatione Hungarica nondum reverso, conferendum censuit, quem ille seq. anno 1514 agressus est [1]) ab eodem rege munere Vicecancel-

---

[1]) In actis Capituli sub 6 Octob. 1514 haec leguntur: „A. D. „1514 die Veneris, 6 Octob. Ego magister Matthaeus de „Bolesławiec Canonicus ac praedicator ecclae cathedr. „Premisl., duntaxat unicus pro tunc ad ecclam residens, Ve„nerab. D. Paulum Conyuszecskij (Koniuszecski) Archidia„conum Prem., tanquam procuratorem legitimum Rmi. in „Christo Pris. et dom. dni Petri D. et Apl. sed. gratia electi „et confirmati Premisliensis, ad provisionem SS. in Christo Pris. „et dni Domini Leonis div. provid. Pape X., feliciter „moderni, induxi et installavi, pontificalibus insigniis sibi tra„ditis, et sedem in eadem Prem. assignavi, una cum cessione „et resignacione omnium bonorum tam mobilium, quam immo-

larii regni auctus, et praepositura Colleg. ad S. Michaëlem in arce Cracov. provisus.

Sub eppatu ejus bona ecclesiastica molestis contributionis onerabantur ad coërcendos Tartaros [1]) qui iterata

„bilium eppalium eccle Prem., sue Rme. Paternitti curam ani„marum et ipsam ecclam Prem. sponsam sibi assignando, regi„menque tam spiritualium quam temporalium juxta litteras „Sue Rme. Paternitt. concessas. Qui quidem D. Archidiaco„nus Procurator legitimus, de cujus onere procurationis apud „acta presentia constat, juramentum corporale una cum no„bili Sthanyszowskij dicto Myeczko, quod pontifices et Eppi „Prem. eccle, et Capitulo Prem. facere consueverunt, in forma „solita, et statutis contenta, praestitit, ac uterque praestiterunt: „promitendo manu stipulata eidem ven. mgro. Matthaeo Ca„nonico, tunc Capitulum representanti, quod debeat inducere „et adhortari prefatum Rmum. D. Petrum, D. et Apl. graeca „electum et confirmatum, quam primum ad suam ecclam ve„nerit feliciter, quod eosdem suos Procuratores suprascriptos „evincat et absolvat a dto juramento et per se ipsum sua Rma „Paternitas illud confirmet proprio juramento ad s. lignum „vite, prout alii eppi Prem. predecessores sue Rme. Paternit. „confirmabant. Presentibus ibi honorab. et nobilib. Nicolao „Rogala, Johanne Vicedecano, Nicolao Vicepraepto, Nicolao „Vicecantore Mathia Pyrzchałka, Andrea, Laurentio, Vicariis „ecclae cath. Prem. Nicolao Szwathek, Vicecapitan. castri „Prem. Johanne de Szkarbimiria. Mansionario, Notario publ. „et toto clero et populo communi, per pulsum campanarum „ad hoc convocatis, testibus ad premissa convocatis, et ro„gatis.“ An Tomicius postea, et quandonam Premisliam venerit, ac praefatum juramentum innovaverit, acta silent, quotiesque ipsum commemorant, absentem innuunt. Quare, cum insuper omnia, quae supersunt, ejus documenta, Cracoviae data fuerint, indecisum manet, an, curis reipublicae continuo distentus, sponsam suam unquam personaliter accesserit. Acta Rokosz et Thomae de Grodzisko, Cancor. Prem. et Officialium volumen XI actor Conrii comprehendit.— A. D. 1515 Tomicius interfuit congressui Sigismundi I R. P. cum Maximiliano I Rom. Imp. et Vladislav. Hungariae ac Bohem. rege Viennae, celebrato, ubi mutua auxilia contra Turcas, Moscos et Crucigeros decreta.

[1]) Vid. edictum Sigismundi I R. P. dd. Cracov. fer. 2 post Dom. „Oculi“ 1518, quo contributio per unum fertonem (¼ marcae) a quovis laneo pro bello contra Tartaros imponitur.

vice Russiam vastaverant, tum pro necessitatibus belli, quod tunc contra Crucigeros parabatur [1]).

Romae Leo P. X Concilium Lateranense V a decessore suo coeptum continuavit, annoque 1517 ad exitum perduxit. In quo Concilio Archiepiscopus Gnesn. et regni Pol. Primas novo „legati nati Sedis Aplicae“ titulo et honore condecoratus est [2]).

„Villae autem, ait. cit. documentum; his proximis duobus annis „in terris Russiae vastatae et crematae, ab hac contributione „immunes sint.“.

[1]) Albertus, Marchio Brandeburg et supremus ord. teutonici magister, Sigismundo R. P. juramentum vasalliticum, ad quod vi pacis Thoruniensis tenebatur, praestare renuebat, quin et limites regni armis infestabat. Hinc 1519 in comitiis Thoruniensibus bellum contra eum decretum fuit, ad quod gerendum Rex edicto in Conventu regni Bidgost. fer. 2 ante f. S. Barbarae V. M. 1520 etiam bona eccles. tributis onerabat. Vid. Herburt, stat. reg. Pol. art. „contributio“ p. 76 edit Lublin. 1756). Verumtamen ipsum bellum primum induciis, 1521 in 4 annos conclusis, dilatum, anno vero 1525 superfluum factum est, quia Albertus hoc anno Prussiam orientalem ut feudum saeculare cum ducis titulo a Sigismundo rege accepit, eique juramentum fidelitatis praestitit.

[2]) Hanc praerogativam Joannes a Lasco, AEp. Gnesn., qui Concilio praesens interfuit, Sedi suae impetravit. Bulla Leonis X, dd. 5 Id. Julii 1515 continetur in libr. constit. synod. edit. Joan. Wężyk p. 92 sq. Idem Pontifex ad petitionem Sigismundi I R. P. dd. Romae prid. Calend. Aug. 1515 ordinavit, ut ad Canonicatus in ecclesiis Gnesn., Cracov., Vladisl. Posnan. et Płocensi tantum nobiles personae, et quidem ex utroque nobili parente procretae, promoveantur, utque in dictis Capitulis 4 ttum. praebendae cancales plebejae sint, pro 2 magistris in Theologia, et totidem juris canonici. — Decretum hocce fuit confirmatio statuti sub Joanne Alberto R. Pol. 1496 Petricoviae conditi, quod Capitulum Prem. paulo ante Tomicii eppatum (18 Febr. 1514) aeque ac reliqua Russiae Capitula in statuta sua recepit. At sedes Aplica praecitatum decretum Leonis X, quod juxta tenorem suum tantum 5 ibidem nominatas dioeceses obstringebat, ad reliquas ecclas cathed. in ditionibus regis Poloniae sitas, et nominatim ad Capitula in provincia Russiae nunquam extendit.

Eo ipso, quo PP. Lateranenses opus suum terminarunt anno, Sigismundus I R. P. secundas nuptias cum Bona Sforzia celebravit, quod hic loci ea de causa comemorandum censemus, quia, ut inferius observandi occasio non deerit, regina haec non solum in saecularia regni negotia, set et in res ecclesiasticas, praesertim in beneficiorum collationes, influxum ingentem, at minime salutarem exercuit [1]).

Eodem anno in Germania Martin. Lutherus, monachus ord. eremit. S. Augustini, suas novationes auspicatus est, quae, quum anno 1520 in apertam haeresim degenerassent, non solum Leo X novam ejus doctrinam anathemate confixit,[2]) sed in Polonia quoque tam saecula-

---

[1]) Erat filia Joannis de Galeazzo-Sforzia, ducis Mediolan., et Isabellae Arragoniae. Novam reginam in primo ad arcem Cracov. accessu Tomicius noster, qua regni Vicecancellarius insigni oratione salutavit. Cum illa multi extranei in Poloniam venerunt, quorum conversatio cum indigenis horum mores non parum corrupit. Vix feminam invenias, quae in pravis artibus hac regina magis versata fuerit. Quia vero ingenii calliditati summam avaritiam sociabat, et quia Sigismundus I senescens ei plus, quam fas erat, connivebat, ideo non tantum munera reipublicae ac dignitates saeculares, sed etiam eppatus et sacerdotia clientibus suis pro arbitrio distribuebat, aut potius pecunia vendebat. Inde ingentes thesauros conglomeravit, quos post fata Sigismundi mariti sui in Italiam secum asportavit. Obiit Bari in regno Neapolitano 1559. Adeo sinistram sui memoriam in Polonia reliquit, ut in eam hoc distichon evulgaretur:

Ut Parcae parcunt, ut luci lumine lucent,
Ut bellum bellum, sic bona Bona fuit.

[2]) Vid. bullam Leonis X dd. Romae apud S. Petrum 10 Cal. 1521, in constit. synodal. edit. Wężyk p. 274.

ris [1]) quam spiritualis potestas [2]) editis decretis errorum illius propagationi occurrere necessarium duxit.

Fuit Tomicius vir praestantissimus, litteris profanis aeque ac sacris egregie excultus [3]) Senator et civis optimus, [4])

---

[1]) Vid. decret. Sigismundi I R. Pol. anno 1520 in comitiis Thorun. latum, in quo haec leguntur: „Mandamus, ut nemo „scripta cujusdam fratris Martini Lutheri ad regnum ditionesque „nostras invehere, vendere, iisque uti praesumat, sub poena „confiscationis et bannitionis a quolibet prasentium transgres„sore sine excusatione ignorantiae aut alio praetextu incur„renda.“ Vid. Załuski in opere „Dwa miecze etc.“ f. 236.

[2]) Vid. decretum Synodi provinc. Petricov. anno 1520 praesidente Joanne Łaski, AEppo Gnesn. celebratae (f. 272 constit. synod.) ubi haec occurrunt: „Statuimus, ne haereticos „schismaticos et cet. in servitio domestico circa se spirituales, „cujuscunque status et conditionis fuerint, foveant, et mediante hac Synodo inhibemus. —

[3]) Vid. Starowolski in libro de claris Sarmatiae oratoribus. — Erasmus Rotterodamus, (qui ipsi suas in Senecam annotationes dedicaverat,) accepto obitus ejus nuncio, in epla ad Andr. Cricium tale de eo fert judicium: „Quando ecclesiae talis „continget eppus? Quando regno et regi talis consiliarius?... „Diceres ad publicam omnium utilitatem esse factum. Quam „solida; quam recondita fuit eruditio. Quam fer„vens sacr. litterarum studium, quam occulta prudentia! Quam „rara in negotiiis gerendis dexteritas! Postremo, in tam exi„miis Dei donis, in tam sublimi dignitatis fastigio quam ama„bilis civilitas! Quam omnis expers supercilii modestia“ — Praeter Erasmum cum Lazaro Bonamico, Joanne Cochlaeo et aliis litteratorum primipilis summa ipsi necessitudo, ac frequens litterarum comercium fuit.

[4]) Ob summam prudentiam, facundiam, et indubium patriae amorem quasi oraculum quoddam temporis sui fuit, tantaque apud regem et regni primores auctoritate pollebat, ut nulla causa gravior eo inconsulto decideretur. In distribuendis vero muneribus publicis ac ecclesiasticis adeo ab omni partium studio erat alienus, ut vacantia viris integerrimis ac dexterimis non petentibus ultro conferret, non expectatis magnatum commendationibus quae plerumque pro minus dignis exhiberri solent. Hinc etiam Sedes Aplica tantam in eo fiduciam collocabat, ut ei speciali privilegio beneficiorum in mense papali vacantium collationem concesserit. (Niesiecki). Non solum autem

in munere Vicecancellarii omnium, quotquot secuti sunt, norma et exemplar, [1]) litteratorum Maecenas lautissimus, [2]) et cum politicas ejus virtutes incontaminata morum

---

ad quasvis fundationes viros aptissimos ac dignissimos promoveri curabat, sed et pro futuro de bonis ac idoneis patriae civibus ac ecclae ministris formandis sollicitus erat. Ideo domi suae honestos adolescentes educabat, et ad varia patriae ecclaeque obsequia obeunda informabat, pauperiores etiam proprio sumtu ad exteras academias studiorum causa mittebat. E talium numero fuit Stanisl. Hosius, (suo tempore eppus primum Culmen., dein Varmiensis, S. R. E. Cardlis, et et sub Pio IV Sed. Aplicae in Concilio Trid. legatus. vir profundae eruditionis et magnae sanctitatis, de utraque republ. optime meritus,) quem Tomicius suis impensis Bononiae ac Patavii sustinebat, inde vero reversum curiae suae Secretarium constituit, et ad altiora munia suo influxu promovit. Similiter quoque Andreas Cricius (Tomicii e sorore nepos, Eppus Prem., mox Płocen. demum AEppus Gnesn.), Joannes Dantiscus, Eppus Culmen., poëta latin., Philip. Padniewski, Petrus Myszkowski, Samuel Maciejowski, Eppi Cracov., viri de litteris ac de patria bene meriti, ex ejus disciplina prodierunt, ita ut domus ejus vere epporum Seminarium dici potuerit. — Cf. Starowolski in Cracov. Eppis.

[1]) Excepto Joanne Zamoscio, viro immortali memoria digno, nullus tantam nominis celebritatem, quantam Tomicius, adeptus est. Stanisl. Łubieński in vit. eppor. Płoc. sub. Andr. Cricio. scribit: „Petrus Tomicius, inquit, regni Cancel„lariatum adeptus, primus genus illud dicendi et scribendi, „longa et foeda barbarie corruptum, nitore linguae latinae „expolire coepit. Et iterum: Passim Cancellaria Poloniae apud „exteros principes inde a tempore Petri Tomicii, quem „Cancellariorum normam et quasi patrem veteres „dicebant, elegans et erudita censebatur.“ Tomicius ipsemet acta sui temporis tanquam monumenta ad illius historiam dilucidandam colligi jussit, quorum plura volumina olim bibliotheca Załuskiana Varsaviae possidebat. Nostris diebus vir de patriis litteris benemeritus Titus Comes Działyński eorum partem Posnaniae typis imprimi curavit.

[2]) Hinc passim eruditi lucubratione suas ei dedicabant. — Caeterum videatur Janocki in „Nachrichten von raren polnischen Büchern.“

integritas, ac sincera in Deum pietas adaequaret,[1]) episcopus omnibus muneris absolutus, qui licet, qua regis administer, ob publica regni negotia a Dioecesi sua utplurimum abesse cogeretur,[2]) tamen absens quoque sponsae suae debitam sollicitudinem gerere nunquam praetermisit.

E factis ejus haec adnotasse suffecerit:

Fabricam eccliae cathedralis efficaciter promovit[3]). Necessitatibus cleri curati ad ecclam cathed. prospexit[4]).

---

[1]) Sigism. Herberstein, Maximiliani Caes. ad Sigismundum I R. P., et ad M. Ducem Mascoviae legatus, in Commentariolo de actionibus suis, Viennae 1558. in 4° edito, Tomicium vocat virum omnium testimonio virtute singulari, ac vitae integritate praeditum. Cf. Niesiecki).

[2]) Vid. quae diximus not. I.

[3]) Vid. Acta Cap. p. f. Epiph. 1518, ubi adnotatur Petrum Eppum pro fabrica ecclae contribuisse 60 marcas. — A. D. 1516 Leo X regno Poloniae indulgentias concessit, quarum occasione eleemosynae collectae, partim ad bellum contra infideles (Turcas et Tartaros), partim ad arcis Camenecensis munitionem et basilicae Gnesn. restaurationem destinatae erant. Ad interventionem Tomicii Sigismundus rex quidquid ad hos fines in ecclesiis parochialibus Radimnensi ac Brzozov. collectum est, ecclae cathedr. Premisl. pro fabrica illius cessit. Vid. Acta Cap. anno 1522 p. f. Epiph.

[4]) Acta Joannis Wężyk E. P. de anno 1622 comemorant: Petrum Tomicki Ep. Prem. decrevisse: ut omnes oblationes, quae occasione funerum et exequiarum fierent, ad quodcunque altare vel Capellam, etiamsi extra civitatem efferentur, ad Vicarios cathedrales pertinere debeant. Porro acta Consistorii ex anno 1702 sub. 17 Aug. continent oblatam privilegii Sigismundi I R. P. dd. Cracov. Sab. prox. p. fest. S. Francisci Confess. 1518, quo ad preces Petri Eppi Prem. et R. P. Vicecancell. Vicariis ecclae cathedr. Premisl. possesionem variarum hortulaniarum in civitate Prem., sine regio consensu adquisitarum, confirmat. Ad ejusdem Tomicii relationem et intercessionem idem Rex dd. Cracov. fer. 4 post convers. S. Pauli Apli 1515 annuum censum 6 marcarum pro fundatione Custodis cathedr. super advocatia Premisl. (Sielec) inscriptum (vid. nos sub Petrus Chranstov.) — confirmat. Vid. Trzeb. fol. 98.

Pro reformatione cleri ac populi Synodum dioecesanam celebravit [1]). Breviarium officii div. in usum dioecesis suae concinandum ac typis imprimendum curavit [2]) In Sanok [3]) et Brzozow [4]) praeposituras xenodochiales erexit,

---

[1]) Constitutiones hujus Synodi fer. 3 ante fest. Pentecost., sive 7 Jun. 1519 Premisliae celebratae continet Volumen I Actor Capituli. In hac Synodo decreta est contributio pro fabrica ecclae cathed., et quidem per 2 grossos a quavis marca justi pretii decimarum manip. hujus anni, per medium grossum a quolibet trunco (Kłoda) messalium frumentorum tam hyemalium, quam vernorum. Domini terrestres sub censuris obligantur, ut subditos suos schismaticos, agris catholicorum insidentes, ad consueta messalia ecclesiis rit. lat. reddenda adstringant. Ne litterae Aplicae aut curiae Romanae falsae aut falsificatae pro veris per errorem habeantur, vetatur, ne quis eas exequi audeat, nisi praemissa earum per loci ordinarium vel ejus Vicarium revisione et admissione. Repetitur constitutio Synodi Drewicianae ne scholares ad ullam scholam suscipiantur, nisi a plebano, aut rectore scholae a qua ultimo receserunt, bonae conversationis testimonium produxerint, disciplinae scholaticae se submiserint, ac omne genus armorum incunctanter deposuerint. Denique statuitur, ut quavis missa pro stipendio in cantu coepta, in cantu etiam absolvatur et secus facientes mulcta 3 marcarum pro fabrica ecclae cathed. puniantur. Aviditas enim quorundam sacerdotum hunc abusum invexerat, ut uno die, vel potius una hora, quo homines sub praetextu multiplicati suffragii ad locupletius offerendum inducerent, aliquot missas pro defunctis, omnes tamen incompletas decantarent, ita ut, postquam unus suam missam ad offertorii finem alta voce cantaverat, alter deinceps eo tacente missam aliam cantare inciperet, et post offertorium aque ac primus faceret, et sic porro. — Synodus ista absente Eppo sub directione Capituli celebrata fuit.

[2]) Vid. Act. Capit. p. f. Epiph. 1521, ubi Capitulum hortatur Administratorem spiritualium, ad injungendum omnibus clericis, ut divinum officium nonisi juxta breviarium, mandato Rmi. D, Petri Eppi antea Prem., nunc Posn. impressum, peragant, idque sub poena 3 marc. fabricae ecclae cath. applicandarum. Exemplaria hujus breviarii hodie nulla supersunt.

[3]) Vid. docum. nro. III. Fundatores hujus praebendae erant consules Sanoc. Ipsius vero hospitalis fundator fuit Petrus Bal, Custos Prem. et Stanisl. Pieniążek Cap. Sanoc. vid. vis. Sierak.

ecclesiae parochialis in Laszki reditus decimis de mensa sua adauxit[5]). Proventus episcopales Praepositurae Miechov. incorporatione ampliavit[6]).

Tantae indolis antistite, ad summas dignitates nato, Premisliensis ecclesia diu gaudere non poterat. A. D. 1520 transiit ad Sedem Posnan[7]). A. D. 1523 Joannes Konarski cum sibi in episcopatu Cracov. coadjutorem, rege ac S. Pontifice annuentibus, adlegit, cui 1525 qua Episcopus Cracov. successit. Obiit in hac cathedra, recusato AEppatu Gnesnen., A. D. 1535 d. 12 Oct., septuagenario major. In eccla cathedrali Cracov. ipse sibi posuit lapidem sepulchralem cum hac epigraphe:

D. O. M. *suo postremoque cineri* Petrus Tomicius *primum Premisl., dein Posnan., postremo Cracov. eppus, R. P. Vicecancellarius mortalitatis memor ipse sibi posuit A. D. 1532.*

---

4) Vid. doc. nro. II. Act. Cons. vol. XI, p. 173. Pro dote Praepti consules Brzoz. ab antecesoribus Petri Tomicii emerunt censum annuum 8 marcarum, super tertia parte proventuum molendini Brzozov., — quod ipse confirmat, et praepturam erigit. — Chronic. Archiconfr. sacerd. Kros. Sanoc. addit: „W Jaśliskach kościół zbudował i fundacyą uczynił. — Za tego biskupa Brzozów pierwszy raz pogorzał".

5) Vid. docum. nro. VI. (Vis. Sierak.)

6) Vid. docum. nro. I. — Incorporatio haec a Lenne P. X. postulante Sigismundo R. P. concessa est. Scilicet reges Poloniae non contenti epporum nominatione, quam, ablato Capitulis jure liberae electionis ad se traxerant, etiam Abbatiarum et Praelaturarum regularium collationem sibi vindicarunt, atque praelaturas hujusmodi clericis saecularibus, (aulicis suis plerumque,) conferebant, qui Abbates commendatarii, aut perpetui Abbatiarum administratores dicebantur. Quodsi ea, de qua loquimur unio Praepturae Miechov. cum eppatu Premisliensi aetatem tulisset, proventus eppatus conduplicati fuissent. At videbimus eam mox sub Tomicii successore rescissam fuisse.

7) Vid. docum. nro. VIII.

DOCUMENTA AD EPPATUM
RAPHAËLIS LESCINII
E. P.

I 1521. Crác. 5 Cal. Julii. Zacharias Epp. Gardien., Nunc. Aplic. per Polon. et M. Ducat. Litvan. approbat confraternitatem presbysteryal. in districtu Sanoc., erectionem altarium ejus s. t. B. M. V. in Sanok, et S. Spiritus in Krosno confirmat, septies per annum in festis solen. processiones cum SS. Corp. Christi instituere permittit, interessentibus indulgentias decem annorum et totidem quadragenarum concedit. Act. Epp. vol. VIII. fol. 124.

II 1522. Brzozov. 7 Nov. — Raphaël, electus confirmatus Prem. praefatas litteras Nuncii Aplici ratas habet, earum executionem admittit, pro frequentantibus processiones cum SS. Corp. Christi indulgentias 40 dierum totiens quotiens lucrandas addit. Ibid.

III 1523. Crac. 15 Junii. Raphaël E. P. Petro Starzechowski Cantori, et Stanislao de Wiśnia Canonico Vicario in spirit. et

Offli., Premisliensibus, potestatem facit, ecclam paroch. Jaroslav. observatis de lege observandis in Collegiatam transformandi. Acta Epp. vol. XXIV s. a. 1638. Lib. privileg. fol. 12.

IV 1523. Prem. 4 Julii. Petrus Starzechowski et Stanislaus de Wiśnia ecclam Jaroslav. OO. SS. cum consensu reg. Majest. et Capituli cathedr. Prem. extincto titulo parochiali, in ecclam collegiatam erigunt, Platos et Canonicos, tum Vicarios perpetuos ad eam instituunt, eorumque officia determinant. — Ibidem.

V 1523. Crac. prid Nativ. B. M. V. Sigismundus R. P. contra Lutheri haeresin, in Poloniam penetrantem, media repressiva disponit. Const. Synodal. lib. 4, fol. 294, 295. —

VI 1524. Rom. prid. Calend. Maji. Clemens P. VII tollit unionem praepositurae Miechov. cum eppatu Premisl. a decessore suo Leone X decretam. Nakielski in „Miechovia“.

XIV. Raphael Lescinius,

STEM. WIENIAWA.

E. P.

1521 — 1524.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim. R. Pol.
Sigismund. I.	Leo X † 1521.	Joan. Łaski † 1531.
	Adrian VI † 1523.	
	Clemens VII	

AEpp. Leop.

Bernardinus Wilczek.

Lescinii, a possessione sua Leszno in majori Polonia ita dicti, stemmate Wieniawa i. e. capite bisontis cum annulo, naribus infixo, utuntur. Traditio est, hanc familiam e Bohemia, ubi a dicto annulo antiquitus „Persten" vocabatur, in Poloniam, fors adhuc cum Dambrowka, Miecislai I sponsa, commigrasse. Quidquid sit, fuit certe una ex nobilisimis, et potentisimis in hoc regno, ita ut Balbinus in epitome rerum bohemicarum l. 2, c. 7 de ea merito scribere potuerit: *„Qui Lesciniorum genus ignorat, Poloniam ignorat."*

Raphaël Leszczyński, filius Caspari, Capitanei Radziejov, praeter opulentam substantiam paternam post cognatum suum Cherubinum, Castellanum Premetensem, satis ampla bona haereditaverat, cumque patriae suae in civili toga servire coepiset, qua Castellanus Lendensis. et Capitaneus Człuchov. variis legationibus functus est, Veneta (1515,) Romana in negotio subsidiorum pro bello contra Turcas (1518,) et ad comitia Francofurthensia (1519,) ubi de eligendo Imperatore agebatur. Ast curarum saecularium pertaesus ad statum clericalem animum applicuit, quo facto a Sigismundo I R. P. eppatum Premisliensem eo tempore obtinuit,[1]) quando fidei catholicae integritati a novella Lutheri haeresi praesentissimum discrimen impendebat. Nil intentatum reliquerunt tum Sigismundus Rex tum[2]) antistites ecclesia-

---

[1]) Acta Capit. testantur, eum A. D. 1521 Sab. fest purif. B. M. V. — producta bulla confirmationis a Leone P. X. impetrata — per Paulum Koniuszecski, Archidiaconum cath. in persona sui procuratoris Thomae de Grodzisko, Canonici Prem. ad ecclam cathedr. solenniter introductum, installatumque fuisse, qui procurator etiam „in animam sue Rme. Paternitatis“ solitum eppale juramentum praestitit de statutis consuetudinibusque hujus ecclesiae observandis. An et quando ipsemet Premisliam accesserit,non constat. Acta Capituli ex annis 1521, 1522, 1523 eum absentem, et ordinarie Cracoviae residentem commemorant, unde cum Capitulo per litteras correspondebat. — Consecrationem suam adhuc post installationem aliquandiu distulisse videtur; nam acta Cap. 1522 p. fest Epiph. eum vocant „electum et confirmatum Prem.“ et legationem e gremio Capituli ad eum Cracoviam deputatam commemorant pro exponendis eidem necessitatibus ecclae cathedr. Prem.

[2]) Sigismund. I R. P. religioni avitae sincere fuit addictus, at prout a novationibus religiosis, ita a severioribus remediis contra novatores adhibendis abhorrebat. Non deerant, qui ipsum, ut cum hoc hominum genere durius agerat, animarent, quos inter Carolus V Rom. Imp. et Henricus VIII Angliae

stici,[1]) ut contagium illud a Polonia propulsarent, at conatibus eorum eventus minime respondebat[2]).

---

rex commemorantur. At ille in epla ad Joannem Eckium, Germaniae theologum, data: „Permitte quaeso, inquit, me et „ovium et hircorum regem esse.“ In alia epla, ad Joannem Łaski, AEppum Gnesn. directa, praedicit, Lutheranismum, si ferro impugnetur, et si corrupti cleri ac populi mores non reformentur, continua incrementa esse capturum. Nihilominus tamen officii sui esse duxit, edicto dd. Cracoviae Sab. ante f. natal, B. M. Virg. 1523 (quod in collect. Węzyk. constit. synod. pag. 294 sq. legit.) prohibere, ne scripta Lutheri et sequacium ejus, quos sua insolentia in reprobum sensum egit, ad regnum Pol. inferantur, ibique legantur, permittit porro, ut, quando eppo Cracov. opportunum visum fuerit per inquisitores ejus cum decurionibus, quos consulatus civatatis ad hoc negotium, aliorumque excessuum custodiam delegerit, per omnes et singulas domos, testudines, ac cistas diligens perscrutatio fiat, et ubi libri haeretici inventi fuerint, a possesoribus poena praesenii edicto statutà exigatur (scil. poena capitalis et bonorum confiscationis.) Porro mandat, ne libri imprimantur, aut alibi impressi per bibliopolas vendantur, nisi per rectorem Universitatis et censorem a loci ordinario delegatum, revisi approbatique fuerint. Deniqe cunctis regni civitatibus praecipit, ut cum locorum ordinariis, aut eorum delegatis contra haereticos opportunas ordinationes faciant, ac sedulo exequantur.

[1]) Synodus provincialis Lanciciae 1523 praesidente Joanne Łaski, AEppo Gnesn., celebrata, sequentia ordinat: „Excommunicamus... omnem haeresin... condemnantes haereticos universos . . . et praesertim Lutheranos noviter exortos, ac Hussitas quosdam — (fratres Bohemicos,) — quasi postiliminii jure reversos. Damnati vero saecularibus potestatibus juxta bullae Aplicae — (sc. Leonis X contr. Luther.,) — S. Regiae Majestatis decretum — (praec. not. adductum) — et canonica instituta reliquantur animadersione debita puniendi, clericis prius ab officio suo degradatis; ita, quod bona taliter damnatorum, si laici fuerint, confiscentur, si vero clerici, applicentur ecclesiis, a quibus stipendia receperunt. Qui vero inventi fuerint sola suspicione notabiles, nisi juxta conditionem suspicionis qualitatemque personae propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, anathematis gladio feriantur, et usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur. Quodsi per annum in excommunicatione perstiterint, extunc velut haeretici condemnentur. Deinde, si impressores librorum reperti

Lescinius noster, a Dioecesi plerumque absens, brevi pontificatus sui tempore eo se reddidit memorabilem: quod

---

fuerint libros haereticos impressisse, adduxisse seu vendidisse, poenis supradictis subjaceant. V. Załuski: „Dwa miecze katolickiej odsieczy etc.“ p. 238.

[2]) Nova doctrina in iis primum regis Poloniae ditionibus spargi coepit, quae a Germanis inhabitabantur i. e. in Prussia regia. Jam 1518 Jacobus Knade, monachus excucullatus, uxore ducta, purum, ut ajebat, verbum Dei i. e. a fermento humanarum traditionum repurgatum Gedani praedicabat. A. D. 1626 in ea civitate tumultus religiosus exarsit, nam plebs effrenis, instigante Joanne Saliceto — (Solcium vel Schulzium alii scribunt) — qui ad mentem Lutheri concionabatur, plenam libertatem novam religionem profitendi postulabat, ecclas et monasteria diripiebat. Vix ipsius Sigismundi regis praesentia, Saliceto et aliis novatoribus capitali supplicio affectis, hunc impetnm cohibere valuit. In Prussia vero orientali, ordini teutonico subjecta, ex quo supremus ordinis magister, Albertus de marchionibus Brandeburg., ad castra Lutheri palam transiit (1525,) religio catholica Protestantismo locum cedere coacta fuit. — Inde in Poloniam majorem haeresis gressum protulit. Posnaniae Samuel, Dominicanus apostata, Martin Glossa, Joannes Seclucianus, concionator (qui et biblia in linguam polon. vertit.) Joan. de Kozmiń et Christoph. Endorfer, scholae Lubranscianae magister, eam propagabant, nobiles vero Górkarum et Ostrorogorum familiae ei patrocinium praebebant. In minori Polonia Jodocus Decius, Sigismundi regis aulicus, Bernardinus de Lublin, Simon pharmacopola, et Constantinus Trepka tanquam primi Lutherani memorantur. — Martin. Lutherus in epla ad Spalatinum 1522 data scribit: „Evangelium in Polonia ardenter sitiri, et ablegatos ex hoc regno ad se venisse, qui evangelistas illuc mitti peterent.“ — Tales evangelistae (sive haeresos emissari) ab initio in privatis consessibus, mox in publicis conventibus contra Papam et sedem Romanam debacchabantur, monachos subsannabant, contra clerum (cujus mores reapse in multis reformatione indigebant) et decimas declamabant. Nec surdis auribus hujusmodi Philippicae excipiebantur, ad quod multum conferebat saecularium statuum contra hierarchiam ecclesiasticam invidia. Jam enim pridem laici Senatores prioritatem spiritualium aegre ferebant, (vid. nos. sub. epp. Andreae Boryszewski) — et desiderio flagrabant, eorum influxum in rempubl. minuendi, imo si fieri posset, prorsus tollendi. Porro censurae ecclesia-

ecclesiam Jaroslav. e parochiali in collegiatam commutaverit, [1]) ad ecclesiam cathedralem picturis ornandam sumtus contulerit, [2]) et confraternitatem sacerdotalem in districtu Sanocensi, per Nuncium Aplicum approbatam, sua quoque ex parte indulgentiis providerit [3]). Rescissionem unionis praepositurae Miechov. cum eppatu nostro, ab antecessore suo impetratae, impedire aut non voluit, aut non valuit [4]).

---

sticiae et omnis jurisdictio spiritualis saecularibus exosae erant, multo magis decimae, quas clerus vi „divinae in„stitutionis“ ab ipsis repetebat. Amplae, quibus eppatus, abbatiae et praebendae eccles. dotatae erant, possessiones, aviditatem nobilium stimulabant, et exempla nobilium Germanorum, qui Lutheri sectam amplexi, bonis ecclesiasticis patrimonia sua auxerunt, ad imitationem provocabant. Accedit denique, quod Polonorum ingenia Cromero observante suapte nova quaeque avide arripiant, et peregrina ac exotica domesticis facile praeferant, quod temporibus Sigismundi I multi alienigenae in Poloniam immigraverint (vid. nos. sub. Petro Tomicki) — multasque novas religiosas ideas in hoc regnum invexerint, denique quod non tantum in ludis Poloniae litterariis multi alienigenae et subinde homines suspectae fidei magistri constituti fuerint, sed et juventus Polona hoc saculo frequentius quam antea Academias extraneas frequentare coeperit, et novationes, quas ibi imbiberat, in patria ardenter propagaverit. Ex quibus omnibus facile concipitur, qui factam sit, ut sic dicta sacrorum reformatio tam foecundum solum in Polonia invenerit.

[1]) Vid. docum. cit. s. nris. III et IV.

[2]) Vid. Act. Cap. p. f. Epiph. 1624, ubi legitur: „Decreve„runt etiam DD., ut gratiae agantur Rmo. D. Eppo de dona„tione imaginum pro ecclae nostrae decore“.

[3]) Vid. docum. I. et II. In chronica hujus confraternitatis de Lescinio legitur: „Dzwonicę w Brzozowie wystawił, dzwon wielki kupił. Do zbudowania miasta — (za czasów P. Tomickiego pogorzalego, v. s. Tomic. — znacznie się tem przyczynił: że kazał wozić gonty z Jaślisk, i na każdy plac po 20 kóp składać, kto sobie chciał budować.

[4]) Vid. qua diximus sub. Petro Tomicki qui in realem possessionem hujus praepositura introductus fuit. — Eo ad

A. D. 1524 transiit ad eppatum Płocensem [1]) in quo 3 annis exactis anno 1527 ipsa Dom. „Oculi“ naturae tributum persolovit, [2]) in ecclesia collegiata Pultoviensi cum hac sepulchri epigraphe tumulatus:

Lescinius jacet hac positus tellure Raphaël
Qui plenus magni Praesul honoris erat.

---

eppatum Posnanien. promoto Canonici regulares SS. Sepulchri omnem lapidem moverunt, ut unio illa rescinderetur, nullisque eum in finem expensis pepercerunt, donec Clemens P. VII dd. Romae prid. Calend. Maji 1524 et Sigismundus I R. P. dd. Petricoviae in conventu reg. grli. ipso f. S. Valent. M. 1523 dismembrationem hujus praeposituraе a mensa eppatus Premislien. decreverunt. Vid. Samuel. Nakielski in Miechovia fol. 593- 604—607, ubi refert, sumtus, quos Religiosi illi ad hunc effectum expenderunt, ad Summam 5650 florenorum ascendisse. Lescinius, qui se brevi ad alium opimiorem eppatum transferendum sperabat, haud e re sua fore judicaverit, cum Canonicis regularibus largitionibus certare.

[1]) Jam anno 1523 post fata Erasmi Ciołek eppus Płocen. renuntiatus fuit, nam in documento, a nobis sub. nro. III allegato, vocatur eppus Premisl., nominatus Płocen. — Videtur autem usque ad introductionem sui successoris Andreae Cricii dioecesin Prem. rexisse, nam Acta inter utrumque nullum Administratorem commemorant. In cathedra Płocensi sedens a Janussio, Masoviae duce, severum contra Lutheranos decretum obtinuit, quo capitis poena in eos statuitur, eorumque bona fisco addicuntur. (Vid. Łubieński in eppis Plocen.) — At hoc tam parum reformationis cursum cohibere valuit, ac similia decreta a Sigmundo I lata. Ipsa quoque Lescinia gens novum dogma amplexa est, at Praesul noster ante hunc familiae suae lapsum, qui eum sine dubio ingenti dolore affecisset, fatis succubuit.

[2]) Nakielski in Miechovia p. 616 vocat eum „virum officii „sui vigilantissimum“ et Stanisl. Łubieński in vitis epp. Płoc. „sacerdotali ac eppali functioni ita deditum fuisse scribit, ut „tamen publicas curas minime negligeret.“

Propter virtutem per maxima facta decoram
Hunc releva precibus, lector amice tuis.

Notitias de hoc Praesule praeter Łubieńscium in vitis Eppor Płocen. P. Casp. Niesiecki in „Korona polska“ suppeditat.

DOCUMENTA AD EPPATUM ANDREÆ KRZYCKI.

I 1524. Cros. 26 Aug. Andreas E. P. approbat fundationem census 7 gross. pro quavis Septimana per Julianam Seyder in rem. hospitalis Crosn. ad S. Spirit. factam. Act. vol. VIII, fol. 99.

II 1524. 26 Aug. Andreas E. P. approbat erectionem hospistalis pauperum in Krosno. Ibid.

III 1525. Prem. iu d. S. Franc. Conf. Andreas Eppus P. Capitulo donat domum juxta aream Curiae eppalis. (Trzeb. f. 19.)

IV 1525. Prem. in d. S. Franc. — Andreas E. P. in gratiam nobilis Mich. Skarbiński, factoris sui Radymn. approbat emtionem molendini superioris sub eccla S. Nicolai in suburbio Radymnensi. (Trzeb. f. 210.)

V 1525. Prem. 13 Octobr. Petrus Starzechowski, Cantor et Offic.. Prem. recognoscit, quod Rmus. in Chr. Pater Andreas Eppus Prem. Vicariis ecclae cathedr. beneficium in Niżankowice univerit et decimam de Kniażyce donaverit. (Act. Ep. vol. VIII, f. 82.)

VI 1525. 5 Novembr. Andreas E. P. confirmat privilegium Joannis Ramsch dd. in fest. SS. trium Reg. 1517, quo cum assensu matris suae Helenae dotem ecclesiae in Oleszyce auxit. (Vis. Sierak.)

VII	1525.	9 April. Episcopi Poloniae Clementi P. VII luctuosum rerum ecclesiasticarum in hoc regno statum exponunt, opemque implorant. (Theiner. t. 2, f. 426.)
VIII	1525.	1 Maji. Sigismundus I R. P. Clementi VII proponit: ut ad extinguendam haeresim Lutheri Concilium generale convocet. (Ibid. f. 427.)
IX	1525.	Rom. 19 Maji. Clemens VII AEppum Gnes. hortatur, ut labem Lutheranam a regno Poloniae arcere studeat. (Ibid. pag. 248.)
X	1525.	Prem. in f. S. Francisci — Andreas E. P. cum consensu Capituli innovat fundationem Consulum Brzozov. pro hospitali pauperum. ad S. Sophiam. (Vol. VII Act. Epp. sub. 18 Sept. 1537.)
XI	1527.	Cracov. d. SS. Fabiani et Sebastiani MM. Andreas E. P. provido Phal., Valacho de Dalejova, facultatem dat in bonis eppalibus prope Jaśliska, in campis ad fluv. Chyżne villam locandi, nomine Szklary. (Lib. privileg.)
XII	1527.	Romae 2 Febr. Clemens P. VII concedit Andreae E. P. ut Canonicatum et praepraebendam in eccla cathedr. tum praeposituram ad S. Florianum Cracoviae non solum cum Premisl. eppatu sed et cum quacumque alia cathedra, ad quam eum promoveri contigerit, retinere valeat. (Theiner t. 2 f. 448.)
XIII	1527.	Rom. 29 April. Clemens P. VII Andream E. P. transfert ad ecclesiam Płocensem. (Ibid. pag. 449.)

XV. Andreas Cricius *(Krzycki)*

STEM. KOTFICZ

E. P.

1524 — 1527.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Sigismund I.	Clemens VII	Joan. Łaski.

Archi-Eppus Leopol.
Bernardinus Wilczek.

Criciorum familiae Polonia major domicilium fuit, ubi villam Krzyki haereditario jure possidebant. Andreas noster patrem habuit Nicolaum Krzycki, matrem vero Nicolai Tomicki. vexilliferi Posnan. (fratris vero Petri Tomicki Eppi) filiam. Primoribus studiis Cracoviae absolutis, uberioris eruditionis causa Lutetiam Parisiorum et Bononiam petiit. In his litterarum emporiis multum in eloquentia et arte poëtica profecit, et itinerando cum viris doctis, praecipue vero cum Desiderio Erasmo Rotterodamo, amicitiam contraxit quam frequenti epistolarum commercio conservabat. In patriam redux Episcopo Posnaniensi Lubrański in epistolis ac documentis, Latio sermone concinnandis, operam suam locavit, a quo Schola-

stici dignitatem in eccla cathedr. Posnan. obtinuit. Hunc patronum suum in Hungariam comitatus est, cum ipsi Barbaram, Scepusii comitis filiam, ac primam Sigismundi regis uxorem, in Poloniam adducendi provincia obtigisset. Ea occasione Cricius, qua poëta, epithalamio confecto reginam adeo sibi reddidit propensam, ut eum tanquam Cancellarium ad aulam suam assumeret. Idem munus defuncta Barbara, apud alteram regis conjugem, Bonam Sforziam gessit, cujus laudes identidem versiculis non invenustis, sed meliori themate dignis, concinebat. Ejus favore, et Petri Tomicii avunculi sui, protectione apud regem gratiam invenit, qui eum Secretarium suum nominavit, et ad congressum cum Maximiliano Imperatore proficiscens, una cum Tomicio in comitatu suo esse voluit; qua occasione Posonii Caesarem oratione extemporanea eleganter salutavit. Cum porro etiam in transactionibus cum Crucigeris talenti diplomatici documenta exhibuisset, plura opulentiora sacerdotia regii patronatus accepit, scil. Canonicatum cathedr. Cracoviensem et Praeposituram ad Collegiatum S. Floriani mart. His quasi gradibus tandem ascendit ad eppatum Premisl., quem anno 1524 adgressus,[1]) mox legatione ad Ludovicum, Hungariae regem, functus est, qua durante, cum avunculus ipsius Tomicki ex eppatu Posnan. ad Cracov. cujus jam

---

[1]) Dies inthronizationis ejus non adnotatur, at in Capitulo generali p. fest S. Joannis 1524 celebrato Premisliae praesens adfuit, ac solitum corporale juramentum de statutis et consuetudinibus ecclae Prem. observandis emisit.

Cum eppatu Cancatum Cracovien. retinuit; nam die 6 Apr. 1524 Petrum Tomicium in primo ejus ad ecclam cathedr. Cracov. accessu nomine Capituli pulchro panegyrico salutavit, qui teste Ill. Łętowski in actis illius Capituli asservatur. — Cf. quoque docum. sub. nro. XII cit.

antea Coadjutor erat) transmigrasset, Cricius desiderio cathedrae Posnan. exarsit; at Bona regina pecuniam versiculis praeferens, hunc eppatum Joanni Latalski vendidit. Quem rivalem ille carmine sarcastico, Bacchi prae Apolline praerogativas celebrante, ultus est.

Ejus apud nos episcopatus tempora sat funesta erant; nam et frequentes Tartarorum incursus [1]) provinciae Russiae vix respirandi spatium relinquebant, et haeresis Lutherana, quae Gedani in Prussia in apertam seditionem prorupit, etiam in alias Poloniae provincias sensim sensimque penetrabat, [2]) corruptis cleri moribus etsi non unicam causam, at saltem titulum quendam coloratum praetensae reformationi suppeditantibus. [3]) Nova tum re-

---

[1]) A. D. 1524 Tartari Premisliae regionem invaserunt et colonos villae capitularis Buszkowice magnis damnis affecerunt (Act. Cap. Epiph. 1525.) Novus eorum incursus 1525 metuebatur, nam in congregatione mox adducta conclusum fuit: ut „emeretur cista, in quam res Capituli magis conspicuae et pre„tiosae, praesertim insignia pontificalia, item privilegia eppatus et Capituli inclusa Krosnam conduci sine laesura valeant.“ — Porro statuitur ibidem: scribendum Rmo. D. Eppo, quatenus apud E. Capitaneum Premisl. dignetur obtinere, ut „*turris* „*eppalis*“ in arce Premisl., in qua res omnes, personaeque ecclesiasticae necessitatis tempore antea saecuritatis gratia semper conferebantur, nunc a se indebite occupatae, usum liberum restituat. Item Suae Rmae. Paternitati scribendum: ut suis bonorum praefectis, praesertim Brzozoviensi dignetur praecipere, quatenus res ecclae Crosnam, ibidem more consueto conservandas, deducant. — Ex quibus colligitur Crosnam illo tempore tutiorem fuisse Premislia, cujus munitiones post expugnationem Valachicam 1498 nondum restauratae fuisse videntur. (Vide nos. sub. eppatu Nicol. Krajowski.)

[2]) Vid. quae diximus sub. Raph. Lescinio — Cf. quoq. docum. sub. nro. IX.

[3]) In Actis Capituli ex anno 1526 legitur: „Intellexerunt DD. „Caplares ex frequenti quarumdam ecclarum parochial. hujus „dioecesis rectorum querela : quod Scismatici agros hoc „tempore Catholicor. occupatos (supple-tenentes,) e quibus

gia,[1]) tum Synodalia statuta[2]) malo repagulum efficax ponere haud poterant.[3])

„aut frumenta missalia ipsis, sive ipsorum ecclis juxta prae„scriptam consuetudinem semper, et paulo ante solvebantur, „nunc utrumque solvere recusare, ac proinde propter quotidi„ani victus defectum eosdem asserere, se ecclis debitam servi„tutem cureque pastoralis debitum exequi non posse. Laicos „vero passim omnes tam nobiles quam ignobiles ex quo„rundam clericorum vivendi licencia propter im„punitatem incredibiliter ac supra modum et adeo scandali„zatos esse, ut solitos proventus, nisi emendati fuerint, decre„visse audiantur amplius eisdem se nunquam soluturos. Ideo „Sue Rme. Paternitati etiam decreverunt supplicandum, ut „et ecclarum indemnitati ipsarumque desertationi, ne eveniat, „precavere dignetur tempestive, et ad visitandum universum „totius dioecesis clerum ejusque mores corruptissimos aliquos, „vel aliquem, unum vel plures viros idoneos deputaret.“— Porro in Capit. general. p. f. S. Joan. B. 1524 decernitur: „Scri„bendum Sue Rme. Paternitti sub ejusdem ab eccla sive dioe„cesi sua absencia Synodum fieri non posse, (quae obser„vatio, ut inferius patebit, optato effectu non caruit) visita„tionemque ad mores clericorum quorumdam licentiosos ac „scandala emendanda pernecessariam esse.“

Haec sat tristem imaginem cleri illius temporis nobis exhibent. Saeculo XV eppi in dioecesi sua residebant, ideo hujusmodi corruptelae indicium non occurrit; at vero inde a temporibus Andreae de Rosa Boryszewski eppi a grege suo plerumque aberant. Non est ergo mirandum, tot et tanta zizania pullulasse. nam absente vinitore sylvescere solet vinea. Drevicius et Tomicius eo saltem se poterant excusare, quod qua Cancellarii patriae negotia procurarent; at Lescinius et Cricius nullo munere detinebantur, quod eos a residentia in dioecesi sua excusare posset, nisi quod posterior reginae Cancellarii obsequia praestaret.

[1]) Urgentibus regni praesulibus Sigismundus I R. P. subditis suis omnem comercium cum Saxonia et Silesia interdixit, eo quod hac terrae haeresi prae ceteris infectae essent, et inde contagii periculum Poloniae cumprimis immineret. Vid. Niesiecki tom. 3, p. 463 art. Opaliński. — De concilio generali per eund. regem Sumo pontifici proposito vid. docum. n. VIII.

[2]) Vid. stat. Synod. Lancic. 1527 praesidente Joanne Łaski AEppo Gnesn. celebratae in collect. Wężyk. constit. synodal. p. 296., ubi AEppis ac Eppis iculcatur: ut contra haereticos, aut

Cricius noster, ne officio pastoris deesset, non tantum contra novam sectam calamum strinxit, [4]) sed et Synodum dioecesanam celebravit. [5]) Reliqui actus ejus ep-

homines de haeresi suspectos secundum decreta SS. canonum et statuta provincialia vetera et nova, omni timore post posito procedant. Cum hoc decreto Cricius ad Sigism. R. ablegatus fuit, ut ejus cooperationem ad illud exequendum exposceret. Vid. Ostrowski „Dzieje kościoła“ t. 3, pag. 15.

[3]) Id inde explicandum, quod nobilitas Polona novationibus religiosis, auctoritati et influxui cleri praejudiciosis, favens, in bonis suis absoluto fere dominio gauderet, et novatoribus, a magistratibus civilibus vel locorum ordinariis damnatis in aulis suis tutum receptaculum praeberet. Cf. que diximus sub. R. Leszczyński.

In Epla ad Clementem P. VII Cracov. 9 April. 1625 data Eppi Polonia statum regni religiosum ita delineant : Turbat nos et in maximum metum detorquet modernus ecclicus status, qui majorem in modum a laicis non modo impudentissime sugillatur, sed etiam quibusdam ex causis despicitur. Hinc est, quod haereses venenatae, Catholicae fidei adversae, cumulatissime pullulant et passim diffunduntur. Objicitur plerumq nostro statui ecclico, quod omnia, quibus cultus divinus adornatur, avaritiae causa a nobis in deceptionem plebis fiant, quodque derogationibus, revocationibus, suspensionibus et aliis idgenus, donationes regibus aut principibus, ac etiam ecclesiasticis et aliis saecularibus personis atque locis a Vra. Stitate et aliis Sum. pontificib. factae, perimuntur et suspenduntur.

[4]) Erasmus Rotterdamus (eplar. lib. 18, f. 558 et 19, fol. 610) ipsum vocat strenuum propugnatorem ecclae, pedestri simul et equestri pugna cum Lutheranorum exercitu confligentem (Vid. Niesiecki.) Ejus librum de *„sacrificio missae“* quem qua Eppus Płocen. evulgavit inferius inter ejus opera commemorabimus. Cf. quoque Stanisl. Łubieński in vit. epp. Płocen.

[5]) Celebrata est die Mercurii, 4. Octobris 1525 in eccla cath. Prem. praesentibus Eppo, Platis et Canonicis ecclae cathedr. tum, et Collegiatae Jaroslav., plebanis, altaristis, Capellanis curatis et non curatis, per patentes litteras eppales convocatis. Conclusa continentur vol. VIII actor. Conrii., unde sequentia excerpimus :-

[6]) Inprimis Rmus. in Christo pater invocata Spiritus Sti. gratia cum consensu VV. DD. Platorum et Canonicorum totiusque cleri synodaliter congregati festum sanctificationis St.

pales hi fere fuerunt: Collegio Vicariorum cathedr. beneficium curatum in Niżankowice tradidit, et decimam de villa Kniażyce adscripsit. [1]) Fundationes pro hospitalibus

---

Joann. B., ecclae cathedr. Prem. patroni, sub. 3 lectionibus post fest S. Mathaei Apli (22 Septembr.) tenendum instituit, perpetueque ac aeviterne in eccla per clerum servandum sanxit, cujus festi historiam una cum statutis reformandorum excessuum cleri dioec. gratia editis, ad incudem primum dare, dein in lucem emittere Sua Paternitas Rma pollicita est. (Necitur an promissum impleverit; nam nec unius nec alterius rei ullum vestigium ad nos pervenit. Festum quoque illud pridem exolevit, imo nec constat, an actu introductum fuerit.)

b) Attendendo ecclam in Błozew ex relatione generosi D. Andreae Barzii, ejus patroni et collatoris in proventibus suis valde esse defectuosam, idem Rmus. pater cum assensu S. Synodi ei decimam manip. post agros villae Bunyovicze Dni. Balthasar. Głowa, ex depositione testium fide dignorum olim ed eamd. ecclam in Błozew, nunc vero ad ecclam in nova civitate Bybel (Nowe-miasto) dari solitam, tanquam vagam at jam eo pacto ad mensam eppalem devolutam, ecclesiae in Błozew et ejus rectori semper dandam fore decrevit, porro autem statuit, ut in defectu rectoris ecclae in Błozew rector ecclae in Nova-Civitate parochianis in Błozew Sacramenta administret, et pro cura sua eandem decimam de Buniowice cum caeteris proventibus ad ecclam in Błozew spectantibus quiete et pacifice percipiat.

[1]) Beneficium in Niżankowice jam sub. Mathia de Drzewica Collegio Vicariorum cathedr. fuit incorporatum — (vid. nos. sub h. Eppo) — at concernens privilegium, vivente adhuc ultimo parocho, in effectum transire haud poterat (id quod demum sub. Joanne Carncovio factum est.) Hoc inquietabat Vicarios, ne forte unio illa denuo retractaretur, nam in Polonia omnes hujusmodi gratiae fluxae ac precariae erant, ac post obitum largitoris respectivi privilegia revocari poterant. (Inde tot privilegiorum eppalium et regalium confirmationes explicandae.) Quoad incorporationem ergo dicti beneficii Cricius modo Drevicii decretum confirmavit, sed et decimam de Kniażyce (seu ut tunc scribebatur: Knyeszyce,) quae vaga esse asserebatur, ad mensam Collegii Vicar. adjecit. (Vid. docum. nro. V.

in Krosno [1]) et Brzozow, [2]) item pro eccla paroch. in Oleszyce [3]) factas approba.it. Capitulo domum quandam palatio eppali adjacentem donavit, [4]) in campis Jaślicensibus novam villam, nomine Szklary locavit. [5]) Minus vero sollicitum et liberalem se exhibuit in fabrica ecclesiae cathedralis promovenda. [6]) Quum A. D. 1525 Prussia, teutonici ordinis provincia, saecularisata, et Alberto Brandeburgico, supremo ord. magistro Lutheri haeresim amplexo, a Sigismundo R. P. feudi nomine possidenda tradita fuisset, Cricio, qua homini facundo, et in rebus politicis versato, officium demandatum est, hoc factum apud S. Pontificem et orbem catholicum justificandi, aut saltem ejus invidiam extenuandi. [7])

---

[1]) Vid. docum. nro. I et II.

[2]) Vid. docum. nro. X. Inscribit tertiam mensuram molendini Brzozov. in fluvio Stobnica siti, hospitali pauperum, ejusque praeposito, consulibus autem Brzozov. hanc tertiam mensuram de consensu Capituli in administrationem et provisionem tradit.

[3]) Vid. docum. nro. VI.

[4]) Vid. docum. nro. III. Domum hanc donavit pro Sacrista ecclae cathedr. Prem., aut alias pro usibus beneplacitis ecclae cathedr.

[5]) Docum. nro. XI.

[6]) Acta Cap. post fest S. Joan. B. 1526 ostendunt: 40 marcas pecuniae, quas anteced. annis pro fabrica exsolvere debuerat, penes eum restitisse. Nec Płociam abiens debitum hocce dispunxit, imo novam post annum cit. restantiam 20 marc. iucurrit; nam in Actis Cap. p. f. Epiph. 1529 decernitur petitio ad eundem : ut 60 marcas, sub praefato titulo debitas, effective persolvere velit. Non constat, an huic provocationi satisferit.

[7]) Induciis cum ordine teutonico conclusis exspirantibus (1525) periculum erat, ne bellum erumperet. — (Vid. que diximus sub Petro Tomicio.) — Attamen Albertus, marchio Brandeburg. supremus ord. magister, spe auxiliorum a Carolo V. Imp. obtinendorum frustratus, et alioquin ad bellum cum avunculo suo (erat enim Sigismundi regis e sorore nepos) non adeo proclivis, pacem cum eo his conditionibus inivit, ut

Fuit Cricius eruditione minime vulgari instructus, poëta Latinus non infimi subsellii,[1]) nec minus operibus

---

deinceps Prussiam orientalem tamquam feudum regni Poloniae modo haereditario cum titulo Ducis obtineret, quo facto Lutheri sacra, quibus pridem clam favebat, aperte professus, filiam regis Daniae uxorem duxit, cum ante Cracoviae in verba regis Poloniae vasallorum more jurasset. Hoc modo Prussia, quae tanquam patrimonium ordinis religiosi praerogativis bonorum ecclae gaudebat, subito saecularizata, simul vero et fides catholica ibidem eliminata est; nam plerique equites teutonici, quin et Eppi illius provinciae Joannes Polenz, Sambiensis, et Jacob. Dobenich Pomesanien. una cum supremo ordinis magistro larvam deponentes, Lutherani facti sunt. Quae res cum Romae innotuisset, Sigismundo regi, totique regno Poloniae magnam ibi peperit invidiam. Quare Cricius noster (qui hujus metamorphoseos pars quantulacunque fuit; siquidem legationem ad Albertum Brandeburg. obiit et cum ipso secretos tractatus habuit, quos 1525 memorata compositio secuta est,) in mandatis accepit, ut hunc actum regis regnique coram orbe catholico justificaret. — Hoc pensum epistola ad Joannem Antonium L. Baronem Puleonem, Sedis Aplicae in Hungaria Nuncium — (quam vide apud Nakielski in Miechovia fol. 608—613) — ita executus est, ut judice Stanislao Łubieński (in vit. Epp. Płoc.) magis hominis politici, quam praesulis ecclesiae commodis sincere addicti, laudem inde retulerit. Verum quidem est, equites teutonicos regno Poloniae semper fuisse infensos, et nullam cum eis pacem stabilem fuisse, quia qua religiosi summi Pontificis, et qua Germani, Romanorum imperatoris patrocinio freti, nunquam pactis stabant; negari porro non potest, equites illos a vocatione sua pridem degeneres, et Spiritu saecularizatos fuisse, porro regem praedictam pacem cum ordinis magistro inuendo, apostasiam ejus neutiquam approbasse; at nihilominus clarum est: Sigismundum regem hoc actu ipsi ad dictam defectionem, et injuriam, ecclesiae inferendam, viam stravisse, seque adeo criminis ejus complicem reddidisse. Quidquid ergo diceret Cricius, ut hanc labem purgaret, inanem laborem lusit, atque, ut est in proverbio, „*causa patrocinio non bona „pejor erat.*“ Accedit, quod spes. quam Rex et regni proceres lactaverant, Duces Prussiae a modo fideles Poloniae vasallos fore, penitus delusa fuerit; historia enim subsequentium temporum manifestum fecit, eos cum principibus extraneis acatholicis in perniciem Polonorum semper conspirasse,

litterariis clarus,[2]) quam artis politicae gnarus, hinc in variis difficilioribus negotiis expediendis Sigismundus rex

---

omnemque occasionem excutiendi nexus vasallitici avide captasse, id quod A. D. 1657 (belli Suecici infortuniis notabili) tandem pace Welaviensi obtinuerunt. Res eo devenerat, ut anno 1656 Tartarorum regulus (Chanum vocant) per legatum suum electori Brandeburgico et Duci Prussiae juramentum regi Poloniae praestitum in memoriam revocaret! Sic ergo sub respectu quoque politicio actus ille regius non erat omnino prudens, nam fidem ab homine expectare, qui fidem Deo et ecclae datam violaverat, non magnae sane praevidentiae erat. Et quis non agnoscat, quantum influxum Prussiae saecularizatio exseruerit in progressum reformationis in Polonia, quae paulo post huic regno ingentia vulnera inflixit, et demum quoque, ejus interitum acceleravit.

[1]) Laureatum poëtam vocat P. Niesiecki, quin indicet, a quo lauream acceperit. Erasmus Rotterodamus de ejus scribendi facilitate ita scribit: „Sic pangis carmen, quasi nihil aliud agas, „sic tevis orationem liberam, ut, quamquam ad historicam „sublimitatem assurgis, nihil etiam obstrepat poëticae licentiae. „Quo vero magis deploras, te a litteris, quibus natus esse „videris, ad Eppi munus reiquepublicae functiones pertractum, „hoc nos impensius gratulamur orbi Christiano, cui nulli sunt „magis utiles, quam qui reluctantes a philosophiae dulcissimis „studiis ad patriae consulendum revocantur". Sunt tamen in ejus carminibus juvenilia quaedam parum castigata, quae si Lubienscio fides est, maturiori aetate improbabat. Satyrico etiam sale immoderatius usus est, quam pontificali dignitati conveniret.

[2]) Hos partus ejus litterarios recenset P. Niesiecki:

a) Descriptio victoriae de Tartaris anno 1512 die S. Vitalis apud oppidum Wiśniowce partae (Cf. Załuski, in epplis historico — famil. tom. 1. p. 2, fol. 17 seq.)

b) Oratio in ingressu Petri Tomicii Eppi Cracov. 1524. 4° Cracoviae.

c) Epistola de negotio Pruthenico, 1525. 4 (de quae vide quae diximus not. 7, pag. 211.)

d) Elegia in obitum Petri Tomicii E. Crac., Poëma lugubre in obitum Barbarae reginae, et alia poëmata occasionalia.

e) Liber epistolarum, in quo Eplae Cricii ad Erasm. Rotterd., ad Bonam Sfortiam regin. Pol., ad Petrum Tomicium E. Crac. et al. continentur.

ejus operam adhibere solebat,[1]) cujus favore 1527 ditiorem eppatum Płocens.[2]) demum 1535 Archiepiscopatum Gnesnae[3]) consecutus est.

Janockio teste (Nachrichten von raren polnischen Büchern) insuper edidit:

aa) Opus MS^tum^ Philippi Callimachi experient. s. t. Ad Innocentium VIII Pontif. de bello Turcis inferendo oratio. Ad calcem adjecta sunt carmina elegiaca a Cricio, et Stanislao Cracoviano (Hosio) in laudem Sigismundi I R. P. et Petri Tomicii E. C. concinnata.

bb) De ratione et sacrificio missae Cracov. apud M. Scharfenberger 1529. 8° Pars I: Quale sit missae sacrificium? P. II: Quomodo digne peragatur? P. III: Quae caeremoniae competant, et quid illae significent? breviter ostenditur, — intextis plerisque aliis pro ratione horum temporum, quae te legisse non poenitebit.“

Omnes haec lucubrationes nunc summae sunt raritates. Wiśniewski in hist. lit. pol. commemorat M. S. Stanislai Górski, Canonici Cracov., ac Bonae Sforliae Reginae P. Secretarii, s. t. „Andreae Cricii, Premisl. primum dein Plocen. Eppi, postremum Gnesn. Archipraesulis et R. P. Primatis Opera anecdota, de Sigismundi I. R. Pol. temporibus,“ e Cricii ipsius schedis collecta, et annotationibus illustrata.

[1]) Stanisl. Lubieński in vit. epp. Plocen. „Etiamsi ab aula „primum eppus Prem. postea Plocen. factus recesisset, si quid „tamen gravioris momenti scribendum, si qua gravior legatio „formanda contingebat, Petrus Tomicius et regni Cancellarius „ad ipsum (Cricium) remittebat, palamque testabatur, illius „subsidiaria ope in tractandis publicis negotiis se uti.“ — Niesiecki has legationes ab eo obitas commemorat: 1524 (mox a succepto eppatu Prem.) ad Ludovicum Hungariae regem, 1527 legationem Olomucensem ad faciendam pacem inter Ferdinandum Archiducem. et Joan. Zapolya, regem Hungariae, 1525 ad Albertum, marchionem Brandeburg. Acta hujus legationis sicut et Hungaricae ad Ludovicum R. ab ipso commotata, bibliotheca Zaluskiana teste Wiśniewski in Mss. possidebat.

[2]) Vid. docum. nro. XIII.

[3]) Petro Tomicio AEppatus Gnesn. tunc oblatus fuit, qui vero eum recusans regi Cricium, cognatum suum, comendavit.

Obiit 1537 10 Maji uti sequens epitaphium in eccla Metrop. palam facit:

Reverendisimo in Christo Patri
D. Andreae Cricio
Archieppo Gnesn., incomporabili viro de religione et republ. bene merito, multis ingenii et naturae dotibus insigniter praedito, postremum hoc pietatis munus ab amicis, charam ejus memoriam retinentibus, positum. Moritur A. 1537, aetatis 54°.[1])

De persona ejus et gestis in aliis eppatibus praeter P. Niesiecki agunt: Stan. Łubieński, in eppis Płoc., Steph. Damalewicz in AEppi Gnesn. et Lud. Łętowski in Catalogo Can. Cracov.

---

[1]) Clemens Janicius, poëta laureatus, funus ejus his versiculis deplorat:

Omnia solus erat Cricius, quem sorsque Deusque
Certabant summis vincere muneribus.
Sors tandem indoluit, quod erat contempta sub illo,
Maturumque virum, sustulit ante diem.
Heu!
Quae restituent mihi saecula talem!

Revera si ingenii dona spectes fuit vir minime vulgaris; at nimio erga reginam obsequio nomini suo nonnihil maculae adspersit. Ipsa instigante (si Janocio fides est,) inter nonnullas familias pacem turbavit, vanitatique ac philautiae plus aequo indulgens viros de patria bene meritos, at reginae minus acceptos, mordacibus sarcasmis infestavit. Majore etiam, quam dignitas pontificalis permitteret, morum licentia usus perhibetur, quod et carmina ejus quaedam, obscoenitatibus non vacua, confirmare videntur, quamquam haec lubrica, quae juveni adhuc exciderant, serius improbasse feratur.

Quemadmodum ipse litteris, praesertim poësi, delectabatur ita litteratos, poëtas imprimis, amavit, et in his supra memoratum Clemen. Janicium, qui ipsum qua patronum suum summis encomiis ornat.

DOCUMENTA AD EPPATUM

JOANNIS KARNKOWSKI.

I	1527.	Rom. 29. Aprilis. Clemens P. VII Joan. Karnkowski ecclae Prem. eppum praeficit. (Thein. t. 2, fol. 451.)
II	1517.	Idem de dato eodem electum Premisl. Sigismundo R. P. comendat (ib. p. 452.)
III	1527.	Idem de dato eod. Joanni, electo Premisl. indulget, at beneficia hucusque possessa: utpote Scarbimir. et Cracov. praeposituras, Scolastriam Sandomir., tum Canonicatus Gnesnensem, ac Cracov. in arce ad S. Georg. cum eppatu retinere possit. (Ibid. p. 452.)
IV	1527.	Rom. 5. Jul. Idem Pontifex electo Prem. bullam confirmationis renovat (Ib. p. 453.)
V	1539.	Radimn. 10 Sept. Joan. E. P. erigit capellam in arce Zboiska mfci. Petri Odnowski Palat. Cracov. (Lib. privil. f. 134.)
VI	1529.	Brzozov. 16 Aug. Joan. E. P. erigit altare in eccla Zarszyn s. t. B. M. V., SS. Philippi et Jacobi, Catharinae, Margarethae, Dorotheae et Barbarae VV. — (Lib. privil. fol. 78.)

VII 1530. Cracov. 16 Julii. — Joan. E. P. Capitulo super advocatia in Golcowa, a se redempta et mensae epali incorporata, 8 marcas et quidem: pro dote Sacristae 6 marcas, Mansionariorum 1 marc., et pro stipendio 3 scholarium 1 marc. inscribit, insimul praebendam Sacristae ad ecclam cathedr. erigit, jus patronatus Capitulo adscribit. (Alemb. in Trzeb. fol. 19.)

VIII 1531. Radimn. 15 Sept. Joan. E. P. roborat incorporationem beneficii in Niżankowice ad mensam Collegii Vicar. cathedr., proventus decimarum inter Vicarios et Commendarium localem distribuit. (Collectan. fol. 42.)

XVI. JOANNES
KARNKOWSKI

STEM. JUNOSZA.

E. P.

1527—1531.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Sigismund. I.	Clemens VII.	Joan. Łaski.

Archi-Epp. Leopol.
Bernardinus Wilczek.

Familia Joannis de Karnkow in terra Dobrinensi olim degebat, ipse tamen teste Damalewicz in vitis eppor. Vladisl. in Źmigrod, Russiae vico, primam vitae lucem adspexit. Adolescens Philippi Callimachi institutione usus, laudabiles in litteris fecit progressus. Jam sub Joanne Alberto Secretarius regius factus, idem officium sub Sigismundo I continuavit, ac varias in regni negotiis legationes suscepit, [1]) in quibus ejus dexteritas

---

[1]) Semel atque iterum a Rege in Hungariam missus est, nimir. prima vice ad Vladislaum Hungariae et Bohemiae regem, deinde ad Ludovicum dicti Vladislai filium, Hung. reg. (Damalewicz in Vladislav.)

perinde ac fidelitas eluxit. Earum intuitu plures dignitates et praebendas accepit, nimirum Skarbimimir. ac Crac. praeposituras, Scholasteriam Sandomir., Canonicatum Gnesnae et Cracoviae ad ecclesiam S. Georgii in arce. A. D. 1527 ad eppatum Premisl. promotus est, ita tamen, ut ei praebendas supra recensitas cum illo retinere sit permissum [1]).

Ingressus ejus plus solito retardatus est, quia Roma a copiis militaribus Caroli V Imperatoris occupata, bullae confirmationis a curia papali pro eo expeditae interciderunt, ita ut earum renovatione opus fuerit [2]). Equidem Sigismundi regis.[3]) quin et Capituli votum erat, ut

---

[1]) Vid. docum nro. 3.

[2]) Vid. docum. I, II, IV. Nimirum Carolus V Rom. Imp. et Hispaniae rex Clementi P. VII ob foedus cum hoste ipsius, Francisco I. Galliae rege, initum, bellum intulit, Romaque expugnata Pontificem in arce S. Angeli obsedit. Magna tunc immanitate a militibus caesareanis intra urbem saevitum est, quo audito Imperator, tunc Madriti morans, culpa ferociae in milites sui exercitus Lutheranos conjecta, supplicationes publicas pro Papa liberando indixit, quibus ipsemet nudis pedibus, et poenitentis habitu indutus interfuit!! In hac perturbatione bulla provisionis dd. 29 Aprilis 1527 pro Carncovio edita periit, ita ut actus provisionis sub 5 Julii ejusd. anni iterari debuerit.

[3]) Vid. eplam regis in hoc negotio dd. Cracov. fer. 6 ante f. S. Mariae Magd. in Actis Capituli ex anno 1527 — Capitulum paratum se declaravit, mandato regio satisfacere, et Carncovium, de cujus provisione fide digna testimonia extabant, in possessionem spiritualium perinde ac temporalium introducere; verum tamen Jacobus de Felstin, Collegiatae Cracov. ad S. Aegidium Custos, et Joannis Electi Prem., procurator, Premisliae comparens, ejus nomine nunciavit, eum sine litteris aplicis neque spiritualium neque in temporalium regimini sese ingerere, sed bullas Aplicas omnino expectare velle. (Act. Cap. an. cit.) Nec iteratis Capituli precibus, per delegatos ad se delatis, cedendum putavit; sed primum mense Decembri die 26. ipso festo S. Stephani protomartyris per suprafatum procuratorem suum administrationem

exemplo antecessoris sui Andreae Cricii, et nunc eppi Płocensis, testimonio eorum qui litteras provisionis viderant, nixus, Dioecesis regimen aggredetur; at ipsi hac in re sive regi sive Capitulo velificari religio fuit, unde nonnisi sub anni exitum concernentium litterarum aplicarum renovatione subsecuta, et ad se perlata, administrationem spiritualium et temporalium suscepit.

Eo sedente Premisliensis civitas peste afflicta fuit (1528, 1528 [1]). Vicinum Hungariae regnum Turcarum jugum subiit,[2]) Lutherana haeresis in Germania, Prussia, Silesia, Suecia rapidos progressus fecit, Anglia vero funesto schismate, mox in haeresim degeneraturo, a corpore ecclesiae Romano-catholicae sese segregavit.

Etiam in provinciis Poloniae praetensa sacrorum reformatio sectatoribus non carebat,[3]) quin et in nostra dioecesi acta Consistorii clerici ob haeresim puniti exemplum exhibent[4]).

---

spiritualium ac temporalium, productis coram Capitulo litteris Aplicis sub plumbo, capessivit, ac per eundem procuratorem etiam solitum jusjurandum de statutis ecclae observandis praestitit. (Ibid.).

[1]) A. D. 1528 pestilentia autumno grassari coepit, et tam diu duravit, ut Capitulum generale, quod p. f. Epiph. 1529 celebrandum erat, usqe ad fer. 2 post Dom. „Laetare“ (4. Quadragesimae) differre necesse fuerit. (Act. Cap. ex an. cit.)

[2]) Post pugnam scil. ad Mohacs (1529) ubi Ludovicus rex, pro aris et focis pugnans, Vladislai Varnensis exemplo heroica morte occubuit.

[3]) Cf. dicta sub epp. Raph. Lescinii et Andr. Cricii.

[4]) Acta Conrii vol. VIII, fol. 91 sub. 3 Sept. 1529 haec continent.“ Honorabilem D. Stanisl. de Czyeskowycze „(Ciężkowice) quondam vicarium in Sambor propter quas„dam notas vehementes haeresis Lutheriane e certis ejus sce„dis, cuidam praedicatori in Sambor manu ejus propria scrip„tis, et aliis indiciis repertum suspectum, Rmus. D. eppus „Prem. de dioecesi sua proscribendum, et ab eo juramentum

Ad repimendam novaturientium audaciam plures Synodi [1]) celebratae sunt. e quarum numero est nostra Sy-

„abjurande haeresis exigendum, nec non pro aliis ex„cessibus: visitacione tabernarum, ubi eciam fuit enormi„ter vulneratus, cum scandalo plurimorum, atque etiam pro „ludo cartarum, de quibus omnibus ex visitacione compertus „est esse noxius, carceribus ad peragendam penitenciam per „duos menses deputandum decrevit, ex quibus postquam li„beratus fuerit, ante omnia errorem suum Lutheranismi ibidem „in Sambor revocandum, infra quindenam eidem sese ex dioe„cesi prefata alibi transferendum, et deinceps heresin ipsam „Lutherianam sub pena depostacionis seu degradacionis et in „manus seculares tradicionis non profitebitur.“ Et paulo infra additur: „Eundem eadem die eliberando de carcere pre„dicto obligavit se et inscripsit, abjuraturum hujusmodi heresin „in manib. Dni. Archidiaconi, — quod videlicet deinceps illam „non profitebitur, et quod hinc ad festum S. Francisci trans„ferat incolatum suum ex eadem dioecesi.“ Vidimus et nostris diebus, homines ejusdem furfuris reformatorum ecclesiae gloriam ambiisse.

[1]) In Synodo provinciali 1527 Lanciciae celebrata constitutum est: „ut DD. AEppi et Eppi, praesertim Vratislav (in Silesia) „et Cujaviensis (seu Vladisl. ad cujus dioecesim Pomerellia cum „civitate Gedanensi spectabat) in dioecesibus suis servent in„quisitores et visitatores haereticae pravitatis, qui per singulas „dioeceses visitent et inquirant diligenter de suspectis et no„torios deferant puniendos. Qui inquisitores unus ad minus „esse debent in quavis dioecesi, Presbyter saecularis vel re„gularis. Sed quoniam visitatio et inquisitio ad extirpationem „ejusdem sectae parum prodesset, nisi adhiberetur fidele pa„bulum verbi Dei per viros vere catholicos, valentes verbo, „opere et exemplo, quorum sana doctrina scirent homines re„probare malum et eligere bonum, ideo decernit haec S. Sy„nodus, ut DD. Archi- et Eppi praesertim vero Vratislav. et „Cujav. in curiis, ecclesiis metropol., cathedralibus et collegia„tis, et illis potissimum, ubi secta Lutherana adhuc pullulare „videtur, servent Theologos doctos verbi divini concionatores, „qui evangelium Christi et solidam scripturam, juxta verum et „approbatum intellectum Christi fidelibus tradant et interpre„tentur.“ Altera Synodus Lancic. 1530 celebr. disponit: „ut „officium de haeresi inquirendi, ubi inquisitores non sunt ad „Archidiaconos cathedrales pertineat.“ — Saeculo 14° et 15°

nodus Dioecesana 1529 celebrata [1]). Caeterum Carncovius non minus superstitioni, [2]) quam haeresi inimicum se

---

in Polonia aderant inquisitores et quidem potissimum de familia Dominicana, (vid. Czacki, o litewskich i polskich prawach t. I. p. 304, 305. — Wiśniewski hist. lit. pol. t. V. p. p. 67,) ast lapsu temporis hoc officium apud nos penitus exolevit. — Etiam Leopoli 1527 et 1528 Synodum provincialem celebratam fuisse, Acta Capituli ex anno 1528 pandunt, ubi fit mentio 6 marcar. pecuniae, quae data est Stanislao de Wiśnia et Thomae de Grodzisko, Canonicis Prem. „nunciis „ad Synodum provincialem per Capitulum Leopo„lim missis, pro expensis viae. At quae ibi conclusa fuerint „non notatur. Suprafatus Stanislaus de Wiśnia, alias Sta„nislaus Byliński dictus edidit sub hoc tempus librum „apologeticum pro relig. catholica s. t.“ Defensorium ecclae adversus Laurentium Corvinum Silesium. Cracoviae typis Mat. Scharffenberger 1531. 8°. Vid. Janocki, Nachrichten etc. t. II, pag. 64.

[1]) Haec Synodus d. 1 Sept. et seqq. 1528 celebrata fuit, et quidem Radimnae (prout Acta Capituli ex anno 1533 fol. 152 patefaciunt.) Conclusa ejus leguntur vol. VIII Act. Consist. p. 87—90. En excerptum ex iisdem: I Statuta provinciae ecclesiast. Gnesnen. (auctoritate Joan. Laski AE. edita) in dioecesi Prem. ab omnib. Clericis observentur, sub poena excommunicationis. Quilibet rector pro eccla sua ea comparet, et diligenter relegat. II Quilibet ecclae rector literas processus (currendas) ab ordinario editas reventer suscipiat, ac exequatur, diem executionis annotet, executas unus ad alium ordine statuto transmittat. In negligentes poena 3 marc. et carceris statuitur, III. Domini saeculares per convocationem subditorum (vulgo gromady) populum diebus dom. et festis a cultu divino ne detineant, tanto minus labores serviles ab iis exigant. Quosuper tam Domini quam subditi per concionatores saepius admoneantur. IV. Quoad vitam et honestatem clericorum haec inculcantur: Caste vivant, bonique exempli formam in vestitu sermone et toto vivendi ac conversationis tenore semper et ubique exhibere curent hinc: *a)* Vestes viri des et rubeas ne deferant, nec breves, sed oblongas, neque plicatas, seu ad exemplum laicorum consutas, sed antiquo more. *b)* Ab ingressu et frequentatione tabernarum abstineant, praeterquam in itinere, sub poena carceris unius mensis, *c)* Ludos chartarum, alearum et quoscunque alios vitent, imo neque adspiciant, sub poena suspensionis. *d)* Conviviis sae-

exhibuit, numerum ecclesiarum erectis in Dobromil ac Chyrow parochiis,[3]) et capellania in arce Zboiska[4]) auxit,

---

cularium publicis interesse non audeant. *e*) Mulieres jnvenes in domibus suis ne detineant, sed annosas et bonae aestimationis, sub poena 3 marc. – Deviantes admoniti, ni resipiscant, ab offo et beneficio ad annum suspendantur. Cum mulieribus inservientibus ad fora publica eodem curru ne descendant, sub poena carceris 6 mensium. — V. De celebratione missarum et Sacramentorum administratione: Quilib. beneficiatus vel presbyter in officio div. propter uniformitatem rubrum ecclae Prem., in missae vero offo. rubrum ecclae Romanae observet. A confitentibus et alias pro sacramentorum administratione nihil exigatur. In missarum celebratione et sacramentorum administratione sacerdotes diligenter et reverenter se gerant, aeque caventes a praecipitatione ac a nimia protractione. Ad infirmos vel parvulos baptizandos vocati alacriter et sine quavis depactione accedant. In concionando cauti sint et compendiosi, vitia carpentes neminem infament. A scripturis apocryphis abstineant. — VI. De questu clericorum: Negotiationes et potuum qualiumcunque propinationes Clericis sub poena 3 marc. vetantur. Causas saeculares et negotia publica tractare sub eodem rigore interdicitur. VII. De sepulturis: In funeribus omnis depactio vitanda, nullusque ecclae rectorum pro se aliquid exigat quod vero ex pia consuetudine oblatum fuerit, in usus ecclae absque ulla diminutione convertatur. — VIII. De locato et conducto: Cum evidentia facti ostendat, per contractus arendatareos beneficia ecclica desertari, ideo nullus clericus beneficii sui proventus locare seu arendare praesumat, sub amissione fructuum in hujusmodi arenda expressorum. IX. De sponsalibus: Ne quisquam homines plebejos matrimonialiter copulare praesumat sub poena 3 marcar., nisi banna trina temporibus distinctis in facie ecclae praemissa fuerint. Hoc vero nobilibus in privilegium cedat, quod etiam in eorum matrimoniis in domibus eorum publice ante contractum poterunt praemitti. X. De haereticis: Ne quisquam cum Lutheranis sive schismaticis et aliis hominibus haereticis et curiosae disceptationis studiosis contendat, sed omnes tales, quos noverit fidei Orthodoxae contrarios, ad Eppum, vel ejus Vicarium deferat, idque sub poena 3 marc. In hac Synodo denique etiam contributio pro fabrica ecclae cunctis beneficiatis juxta seq. scalam imposita est: *a*) a decimis manipul. ab ipsis beneficiatis medio juramenti

in eccla Zarszyn. altare assumpt. B. M. V.,[5]) et in eccla Brzozov. confraternitatem opificum sub invocatione B. M. V.[6]) in eccla cathedr. vero praebendam Sacristae seu Vice-Custodis[7]) erexit, ecclesias paroch. in Lubatowa, Urzejowice, Oleszyce, ac in eccla cathedr. altare B. Mariae Magdal. dedicavit,[8]) in bonis eppalibus scultetiam Golcoviensem a privato possessore redemit et mensae eppali univit[9]).

---

corporalis taxatis (pro quanto sc. hoc anno 1529 venditae sint? a quavis marca usuali (48 gross.) 2 gross. *b)* e censibus pecuniar. similiter a quovis marca 2 grossi. *c)* e messalibus seu annonis in grano a quavis vase seu trunco (Kłoda) 1 gross.

Haec, ut quisque videt, excepto art. IX, qui in rebus ecclesiasticis inter personas nobiles et ignobiles discrimen inducit, cum tamen ex mente Christi in regno ejus non sit distinctio liberi et servi) sapienter, et accomadate ad indigentias temporis ordinata sunt. Utinam etiam solicite observata fuissent!

[2]) Michaël plebanus in Grabownica certis suis parochianis de pago Lalina, maleficium exercentibus, cadaver hominis in coemeterio ecclae sepulti exhumare, ejus caput amputare et palo suffigere permisit. Ob hoc crimen, in visitatione ecclae compertum, carceribus ad peragendam in pane et aqua poenitentiam pro spatio sex mensium fuit deputatus. Hoc exemplum, et alia similia, quae in Actis Carncovii frequenter occurrunt, satis arguunt, eum eradicandis e vinea Dni zizaniis, et Cleri moribus reformandis manum serio adposuisse.

[3]) Vid. nos. in Schemat. dioec.

[4]) Vid. Schem. dioec. s. paroch. Nowotaniec. et doc. nro. V.

[5]) Vid. Docum. nro. VI.

[6]) Vid. Acta epp. Szołdrski sub. 12 Sept. 1636, ubi obligationes hujus contubernii moderatur (Act. Consist. vol. XXIII.)

[7]) Vid. docum. nro. VII.

[8]) Vid. Vis. Szemb. et Sierakov. sub. respect. eccles.

[9]) Vid. docum. nro. VII. Hanc advocatium redemit 100 marcis ex massa Nicolai Błażejowski, Decani cathedralis acceptis; a qua Summa 8 marcas annui census super dicta scultetia assecuravit, et quidem: pro pensione Sacristani seu Vicecustodis 6 marc., unam pro Mansionariis ecclesiae cathedr., et unam marcam pro 3 pauperibus scholaribus, qui sacerdotem S. viaticum ad infirmos deferentem cum lampadibus capuciati praecedant. V. Trzeb. f. 19.

A. D. 1581 Mathiae Drevicio in sede Vladislav. successor datus est,[1]) quam usque ad obitum,[2]) 1538 subsecutum tenuit.

Laudatur ab ingenio, eruditione,[3]) munificentia[4]) venerabili corporis forma,[5]) at ob proclivitatem in iram passim carpitur[6]).

---

[1]) Nullus in hujatibus Actis anno 1531 memoratur administrator, unde credibille est, eum ecclam Premisl. regere perrexisse, donec ipse pro Vladisl., et successor ejus Joannes Chojeński pro Premisl. sede bullas obtinuit.

[2]) Tertio dum ovili Vladisl. praeest, anno in conventu Petricov. (1534) paralysi correptus, Cracoviam reparandae valetudinis causa transportatus est, ubi, medicis nil proficientibus, integro quadriennio exacto, lenta morte sublatus est 11 Decem. 1538. (Damal.)

[3]) Damalewicz: Fuit vir non mediocris eruditionis, acrique ingenio, cujus opera princeps prudentiss. (Sigism. I) in multis et magnis reipublicae negotiis, crebris et summi momenti legationibus, utebatur.

[4]) Teste Damal. in eppatu Vlad. arcem Raciąż instauravit.— Acta Capituli nostri ex anno 1539 (vol. II, pag. 14) comemorant axamentum i. e. holosericum ecclae Prem. testamento legatum, e quo cappa (pluviale) parata fuit.

[5]) Damalewicz „Praevenerat in eo annos canities venerabilis, ex „qua ei multum decoris ad maturam virtutum compositionem accedebat.“

[6]) Idem Damalewicz „Quamvis egregiis naturae dotibus insi„gnitus esset, tamen ei debitae laudis non parum detraxit in „iram justo celerior propensio, cui plus nimio indulsit.“ Idem author alludens ad emblema stemmatis ejus gentilitii Junosza (quod est agnus seu aries) his versibus eum delineat:

Conspicuus patrio Praesul Carncovius agno
Stemmate sub miti corda leonis habet.
Acris ingenio, prudens ratione, sed irae
Impatiens, agnus debuit esse, leo est.

Vivens epitaphia sibi Vladislaviae et Cracoviae posuit, quorum primum sic habet:

Joan. Karnkowski, E. Vlad. sciens se esse morituram, hoc suo cadaveri monumentum vivens adhuc ipse jussit fieri A. D. 1536. ejus vero aetatis 64.

Alterum vero ita sonat:

Joan. Karnkowski Praepos. Scarbimir., Canonic., Cracov. et div. Joannis Alberti, Sigismundi I Pol. Reg. Secretarius, hoc suo cineri monumentum vivens ipse jussit fieri A. D. 1522.

Plura de eo, praesertim de gestis in eppatu Vladisl. vide apud Damalewicz, Niesiecki et Łętowski.

DOCUMENTA AD EPPISCOPATUM

JOANNIS CHOJEŃSKI

I 1532. Cracov. in fest S. Clementis. Sigismundus I R. P. ad instantiam Joannis E. P. oppido eppali Jaśliska nundinas, forum septimanale (targi) et teloneum concedit. Act. Eppal. vol. XIII sub 5 Dec. 1550,

II 1532. dd. Cracov. 19 Aug. Joannes E. P. declarat: decimam ex agris desertis (pustki) secundum antiquam praxim in Dioecesi Prem. et terra Sanoc. rectoribus respectivarum ecclarum parochialium deberi. — (Acta Decanat Denov de anno 1664.)

III 1532. dd. Cracov. Sab. f. S. Clementis E. M. Sigism. I R. P. ad instantiam Joannis E. P. confirmat *a)* inscriptionem Consulum Prem. de anno 1398 super censu ann. 5 fertonum pro plebano Premisl. *b)* Privilegium Vladislai II de an. 1405 Crac. in fest S. Elisabeth super censu 20 marcar. Capitulo cathedr. e proventibus civitatis Prem. solvendo (Ros. II. fol. 93. — Trzebin. fol. 98.)

IV * 1533. dd. Vilnae ipso f. S. Mauritii. Joan. E. P. donat Capitulo cathedr. aream mensae eppalis, braxatorio capitulari contiguam in platea castrensi sitam, ad aedificandam domum pro organario, vel ad locandum pro oleo, ad ciborium coram SS. cremando.

V 1533. Radom. fer 3 in fr. Oct. SS. Corp. Christo, Sigismund. I R. P. confirmat Capitulo cath. Prem. emptionem horti in suburbio Prem. ad ripam fluv. San., nomine Gomołczyńskie. (Trzeb. fol. 72, 73.)

VI 1535. dd. Vilnae fer. 4 ante f. S. Joann. B. Joann. E. P. facultatem dat Procopio Chrupej, Valacho, villam de cruda radice in bonis eppalibus prope Jaśliska nomine Lipowiec ad fluv. ejusdem nominis locandi. (Lib. privileg. Cap.)

XVII. JOANNES
CHOJEŃSKI

ARM. HABDANK,

E. P.

1531 — 1535.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim. R. Pol.
Sigismundus I.	Clemens VII † 1534	Mathias Drzewicki 1531—1535.
	Paulus III 1534—1549.	

AEpp. Leop.
Bernardinus Wilczek.

Chojeńscii in terra Posnaniensi et Calisciensi domicilia habebant. Quibus parentibus Joannes noster progenitus fuerit, nullibi notatum reperio. De juventa ejus pariter nil constat, nisi, quod studiis altioribus cum laude absolutis, lauream doctoris in jure utroque assecutus sit. Jam 1522 eum deprehendimus Canonicum Cracov. Serius in eadem eccla ad Archidiaconatum progressus est. Sigismundus Rex cognita ejus dexteritate, Secretarium suum, Joannes vero a Lasco, AEppus Gnesn. Cancellarium suum ipsum constituit, ejusque opera in edendis statutis pro-

vinciae ecclesiast. Gnesnensis usus est.[1]) Erat praeterea Decanus collegiatae Kielcensis, et parochus in Kościelec Dioeces. Posnan.[2]) Fuit unus ex legatis, quos Sigismundus I. ad Ferdinandum I Impr. misit, concordiam inter hunc monarcham ab una et Joannem de Zapolya, ab altera nobilitatis parte regem Hungariae electum, procuraturos. Chojenscius filiam Imperatoris Elisabetham, adhuc impuberem, Sigismundo Augusto regio Pol. et Lith. principi desponsari impetravit.[3]) A. D. 1531 Eppus Premisl. renunciatus, hoc ipso anno temporalium possessionem, sequenti vero anno spiritualium administrationem per delegatum capessivit.[4]) Quamvis continuo ad regis latus, residens, ovili tamen suo debitam sollicitudinem non subtraxit. Juvit fabricam ecclesiae cathedralis,[5]) clero pa-

---

[1]) Vid. Łętowski Catal. Epp. Crac.

[2]) Haec sacerdotia etiam cum eppla Premisl. Sede Aplica dispensante tenuit. V. Theiner in monum. t. II, fol. 516.

[3]) Łętowski libr. supr. cit.

[4]) Vid. bullam confirmationis Clementis VII Actis Cap. 1531 insertam. — Testantibus hisce actis die 26 Aug. 1531 temporalium possessionem adgressus est, at introductio ad eccliam et inthronizatio ei a Capitulo dilata fuit, eo quod procurator ab eo delegatus, nob. Joannes de Barczyk, homo laicus esset. Itaque serius ad hunc actum Stanislaum Praeptum hospitalis Brzozov. delegavit, qui ejus nomine die 12 Aprilis 1632 ad ecclam cathedr. solenniter introductus, juramentum de statutis ecclae observandis ejus loco, ac „in animum ejus“ emisit. (Acta Cap. 1532.) — An porro Chojenius quadriennio eppatus sui ecclam cathedr. unquam personaliter accesserit, incertum est. —

[5]) Acta Capit. sub 5 Jul. 1532 continent: nuncium Capituli ad suam Rmam. Paternitatem — (in Lithuaniam, ubi cum Sigismund. rege morabatur) quantocyus ablegandum esse ad agendas eidem gratias, quod contributionem, clero dioecesis suae impositam, hujus ecclae necessitatibus (pro fabrica) donare dignata fuerit. Similis gratiarum actio etiam in actis 1533 occurrit. — Ignoratur, ad quem finem istae contributiones primitus impositae fuerint.)

rochiali decimas ex agris per colonos desertis, ac praediis nobilium incorporatis, adjudicavit,[1]) Capitulo cathedrali certam domum donavit,[2]) et apud regiam majestatem diversorum privilegiorum juriumque confirmationem procuravit.[3]) Oppido Jaśliska pro nundinis, foro septimanali et teloneo facultatem impetravit,[4]) ac in nemoribus, ad illud pertinentibus villam Lipowiec locavit.[5]) Porro sub ejus regimine altare S. Nicolai in ecclia cathedrali novis indulgentiis provisum fuit,[6]) Contra Lutheri hae-

---

[1]) Vid. doc. nro. II.

[2]) Vid. doc. nro. IV.

[3]) Vid. doc. nro. III, V.

[4]) Vid. doc. nro. I.

[5]) Vid. doc. VI.

[6]) Vid. libr. privileg. f. 22 seq. in quo legitur *a)* instrumentum Antonii t. SS. 4 coronat. S. R. E. Card. Presb. dd. 2 non Jul. 1534, quoad preces Nicolai Karwat Seludowski et Lucae filii ejus, singularem affectum erga altare S. Nicol. in eccla cath. Prem. gerentium, concedit: ut in fest. SS. Laurentii et Nicolai in utrisque vesp. et missis venerab. Sacramentum per altaris S. Nicolai praebendarium et ipsius ecclae clericos processionaliter deferri valeat, ac processionibus ejusmodi interessentes easdem indulgentias, uti in solennitate corp. Christi consequantur; *b)* instrumentum Joanni Ostiensis, Bonifacii Sabin., Laur. Praenestini Eppor., Antonii SS. 4 coronat., Philippi S. Martini in montib. Presbyter. Innocentii tit. Mariae in via lata, Nicolai S. Mariae in Cosmedin, Augustini S. Adriani, et Hieronymi, S. Georgii ad velum aur. Diaconorum, S. R. E. Cardinalium dd. Romae 10 Jul. 1535, quo ad preces praefatorum Nicolai Karwat et Lucae Karwat omnibus Christi fidelibus qui altare S. Nicolai in eccla cath. Prem. in singulis S. Laurentii et Nicolai, Dom. in ramis palm., Pentecostes et assumpt B. M. V. festivitatibus a 1. vesp. usque ad 2. inclus. devote visitaverint, et ad reparationem vel conservationem dicti altaris manus adjutrices porrexerint, centum dies de injunctis poenitentiis relaxantur.

resim Sigismundus Rex[1]) et concilia provincialia[2]) severa edicta promulgare pergebant, quin tamen ejus cursum sistere possent. Premisliae quoque Synodum dioecesanam celebratam acta commemorant.[3])

Fuit Chojenscius vir et episcopus praeclarus, quem coaevi scriptores[4]) maximis encomiis extollunt, e quibus

---

[1]) Edicto regio Vilnae in f. S. Alexii 1535 edicto (cui recens orta Anabaptistarum secta ansam dederat) haec continentur: „Prohibemus, ne quisquam dogma Lutheri et sequacium ejus, „tum Anabaptistarum et aliorum, a consensionibus s. matris „ecclae exorbitantium, intra limites dominiorum nostrorum „profiteri celebrare, promovere, ac affirmare manifeste vel „occulte, in locis publicis vel privatis praesumat, sub poena proscriptionis sui ac bonorum confiscatione.“ — V. Załuski: „Dwa miecze etc.“ pag. 231. Idem Rex litteris ad Petrum Kmita, Castellan. Sandomir., M. regni Marschalcum, Capitan. Cracov. etc. dd. Vilnae 7 Febr. 1535 datis, vetuerat, ne quis liberos, propinquos vel affines suos studiorum causa Witebergam mitteret, adjuncta hac cominatione: „Quod autem „atinet eos, qui apud Lutherum, vel apud quoscumque, alios „factionum istarum principes vitam degunt, his omnem aditum „ad quasvis dignitates et magistratus praecludimus in poste„rum. Qui autem post publicatum hoc edictum vel sua vo„luntate, vel jussu suorum ad istos sectarum auctores, ut eo„rum dogmata imbibant, proficiscentur eos vel extorres esse „jubemus, vel severius castigabimus.“ (Ibid. pag. 247—249, et apud Damalewicz in vit. epp. Vladisl. sub. Joan. Karnkowski.)

[2]) Synod. provinc. Petricov. 1532 praesid. Mathia Drevicio AEppo Gnesn. celebrata, locorum ordinarios curam gerere jubet, ne libri haeretici in Poloniam invehantur ac legantur. Porro commendat, ut „severitati, quae in regno Hispaniae sanc„tissime adversus praevaricantes vel suspectos in religione observatur, inhaerant.“ Załuski libr. cit. pag. 250. Acta Capituli (1532) etiam commemorant Synodos provinciales 1531 et 1532 Leopoli celebratas, quarum constitutiones ignorantur.

[3]) Acta ex anno 1533 provocant ad Synodum dioecesanam, in qua contributio cleri pro fabrica ecclae decreta est. At constitutiones ejus deficiunt.

[4]) Ppilip. Padniewski, E. Prem. dein Cracov. in „elogiis illustrium virorum suae aetatis“ perhonorificam ejus mentio-

praesertim Martinus Cromerus, [1]) ejus quondam alumnus, in historia sua monumentum aere perennius ipsi posuit. Sigismundo regi acceptissimus erat, a quo 1535 ad episcopatum Płocensem [2]) et regni Vicecancellariatum, biennio post ad cathedram Cracov. et Cancellariatum pro-

---

nem facit. — Auctor vitae Petri Kmita — (Stanisl. Górski Can. Cracov.) — de eo ita scribit. „Erat eo tempore Joan. „Chojeński Ep. Płoc., J. U. D., in litteris humanis et divinis „egregie doctus ac eloquens, promti ingenii et exacti, vir ju„dicio, vultu, vita, morum honestate ac religione conspicuus, „justiciae amator ac custos. Is per illud tempus, quo Rex ab „anno 1528—1536 in Lithuania comoratus est, agens Vice„Cancellarium, Tomicii et Schidlovecii in regno degentium „vices obiens, negotia omnia externa ac domestica, quae tum „magna et difficilia eveniebant, et egregie, ut alter Tomicius, „expediebat, ob id gratus regi erat, reginae contra, quod et „clarus et magnanimus esset, et quod eo ad cupiditates suas „uti non poterat, invisus fuit.“ — Etiam Starowolscius in libro de claris Sarmatiae oratoribus“ eum Schidlovecio et Tomicio praestantissimis Poloniae oratoribus aequiparat, et a circumspecta suavique eloquentia plurimum commendat.

[1]) En verba Cromeri libr. V. „Ex hac familia (Habdankorum) „fuit Joannes Choinius, Eppus Cracov. et Cancel. Poloniae, „vir clarissimus, admirabili ingenio, excelso animo, maximo „consilio, eruditione et jurisperitia non vulgari, rara claritate „ac dexteritate in rebus agendis praeditus, in victu vultuque „corporis elegans ac moderatus, temporis parcissimus, con„stantia vero, integritate et libertate in defendenda justitia, „et injustitia oppugnanda singulari. Quibus rebus cum poten„tes et factiosos quosdam offendisset, eorum obtrectationibus „minus gratiosus fuit apud multitudinem, quam esse debuit; „caeterum regi Sigismundo seniori, cujus judicium divinum „erat, ita fuit charus, ut invidi quidam et inimici plus quam „filium eum diligi ab illo dictitarent. Caeterum ante octo „annos immaturam mortem obiit, maximo nostro dolore; etenim „non in clientis, sed in alumni atque filii loco nos dilexit, ac „de ornamentis nostris sedulo cogitabat.“

[2]) Teste Łubieński Andreae Cricio in hoc eppatu 1535 successit. Acta nostra nullum administratorem post ejus discessum commemorant, unde ejus successor Petrus Gamratus discedentem in regimine ecclae immediate excepisse videtur.

motus est. At quanto regi dilectior, tanto magis reginae invisus erat, eo quod vir rectus et magnanimus esset, nec femina astuta et avida eo ad cupiditates suas abuti posset. Obiit vix 51 annos natus 11 Martii 1538 non sine suspicione veneni hausti.[1])

Epithaphium ejus in basilica Crac.

Mens ego regis eram, columenque Senatus
Idque ope Mercuri, Palladis ei Fidei.
Summorum celerem cursum succidit honorum,
Quem dederat Virtus, invida Parca mihi.

Vid. de eo Łubieński, Starowolski, Niesiecki. Łętowski in operibus saepe cit.

[1]) Tideman. Gise ad Dantiscum, eppum Varm. de obitu Choinii scribit: „Non dubito, illum magis injuria quorumdam, quam „morbo aut fato peremtum.“

DOCUMENTA AD EPPATUM
PETRI GAMRAT.

I 1537. Cracov. 10 Martii. Petrus de Gamratis E. P. dat facultatem Iwaskoni Lech, Walacho locandi villam Wągielka dictam, ad rivulum ejusdem nominis, in sylvis et campis desertis ad oppidum eppale Jaśliska pertinentibus. — (Lib. privil. Cap.)

II 1537. Idem de dato eodem concedit in iisdem bonis locationem scultetiae nomine: Wola-wyżnia—Jaśliska.

III 1537. Cracoviae fer. 4 ante Dom. palmar. Petrus E. P. Cantori ecclae Radimnen. (organario?) donat censum 2 marcarum de vino sublimato (cremato?) in oppido Radymno insuper 1 marcam, jam antea pro adolescentibus Scholaribus concessam, approbat. (Vis. Sier. 1744.)

IV 1537. Leopoli fer. 5 fest. S. Annae. Sigismundus I R. P. confirmat privilegium Vladislai Jagiellonis de anno 1391, quo beneficia parochial. Premisl. et Crosn. mensae Capituli cathedr. Pr. uniuntur. (Rosa. II, pag. 261. — Trzebin. fol. 105.)

XVIII. PETRUS
GAMRAT

ARM. SULIMA.

E. P. 1524 — 1527.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Sigismundus I.	Paulus P. III	Andreas Cricius 1535—1537.

Archi-Eppus Leopol.
Bernardinus Wilczek.

Petrus Gamrat, nobili, at minus opulenta gente progenitus,[1]) ubi et quando primam vitae lucem adspexerit,

---

[1]) Auctor vitae Petri Kmita (Sianislaus Górski) Gamratum genere ignobili in submontana carpathica regione patre opilione progenitum, Cracoviae, dum studiis vacaret, mendicato pane vixisse scribit. At P. Niesiecki provocans ad Joannem Łaski in stat. reg. Pol. fol. 127, et ad Bielski Chronic reg. Pol. fol. 351, adducit Stanislaum Gamratum nobilem armorum Sulima, anno 1414 Castellanum Polanecens., et ejus in hac dignitate successorem (1433,) nec non legatum ad regem Hungaricae, Joannem Gamratum. Nec ignobilem Gamrati originem evincit, quod Starowolski (in Cracoviensib.) de eo notat: „nulla Sulimea gentis domus viventem illum patronum „pro sui decoris incremento ambivit“ aut quod Łubieński (in Płocensib.) observat: „eum ante eppatum nulli ecclae cathedr. „adscribi potuisse, quod in nobilitate probanda aliquis naevus et defectus intercesserit;“ primum enim ad summum probat: eum ob mores suos passim etiam hominibus suae stirpis ex-

quibus parentibus et magistris usus fuerit, non constat. Id modo omnes, qui de ipso scripsere, testatum faciunt eum in litteris permodicos progressus fecisce, et aliis potius artibus quam doctrina et dexteritate ad supremos honores pervenisse. Quo tempore Erasmus Ciołek, Płocensis Eppus, legati regii munere Romae fungebatur, Gamratus aulae ipsius magister (mareschalcum vulgo vocant) fuisse, tum nescio quae officia in aula Petri Kmita, Palatini Cracov., praestitisse fertur, [1]) per quem reginae Bonae comendatus, ejus favore et protectione, quam largis muneribus lucrari noverat, ad pinguia sacerdotia, et dignitates ecclesiasticas viam sibi aperuit.

Primum igitur beneficium parochiale in Wyszkow Dioec. Płocen., tum Decanatum in collegiata Varsaviensi et Archidiaconatum in Pultoviensi (w Pułtusku) adeptus est, [2]) mox et ad cathedram eppalem Camenecensem ascendit (circa 1533,) unde [3]) ad eppatum Premisliensem translatus est (1536. [4]) Ambierat et regni Vice-cancella-

---

osum fuisse, alterum vero, ut ipse Łubieński adnotat, mera suspicione nititur. Maneat ergo Gamrato salva sua nobilitas, itu tamen, ut ei nobilitatem sensu sublimiori, quae in doctrina et virtute consistit, minime vindicare possimus.

[1]) Vid. Łętowski in Catal. epp. Cracov.

[2]) Idem auth. post Starowolski et Łubieński.

[3]) Starowolski (in Cracov.) et Piechowski (in Chelmen.) volunt eum ex eppatu Chelmensi ad Premisl. transiisse, at P. Niesiecki indubiis argumentis chronologicis evincit: eum ex eppatu Camenecensi ad Premisl. ascendisse, cathedrae vero Chelmensi nunquam praefuisse. — Vid. quoque apud Theiner in monum. hist. Pol. tom. 2, pag. 515 eplam Sigism. I R. P. dd. 1 Jan. 1537, qua apud Paulum P III pro Sebastiano Branicki intercedit, ut eum in locum Petri Gamrati ex eppatu Camenec. ad Premisl. promovendi pro eppatu Camenec. confirmet.

[4]) Auctor MSti. „vitae epp. Premisl.“ a Fr. X. Zacharyasiewicz editi, Alembekum secutus, Gamratum 1537 eppatum Prem. adiisse asserit. At vero Actor. Eppalium vol. VII inde

riatum, muneri hujusmodi prorsus impar; ast quantumvis reginae, quin et Cricii AEppi Gnesn. ope fuerit suffultus, tamen pro sigillo expetito confusionis notam retulit, seque publico ludibrio et dicteriis inimicorum absque necessitate exposuit. [1])

Brevis ejus apud nos episcopatus nullo peculiari actu spirituali insignis est, paucis tantum ad temporalia pertinentibus sui memoriam apud nos reliquit. [2]) In epocham eppatus Gamrati (1537) incidit prima nobilitatis contra regem conspiratio, funestum posteris exemplum, et in sequelis suis reipublicae mox summopere perniciosum. [3])

---

a Januar. 1536 leguntur Acta Petri Starzechowski, Cantor. Prem., Vicarii in spirit. Offlis. generalis sub eppatu Rmi. in Chr. Pris. Petri Gamrath, eppi Prem. Omnino ergo initium regiminis ejus ad an. 1536 pertinet.

[1]) Łubieński (in Płocensibus): „Reginae ope etiam Vice-„Cancellariatum regni, cum esset eppus Premisl. speraverat, „paratusque in Senatum ita venerat, ut eo nomine regi gra-„tias ageret; sed a Marschalco regio, qui more et instituto „regni praemissa solemni oratione Cancellarios renuntiare solet, „egregie elusus fuerat. Nam is prolixiori usus oratione facie „ad Gamratum versa, cum multa praeclare de ejus magi-„stratus dignitate dixisset, et postremo, veluti Gamratum re-„nuntiaturus, verba illa: „Tibi Domine eppe“ sine tamen no-„mine illius proprio protulisset, et aliquantum haesisset, Ga-„mratus, quasi id sibi dictum esset, surrexit. Sed cum Rex, „hujus ironiae forte non ignarus, manu extensa: „Sedete, in-„quit, domine eppe, non vos estis“ innuisset, tum demum „Mareschalcus eluso et in ruborem Gamrato dato, Joannem „Choinium Vice-Cancellarium regni renunciavit.“

[2]) Vid. docum. sub. nr. I, II, III.

[3]) Sigism. R. eo anno nobilitatem ad arma contra Moldavos, Poloniae fines incursantes, evocaverat. At multi equites, spe obtinendarum dignitatum, bonorumque delusi ac ideo ira succensi, neglecto externe hoste factiones contra regem suscitarunt, ad quas turbas Gamratum quoque, expectatione Vice-Cancellariatus obtinendi frustratum, una cum regina, patrona sua nonnihil contulisse suspicio erat. Conspirationis effectus is fuit, ut milites re infecta domum dilaberentur, Moldaviam Turcis expugnandum reliquentes. — Vid. Orzechowski Annal. Biel-

A. D. 1537 Gamratus ad sedem Płocensem transiit,[1]) inde ad eppatum Cracov. processit (1538,) cum quo paulo post, semper regina opitulante, etiam Archieppatum Gnesnensem ad vitae tempora conjunxit (1540.[2])

Passim describitur ut homo illiteratus,[3]) abdomini

---

ski in Chron. ad h. an. — Ea occasione Rex Leopoli praesens, privilegium, quod sub nro. IV adduximus in favorem Capituli Pr. edidit.

[1]) Teste Łubieński 1537 Płocen. ecclam gubernandam suscepit, quocum concordant Acta nostra (vol. VII,) ubi inde a 23 Sept. 1537 occurit Petrus Starzechowski, qua Vicar. et Offlis. Stanislai Tarło E. P. successoris Gamrati.

[2]) Non est ausus a Paulo P. III hanc cumulationem duorum pinguissimorum eppatuum expetere, sed regina hac in parte pro eo officia sua interposuit. Postquam nimirum durante triennio (ex quo Gamratus Archieppus factus est, retentionem eppatus Cracov. pro ipso de anno in annum emendicasset, tandem A. D. 1543 per Martinum Cromerum intervenit: ut ad dies vitae eppatum Cracovien. cum AEppatu Gnesn. retinere posset. Quo autem efficacior esset petitio litteris duos crateres argenteos inauratos addidit. — Vid. ejus eplas. apud Theiner tom. II, fol. 535, 539, 543. „Mihi, (ait femina „versipellis, in ultima eppla) ex ea re neque seritur, neque metitur (!!) sed regni nostri commoda, religionis stabilimen„tum agitur.“ — Probat pontifici, regem Cracoviae residentem praesentia AEppi Gamrati, cujus apud omnes regni ordines summa sit auctoritas, nullo modo carere posse, denique addit: Cracov. dioecesin in confinibus Germaniae positam esse, neminem Gamrato magis idoneum fore ad resistendum haeresi, inde in regnum Pol. irrumpenti!! — Quis talia relegens indignationem contineat?

[3]) Stanisl. Łubieński (in Płoc.) „Vidimus nos litteras manu „ejus scriptas ad internuncium Mart. Cromerum, quem ad „Urbem curatum, ut simul cum AEppatu Gnesn. Eppatum „quoque Cracov. teneret, miserat, datas, satis elegantes illas „quidem, sed cum antiquitas ipsa testetur, illum „omni caruisse eruditione, crediderim, alterius cujus„piam ingenii partum illum fuisse, et a Gamrato charactere „proprio transcriptum, ut Pontifci fidem faceret, se etiam eru„ditionis laude non carere.“

serviens,[1]) et simoniacus,[2]) at eruditorum patronus,[3]) et in egenos profuse liberalis,[4]) quo factum est, ut quamvis duos pinguissimos eppatus teneret, tamen aere alieno gravatus moreretur[5]) (1545.) Fama est, eum ante obitum visione quaddm excitatum ad frugem rediisse, ac seria poenitentia anterioris vitae devietates scandalaque expiare conatum fuisse.[6])

---

[1]) Starowolski (in Cracov.) „Uti natura prodigus et libidinosus „erat, ita in aula sua nonnisi symphonistas, parasitos, syco„phantas, mimos atque ludiones fovebat, Venerique et Bacho „indulgens in ea erat apud omnes opinione, ut nemo de illo „bene existimaret, cunctique ut perdite flagitiosum execrarentur, quippe qui suo cognomento infame dedit procis in po„lonico idiomate vocabulum, ex proprio in commune ob mo„res libidinosos translatum, ut passim in hodiernum etiam scor„tatores vulgo Gamrati vocentur."

[2]) Non aliunde tanta reginae erga eum benevolentia, quam ex opimis largitionibus explicanda, nam femina ista auri avidissima neminem gratis protegebat. Inde tantus ejus in obitu Gamrati luctus!

[3]) Teste Tretero in vit. Eppor. Varm. Martini Cromeri fortunam morte Joanni Chojenii E. Crac. collapsam, erexit, eumque Canonicatu Cracov. ac plurib. aliis beneficiis providit, sua etiam recomandatione effecit, ut in numerum Secretariorum Sigismundi R. P. cooptaretur. Plures eruditi ei lucubrationes suas dedicarunt, uti Stan. Marszewski librum „de „vita et martyrio S. Stanislai, Joan. Heliz" speculum haereticor Ambrosii Catharini" Cracoviae 1540 reimpressum.

[4]) Starowolski: „Singulis diebus 100 pauperes lautis ferculis „in mensa sua reficiebat, et dum iter faceret duo currus onusti „lineis indusiis et laneis tunicis, vel si hiems esset, ex pelle „ovina consutis vestibus pleni eum sequebantur. Si quis opem „implorans obvius erat, vestiebatur, viatico etiam donabatur.

[5]) Teste Stanisl. Górski status ejus passivus ad 50.000 fl. p. asscendit.

[6]) Vid. Starowolski in Cracov. ubi scribit: Curossium quendam, Gamrati, dum viveret, in comessationibus et voluptatibus socium, ipsi apparuisse, et mortem post sex abhinc menses instantem praenuntiasse, adjuncta monitione: ut anteacta facinora dignis poenitentiae fructibus expiare non segnesceret.

Decessus ejus [1]) nemini magis, quam reginae flebilis accidit, quae sarcophagum ejus in eccla cath. Cracov. hoc disticho, propriae infamiae praecone, notavit:

Gamratum regina potens Bona Sforzia Petrum
Cracoviae et Gnesnae pontificem statuit.
Sarmatici dum vixit erat pater ille Senatus,
Hoc vita functo, publica res tepuit.
Extincto ac vivo favit Bona. Videte!
Qae titulos dederat, haec dedit et tumulum.

Quoad caetera ejus gesta consulatur Łubieński, Starowolski, Niesiecki, Łętowski et Damalewicz (in AEp. Gnes.)

DOCUMENTA AD EPPATUM STANISLAI TARŁO.

I 1540. Crac. fer. 6 ante Dom. palmar. Sigismundus I R. P. confirmat Capitulo Prem. perceptionem decimarum eppalium (biskupczyzna) per eppos cessarum, item perceptionem messalium pro ecclesiis parochialibus totius dioec. Prem., etiam ex agris Ruthenorum, qui prius erant in possesione Catholicorum V. Nakielski Miechoviae fol. 628.

II 1542. Brzozov. 20 Aug. Stanislaus E. P. ecclam paroch. de Bojowice transfert ad Hussakow. (Acta eppatus.)

[1]) Obiit 27 Aug. 1545 anthrace seu carbunculo. Fuit statura magnus et obesus. Nescio unde auctor MSti. Vitae epp. Pr. hauserit relationem de prodigiis obitum ejus praegressis; nostra certa Acta nec minimum eorum vestigium exhibent.

III 1543. Brzozov. 23 Jun. Stanisl. E. P. villam Wola-Jaśliska per suos antecessores jure teutonico locatam transfert in jus Walachium.) (libr. priv. Cap.)

IV 1543. Cracov. Sab. ante f. S. Viti M. Sigismund. I R. P. Mansionariis ad ecclam paroch. in Krosno beneficium reg. patron. in Targowisko incorporat. (Trzeb. fol. 106.)

XIX. STANISLAUS TARŁO

STEMMATIS TOPOR,

E. P.

1537 — 1544.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim. R.
Sigismundus I	Paulus III.	Joan. Latalski † 1540.
		Petrus Gamrat † 1543.

AEppi Metrop. Leopol.

Bernardinus Wilczek † 1840.

Petrus Starzechowski.

Tarłones, qui bipenni i. e. securi pro insigni gentilitio utebantur, teste P. Niesiecki in palatinibus Sandomir. et Lublin. bona habebant. At in Russia quoque non erant alienigenae; nam Andream de Szczekarzowice Tarło. vexilliferum Leopol. oppidum Chyrow de novo locasse (1528,) et ecclesiam parochialem ibidem fundasse (1531,)

Acta nostra eppalia edisserunt. Hujus filius erat Paulus Tarło, Decan. Prem. Canon. Cracov. Stanislaus autem noster dicti Andreae, ni fallor, frater erat, aut alias proxima cognatione eum contigebat, filioque ejus, praedicto scil. Paulo, (qui post modum Archieppus Leopol. factus est.) — Vicario in spiritualibus utebatur.

De progenitoribus Stanislai nihil nobis innotuit, nihil porro de factis ejus ante eppatum constat, praeterquam, quod jam 1524 fuerit Canonicus Cracovien. Cujavien. (i. e. Vladislav.) et Sandomir., serius (1531) etiam Archidiaconus Lublinensis.[1]) et parochus in Pobiednik, D. Cracov.[2])

Eppatum Prem. adgressus est sub exitum anni 1537, at dies ingressus ejus non adnotatur.[3])

Turbae, quas praecedenti decennio Lutheri haeresis in Germania excitaverat, continuo ingravescebant, et laicorum erga clerum catholicum exacerbatio in Polonia quoque, qua haereseos prodromus, variis occasionibus cum vehementia prorumpebat.[4]) Ad mitiganda haec mala gra-

---

[1]) Vid. Niesiecki, Łętowski, Rzepnicki.

[2]) Hoc beneficium (in Decanatu Prossoviensi situm) Danieli, Canonico Varsaviensi cessit, reservata sibi, cum assensu Sedis Aplicae, 50 fl. pensione. Stanisl. Orzechowski, qui dicto Danieli successerat, stipulatam pensionem solvere noluit. Hinc Eppus eum jure convenit. Vid. Act. Epp. vol. V, sub. anno 1642 ubi: „Rmus. in Christo Pr. Stanisl. E. P. constituit procura„torem ad causas contra Stanisl. Orzechowski. Canonicum „Prem., pleban. in Pobiednik, D. Crac., super annua pensione „50 fl. ipsi ex vi contractus cum Daniele, Canonico Varsav. „dictae ecclae in Pobiednik rectore reservata, et per Sed. „Apl. confirmata.“

[3]) In Actis Conrii. lib. VII ad an. 1537 s. d. 23 Sept. legitur: Acta coram V. Petro Starzechowski Officiali Rmi. in Christo Pris Stanislai Tarło E. P. Ergo in hoc tempus initium eppatus ejus est reponendum.

[4]) Vid. dicta sub eppatu Andr. Cricii.

vioraque avertenda concilia provincialia [1]) et Synodi dioecesanae [2]) cogebantur. — Summus etiam Pontifex Paulus P. III A. D. 1542 concilium oecumenicum pro die 1 Novembr. Tridentum convocavit. [3]) Contra Turcas, qui magna terrarum, ad Hungariam pertinentium, parte oc-

[1]) Tres Synodi provinciales Petricoviae celebratae sunt, scil. 1539 praesidente Joan Latalski, 1542 et 1544 praesid. Petro Gamrat. — In Actis Synodi de anno 1542 haec conclusa occurunt: In scholis particularibus in tota provincia non legantur omnino libri Martini Lutheri, Melanchthonis et sequacium, ne ex eorum lectione juventus ab ipsis incunabulis inficiatur . . . Inquiratur etiam diligenter per Archidiaconos et inquisitores de paedagogis in domibus nobilium et civium, ne aliquos libros suspectos legant pueris eorumdem, et eos in fide corumpant. Et quia multorum nobilium et plebejorum filii contra edictum regni publicum Vitebergam et at alias universitates Germaniae, haeresi infectas, studiorum gratia hactenus proficiscuntur, decrevit haec S. Synodus contra tales monitorium speciale et generale, ut intra certum tempus, arbitrio ejusdem determinandum, universitates praedictas desernant, sub poena privationis beneficiorum si beneficiati existant, secus poena arbitrii, per DD. loc. ordinarios imponenda." In altera de anno 1544 (pro defensione jurium ecclesiae, per haeresin Luther. impenitorum, celebrata) haec occurrunt: „Decrevit S. Synodus, quod illi, qui in studio Vitemberg. vel Montis-regii (Königsberg in Prussia ducali) aut aliis partibus Germaniae, de haeresi suspectis, commorantur, nisi a die praesentis constitutionis infra 6 menses redierint, beneficiis priventur ac ad alia obtinenda, ac etiam suscipiendos s. ordines reddantur inhabiles." Acta porro Capituli ex anno 1542 meminerunt Synodi prov. Leopol., ad quam Joannes Starzechowski, Praeptus qua legatus Capituli et totius cleri D. Premisl. deputatus fuit. De constitutionibus vero ejus nil memoratur.

[2]) Acta Cap. Epiph. 1541 commemorant Synodum diocc. 1539 in festo S. Lucae Evangelistae celebratam, in qua inter caetera contributio cleri pro fabrica ecclae cathedr. fuerit decreta. — Etiam in Actis Cap. p. f. S. Joan. 1542 fit mentio alicujus Synodi dioec.

[3]) Interim Concilium hocce primum anno 1545 die 13 Decbr. sub Paulo III inchoatum, sed post biennium ab eodem Papa ob metum pestis Bononiam translatum, inde a Julio III 1549 Tridentum reductum, ibique continuatum, 1522 ob bellicos tu-

cupata, Europae christianae formidabiles imminebant, expeditio parabatur, ad quam, ut sibi annatas, aerario pontificio pendi solitas impendere liceret, Poloniae Praesules a Pontifice enixe petebant. [1])

multus interruptum, ac per 10 annos suspensum, demum a Pio IV instauratum, ac 1563 feliciter absolutum est.

[1]) Vid. apud. Theiner tom II mon. Pol. fol. 520 et seq. eplam PP. Sinodi Petricov. ad Paulum P. III dd. Petricov. 29 Maji 1537, ubi petitionem condonationis annatarum hoc motivo suffulciunt: „Si unquam antea, tum proximis superioribus comi„tiis magna proelia sustinuimus, libertates ordinis nostri contra „clamores hominum prophanorum equestris ordinis tueri et de„fendere contendentes, atque adeo, nisi tam pius, tam sanctus, „tam clemens nobis parens potius quam dominus contigisset, „qui egregia quadam in nos voluntatis inclinatione propendet, „nihil factum erat propius, quam ut majore fortunarum nostra„rum parte everteremur; adeo vidimus prophani ordinis ani„mos erga nos exacerbatos, — Quaeruntur magnam quotannis „a se pecuniam exigi pro tuendis regni finibus, quin et san„sanguinem se suum nedum facultates profundere, ut nobis „otiosis et securis esse liceat. Nostrum vero ordinem non „modo non conferre quidquam ad conscribendos milites, sed „insuper etiam pecuniam e regno ingentem efferre patriamque „per nos spoliari, quae ipsa per se est egentissima, atque ea„rum copiarum, quas habemus, magnam partem ad Romanam „curiam transferri, qua tamen nihil est in orbe locupletius. „Itaque non dubitant nos impietatis accusare, qui patria, cui „prima charitas debetur, deserta, ad eos facultates nostras, „qui minus egent, transmittimus: interea captivos nostros duci, „ad summam inopiam redigi, ferro et igne depopulari omnia „patimur. etc.“ Porro sub 4 Julii 1537 Joan. Eppus Cracov. „nominat. AE. Gnesn. et Joannes Eppus Płoc. nom. Cracov. „Pontifici scribunt: „Quam telam orsi fuerant (nobiles) supe„rioribus regni comitiis, eam incredibili studio pertexere sunt „conati, atque tam obstinato obfirmatoque animo praetendebant, „ut ne quid sacrarum annatarum et pallii nomine e regno pe„cuniae in Urbem efferretur, sed ea potius in regni necessi„tates conferretur, ut coacta fuerit majestas regia non alia lege „et conditione ascendendi ad altiora potestatem nobis conce„dere, quam fidem illi prius nostram obstrinxissemus, fore ut „hanc pecuniam quam majores nostris S. Sedi Aplicae nume„rabant, regni patriaeque nostrae, cui prima charitas debetur „necessitatibus donaremus. Nos pro officio nostro, proque

Stanislaus noster 1539 ex iis erat, qui Isabellam, Sigismundi R. P. et Bonae Sfortiae filiam, Joanni de Zapolya desponsatam, splendido comitatu in Hungariam deducebant.[1]) Post reditum Synodo celebrata, moribus cleri reformandis manum applicuit, et, uti fas erat, a Capitulo cathedrali exorsus, contra consuetudinem pridem introductam, simultanee plura beneficia possidendi, fervorem suum excitavit,[2]) nullo tamen omnino effectu, quia hoc in puncto ipsemet, cum eppatu alia sacerdotia cu-

„eo studio et observantia, qua sumus et esse perpetuo volu„mus erga s. istam Sedem, quidvis potius et facere et pati „nos esse paratos significavimus, quam ut ad has parum no„bis dignas pactiones descenderemus: sed cum videremus, „mora ista et procrastinatione diuturna praedia omnia et pos„sessiones AEppatus Gnesn. a pertranseuntibus militibus ita „exhauriri, ut nihil jam propemodum in iis reliquam fieret, „cumque una animadverteremus nobilium pertinaciam augeri. „in dies, neque adduci eos ulla ratione potuisse, ut aliquid „de ista sua contentione remitterent, fecimus inviti, ut altius „ascensuri supplices nos a Sanctitte Vra. petituros promittere„mus, quo pecuniam, quae per nos Sanctitti Vrae. solvenda „veniret, Sanctitas Vra. regni necessitatibus donaret. Spem „etiam dedimus futurum apud Sanctitatem Vram. precibus „nostris locum.“ Hoc erat praeludium graviorum turbinum, qui sub Sigismundo Aug. excitati sunt.

[1]) Hac legatione A. D. 1539 in societate Petri Opaleński, Castellani Gnesn. functus est. Cf. Bielski Chron. „Neugebauer.“ Vid. etiam artic. „Izabella Zapolska“ in „Rozmaitości“ dd. 7 Jan. 1857 nr. 1.

[2]) Vid. vol. XIII Act. Eppal. sub 8 Mart. 1541 ubi Joan. Czermieński, Cantor Prem, in Sanok et Świeciechowice Pleban. — Stanislaus Orzechowski, Canonicus Prem. in Żurawica et Pobiednie (Pobiednik) Pleb., — Albert de Pilzno, Leop. et Prem. Canonicus, in Góra Pleban., ad instantiam instigatoris officii ratione pluralitatis beneficiorum in contumaciam damnantur. — Porro Acta Capituli ex anno 1543 (vol. II, fol. 30) testantur: Stanisl. Orzechowski, et Joan. Drohojowski, Canonicos Prem. ob possessionem plurium incompatibilium beneficiorum sine sedis Aplicae dispensatione, nec non propter absentiam a Synodo dioecesana, ab Eppo excommunicatos fuisse.

mulans, reformatione indigebat,[1]) oblitusque est, eum, qui alios emendare intendit, ipsummet prius, quae ab iis postulat, facere debere.

Ex hoc capite tum et aliis de causis ipsi cum personis capitularibus,[2]) et cum toto Capitulo continuae lites erant, quarum praecipua contributionem pro fabrica et aliis necessitatibus ecclesiae cathedralis concernebat Nolebat scil. eppus eam portionem, quae ipsi juxta statuta dioecesana incumbebat, pro dicta fabrica solvere, et ut recusationi titulum obtenderet, formulam juramenti, in epporum introductione praestari soliti, arbitrarie immutavit.[3]) Res non sine scandalo ad processum devenit, ac per varia subsellia tracta eum tandem effectum habuit, ut eppus, jure victus, et satisfacere mordicus recusans, decreto Archi-Eppi Gnes. excommunicaretur,[4]) cui sententiae non diu supervixit.

---

[1]) Ipse Eppus cum Eppatu suo Canonicatum Cracoviae tenebat. Vid. Act. Cons. lib. V sub. 28 Jun. 1538, et sub. 19 Januar 1542, ubi „R. in Christo Pr. St. Tarło Epp. Pr. et Canonicus Crac. constituit procuratores ad causas contra Ven. „Capitulum Cracov. motas pro distributionibus retentis.“ Poterat ergo ipsi objici: Medice! cura te ipsum. Cf. Łętowski in Catal. Can. Crac. s. Stanisl. Tarło.

[2]) Recole dicta sub. not. 10. Praecipua cum famoso Stanisl. Orzechowski simultas ipsi fuit. Is, adhuc in minoribus ordinibus existens, ad gremium Capituli susceptus et pluribus beneficiis provisus, patris persuasionibus cedens, ipse enim nullam vocationem ad statum sacerdotalem persentiscebat, ab AEppo. Leop. Petro Starzechowski, sine dimissorialibus ordinarii sui Prem., Presbyteratum suscepit, qua re St. Tarło merito offensus (V. Orichov. in orat. pro dignitt. cleri,) postea eum ob beneficiorum pluralitatem exagitavit. Videbimus mox quantos turbas hic Can. excitaverit sub eppatu Joan. Dziaduski.

[3] et [4]) Antiqua constitutio sub eppatu Janussii Lubinii condita et sub. Nicol. Blazejovio roborata (vid. nos. sub. his. eppis) ferebat: Eppum pro fabrica ecclae et reliquis ejus necessitatibus ad duas partes, Capitulum ad tertiam partem expensarum obligari. Hanc normam a se observatum iri Eppi in suo ingressu juramento firmabant. Stan. Tarło in aditu Eppatus

Quamvis ergo Stanislaus Tarło a scriptoribus ob doctrinam et zelum passim commendetur,[1]) haec tamen, quas

sui formulam istius juramenti arbitrarie mutavit, nam in actis Capit. p. fest. circumcis. 1543 (vol. II, fol. 24) conclusum legitur: „ut juramentum in statutorum libro expressum, „juxta tenorem ejusdem in omnibus punctis ac conditionibus, „nihil mutando, aut variando, per unumquemque dominum an„tistitem, ad ecclam istam recipiendum, sive intrantem prae„standum, ratum et firmum sit, illud autem, quod in Brzozow „Rmus. D. Stanisl. Tarło, Praesul modernus, praestitit, „non acceptetur, imo rejiciatur.“ Sine dubio in rota juramenti ea verba, quae contributionem pro fabrica ecclae concernebant immutavit, eoque nixus ipsam contributionem recusavit. Bilem hoc movit capitularibus; nam necessitas fabricae, a tempore Nicolai de Krajow necdum ad finem perductae, nullam remoram patiebatur. Primum igitur per nuncios, de gremio suo ablegatos, Eppum officii sui reverenter monuerunt, cum vero ille nullis precibus et persuasionibus vincentur, Capitulum quoque a sua contributione pro ecclesia abstinere coepit. Ita factum est, ut cultus divinus cessaret, sumtu pro vino, cera sebo et aliis rebus deficiente. Cum neque litterae, quas Sigismundus I in hoc negotio ad Eppum dederat, ullum effectum produxissent, Capitulum hunc apud AEppum Leop., qua Metropolitanum, jure convenit. Petrus Starzechowski sententia definitiva dd. Cracoviae 3 Mart. 1643 lata, antiquum statutum ecclae Premisl. de contributione pro fabrica ecclae confirmavit, Eppum ad solutionem duplam, Capitulum ad simplam teneri declaravit, pro anno curr. 1543 eppum 20, Capitulum 10 marcas deponere jussit, ad retentam vero solutionem annorum praecedentium eppo semestre spatium indulsit. — Sed Eppus depositis 20 marcis pro illo anno, non vi decreti AEpalis, sed, ut ipse ajebat, vi conclusi cum Platis et Canonicis in Capitulo p. f. Epiph. 1542 formati, et ad tollendum silentium, i. e. omissionem musicae et cantus in eccla, cujus causam Capitulum denegationem istarum 20 marcar. esse dicebat, valorem statuti ecclae Prem., quo decretum AEppi nitebatur impugnavit, omnemque ulteriorem contributionem denegavit, ab AEppo vero Leop. ad Sedem Aplicam appellavit. Capitulum nunc ad AEppum Gnesn. Petrum Gamrat, se convertit, qui sententia sua dd. Cracov. 10 Sept. 1544 Eppum in nullo termino comparentem, in contumaciam judicavit, sententiam AEppi Leop. confirmavit, ac executoribus demandavit: „ut Eppum Premisl. St. Tarło, nisi debitas dicto titulo „Summas exsolverit, ab ingressu in ecclam quamcunque, et

modo attigimus cum Capitulo altercationes (quibus similes etiam cum Capitulo Cracov. fovit[5]) aliquam nomini ejus sivé tenacitatis sive obstinationis maculam adspergunt.

„a divinorum auditione arceant, porro ut, si hanc prohibitionen „per sex dies contumaciter sustinuerit, eum a divinis celebran- „dis et ecclesiasticorum Sacramentorum perceptione suspen- „dant, denique, si hujusmodi suspensionem per 6 dies susti- „nuerit, ut ipsum excommunicent, et excommunicatum singulis „diebus domin. ac festis intra missarum solennia denuncient.“ Decretum hoc mortem Eppi accelerasse videtur, nam non multo post mense Decembri ejusdem anni 1544 obiit, quin stante vita postulationibus Capituli satisfecisset. Testantibus Actis Capituli 1545 retentae pecuniae ab ejus haeredibus repetebantur; at nescitur quo effectu. — Cum in eccla Krosnensi sepultus sit, sublevationem ab excomunicatione, promissa nefors solutione debiti, aut oppositione appellationis suae ad Sedem Aplicam factae, stante vita impetrasse censendus est. Liber tamen Archiconfraternitatis sacerd. in Krosno continet, eum post mortem primum absolutum fuisse. — Praeterea in Act. Capit. ex anno 1544 fol. 38 haec reperiuntur: „Quia ex „rumore et fama communi, et etiam e subditorum eppatus Prem. „frequenti querimonia ac ex re oculis subjecta ad DD. Capi- „tularium pervenit notitia, quod subditi mensae eppalis in „oppidis et villis per factores et officiales ipsorum graviter „opprimuntur, bonaque ipsa eppalia desertantur, „ideo DD. Caplares tamquam custodes bonor. ecclae duos „e gremio caplari Dnos. Platos sive Cancos. deputandos et „mittendos esse cum Notario publico ac dignis fide testibus „ad curiam eppalem Premisliae sitam, ac ad fortalitium „ac curiam Radimnensem, ac ad oppida et villas, videl. Ra- „dimnam, Brzozow, Jaśliska descensuros, ad revidendum et „conspiciendum hujusmodi ruinas, desolationem et annihilatio- „nem bonorum audiendumque de oppressionibus et injuriis „subditorum, civium, emethonum, incolarumque eppatus Prem., „ac per Notarium publicum omnia fideliter scribenda.“ Exe- cutionem conclusi mors Eppi cohibuit.

[4]) Paprocki (cit. a Rzepnicki) eum rerum divinarum humana rumque scientia insignem fuisse testatur. Andr. Bochnens. (apud eumdem) vocat „virum zelo decoro et divini cultus „studio ardentissimum, Nakielski (in Miechovia) Pontificem „excellenti virtute.“

[5]) Vid. not. 1, fol. 245.

Reliqui actus ejus hi fere sunt:

Ad ecclesiam cathedr. confraternitatem SS. Corporis Christi introduxit.[1]) Ecclesiam parochialem oppidi Leśko in praeposituralem mutavit.[2]) In arce Kamieniec (Odrzykoń) inferiore Capellam erexit,[3]) parochiam in Bojowice ad oppidum Hussakow transtulit.[4]) Ecclas in Przysietnica et Domaradz dedicavit.[5]) Petrum Starzechowski, Cantorem Premisl. in Archieppum Leopol. consecravit.[6]) Villam eppalem Wola-Jaśliska-niźnia e jure teutonico in Valachicum transtulit,[7]) ac in villa Kamionka novam scultetiam locavit.[8]) Ejus quoque interventioni adscribendum videtur edictum Sigismundi I R. P. contra conatum saecularium clerum decimis et annonis (messalibus) spoliandi, directum.[9])

---

[1]–[4]) Vid. Schemat. dioec. sub. eccles. nomin. De arce Kamieniec inferiori vid. libr. Vis. Szembek et Sierakowski.

[5]) Visit. Szembek et Sierakowski.

[6]) Skrobiszewski (in Leopoliensib.) sub P. Starzechowski.

[7]) Vid. docum. nro. III. Ratio mutationis haec memoratur: quod dicta villa in montanis, in imis montis Carpathici radicibus sita, jure Valachico, quo et aliae villae districtus, Jaślicensis uterentur, provisa, uberiores proventus mensae eppali latura esset. — Incolae ex jure Valach. praestare tenebantur de quovis laneo possessionato 4 mutones seu verveces, unum caseum, praecinctorium unum, (ut videtur: cingulum pelliceum) porcum decimum de grege.

[8]) Vid. libr. privileg. per Capit. confirmatorum ubi occurrit confirmatio privilegii Waskoni Pawlewski per Stanisl. Tarło E. P. pro locatione scultetiae in Kamionka concessi, — per Adam Nowodworski E. P. dd. Brzozow. 30 Decembri 1628. — Annus primi privilegii non exprimitur.

[9]) Vid. privil. nro. I. In hoc documento dolet Rex multas et graves illorum temporum procellas, et magnam ubique in religione perturbationem, ac observat, ecclam Prem. his turbinibus eo magis esse obnoxiam, quod in Schismaticorum contagione sit constituta. Ideo, ait, sibi operae pretium visum fuisse, ut juribus et privilegiis hujus ecclae speciali cura intenderet. Hinc omnia et singula jura, libertates et immunitates a regibus Pol. antecessoribus suis ecclae cathedr. Prem. et ejus Capitulo concessas, in omnibus punctis approbat et confirmat,

Obiit anno 1544 Crosnae, ac in ejate ecclesia parochiali, cui testamento suo diversa pia legata inscripsit, [1]) quiescit, hac inscriptione sepulchrum ejus indicante:

Jacet hic reverendissimus in Christo pater Dominus Stanislaus Tarło *eppus Premisl., divinarum humanarumque rerum peritia insignis, qui obiit A. D. 1544 d. 14 Dec*

---

in specie vero *a)* possessionem eppalium (alias biskupszczyzna) i. e. decimarum olim ad mensam eppalem pertinentium, per eppos dicto Capitulo cessarum, *b)* duorum colonorum in villa Byszkówice (quos Nicolaus de Próchnik Eppus Camenec. et Canonicus Prem. Capitulo donaverat,) *c)* messalium Vicariis cathedral., et ecclesiis parochialibus juxta antiquam consuetudinem tam ex agris Catholicorum quam Ruthenorum, qui in agris Catholicoum locati sunt. — Vid. hoc privileg. etiam apud Nakielski Miechov. fol. 628.

[1]) Pro Collegio Mansionariorum in eccla Krosn. Summam 1300 fl. pol. inscripsit (Act. Cons. vol. XIV s. a. 1545.) — Etiam pro altari SS. Fabiani et Sebastiani, tum pro altaribus St. Catharinae, et S. Annae in *sacello Polonorum* ecclesiae Krosn. fundationes fecit. — Niesiecki et Rzepnicki sepulchrum ejus perperam in eccla Krosn. FF. minor S. Franc. collocant. — Volum. XIV Actor. Consistorii obitus ejus his terminis refertur: „Anno quo supra (i. e. 1544) die solis, decima quarta „Decembr., circa horam 22. Rmus. in Chr. Pr. et Dominus „Stanislaus Tarło E. P. ex humanis decessit, relicto „post se multorum ululatu. Per cujus obitum jurisdictio R. P. D. Pauli Tarło, Decani, Vicarii in spirit. et Offiicialis ge„neralis, esse desiit, actaque coram Sua R. Paternitate per „me Jacobum Leopoliensem, scribam, haectenus fideliter con„scripta, finiuntur. Vale Paulo Tarło, Praelate humanissime!“ Perperam ergo Niesiecki in serie eppor. Prem. mortem St. Tarło ad ano. 1546 reposuit, quem erorem caeterum ipse tomo 3° correxit.

Liber Archiconfraterinit. sacerd. distr. Krosn. et Sanoc. de eo haec habet: „A. D. 1554 in excommunicatione mortuus. „post mortem absolutus, Crosnae sepultus. Hic pro Mansionaria ad ecclesiam Crosnen. erigenda fundavit flor. 1300 Re„quiescat in sancta pace. Hic ecclesiam in Przysietnica de„dicavit.“ —

DOCUMENTA AD EPISCOPATUM JOANNIS DZIADUSKI.

I 1545. Brzozow 6 Oct. Joan. Dziaduski E. P. innovat erectionem ecclae paroch. in Domaradz. (Vid. Act. Sarnow. s. a. 1678.)

II 1545. Prem. 5 Jul. Joannes Dziaduski E. P. Nicolao Cebrzyk, filio Nicolai senioris, confirmat litteras ipsi per Andream Cricium et Petrum Gamratum EE. PP. super advocatia in Lubatowa concessas, eamque scultetiam ei ad vitae ipsius tempora possidendam relinquit. (Trzeb. f. 142.)

III 1547. Prem. 3 Sept. Joannes E. P. parochiam in Tyrawa, alias Mrzygłód ob difficilem e nonnullis partibus praecipue exundationum tempore ad eam accessum, in duas dismembrat scil. Tyrawa sive Mrzygłód, et Tyrawa Wałuska, proventus decimae inter utramque dividit, et jus patronatus regulat. (Acta epp.)

IV 1548. Prem. 4 April. Joannes E. P. monitorium generale ad omnes personas spirituales dirigit, ut sibi ab haeresi Lutherana caveant. (Acta eppatus s. a. cit.)

V 1549. 18 Febr. Joannes E. P. summo Pont. Paulo III luctuosum ecclae Polonae statum exponit. (Thein. t. II, f. 560.)

VI 1551. Brzozov. 6 Febr. Joannes E. P. vendit certam aream in platea castrensi Premisliae, a tergo curiae eppalis sitam, de consensu Capituli Benedicto Czapczyc pro 70 marcis et annuo censu 6 flor. (Trzeb. f. 63.)

VII 1551. Brzozov. de dato eodem. Idem Eppus certam aream eppalem vendit Joanni Augustynowicz pro 10 marcis et censu 6 fl. annuatim solvendo. (Ibid.)

VIII 1551. Petricov. in Conv. reg. Sab. post festum S. Mathaei Apli. — Sigismund. Aug. R. P. confirmat privilegia eppatus Prem., et quidem *a)* privileg. Mariae R. Hung. de anno 1384 super bonis Brzozow, Domaradz, Rowne, Cyrgowa, Radymno. *b)* Vladislai II de an. 1395 super decima pecuniali. *c)* Vladislai II de anno 1403 libertationis villarum eppal. ab oneribus publ. *d)* Vladislai II de anno 1424 super 14 hortis et aliis fundis ac decimis ad Capitulum pertinentibus. *e)* Sigismundi I de anno 1540 super decimis eppalibus et messalib. cleri D. Prem. (Trzeb. p. 311.)

IX 1555. Petric. in Conv. reg. gli. fer. 2 post D. „Jubilate“ — Sigismundus Aug. R. P. conservat Joan. Dziaduski E. P. in possessione villae reg. Duńkowice, quam in certis summis pecuniariis antecessores eppi et ipse possidebant, idque ad vitae ipsius tempora. (Trzeb. f. 312.)

X 1555. Radimn. 13 Sept. — Joannes E. P. renovat privilegium poponi in Radymno per olim Nicol. Krajewski E. P. super certis agris et juribus concessum. (Lib. privil. f. 108.)

XI 1555. 20 Maji. — PP. Synodi proxincialis Petricov. Paulum P. IV exorant, ut Concilium oecumenicum, Tridenti jam indictum, quantocius perficiatur, solenniterque declarant: circa concilium nationale non ita pridem a Romanorum rege ad dissidia religiosa in Polonia sopienda propositum, inconsulto R. Pontifice se nihil acturos. (Thein. t. 2, f. 377.)

XII 1557. Prem. 25 Aug. — Joan. Dziaduski E. P. acceptat privilegium Sigismundi Aug. R. P. dd. Vilnae fer. 6 ante D. Laetare 1557, quo beneficium paroch. in Wyszatyce, reg. patronatus, Collegio Mansionariorum ecclae cathedr. incorporatur. (Lib. privil. pag. 19.)

XIII 1557. fer. 4 in fest. S. Michaël Archang. Joannes Dziaduski E. P. componit se cum Stanisl. Drohojowski, haerede villae Zamoście, et permittit ut dictus d..us. piscinam in loco paludinoso possit effodere, et aggerem a Zamoście usque ad Skołoszow, possessionem eppalem, juxta oppidum Radymno ducere, erga censum 5 fl. 10 gross. pol. eppis Pr. annuatim solvendum. (Trzeb. pag. 219.)

XIV 1558. Brzozv. 20 Octob. — Joannes D. E. Pr. fundat et erigit novam praebendam ad altare SS. Corp. Christi in eccla cathedr. Prem. — (Trzeb. fol. 21.)

XV 1559. 6 Julii. — Joannes Dziaduski E. P. acceptat decretum Sigismundi Aug. R. P. dd. Cracov. 3 Maji 1559, quo Canonicatus (fundi Pikulice,) per Mathiam Dobratycki possessus patronatum ad Academiam Cracov. transfert. Act. Epp. vol. XII s. an. cit. — Collectan. fol. 75.

VVI 1559. Brzozov. fer. 5 ante f. S. Joan. D. Joannes E. P. ecclae paroch. in Golcowa certam hortulaniam, in villagio eppali, alias na „Nawsiu“ sitam, donat. (Act. paroch.)

XX. JOANNES
DZIADUSKKI

STEM. JELITA

E. P.

1545 — 1559.

Contemporanei:

Rex P.	Pont. Rom.	Prim. R. Pol.
Sigismundus I † 1548.	Paulus III † 1549	Nicol. Dzierzgowski † 1559.
Sigismund. Aug.	Julius III 1550—1555.	
	Marcel II † 1555.	
	Paulus IV 1555—1559.	

AEppi Metrop. Leopol.

Petrus Starzechowski † 1554.
Felix Ligęza † 1560.

Dziaduscii, (qui ut P. Niesiecki refert, etiam Dziduscii vocabantur,) armorum Jelita, Russiae palatinatus indigenae erant.

De majoribus Joannis nostri nulla notitia ad nos pervenit. Si P. Rzepnicki fidem habemus, in academia Cracov. studiorum, in aula Sigismundi I meritorum posuit fundamenta. Romae se temporibus Clementis P. VII

(inter 1523 et 1534) versatum fuisse, ipsemet in epla ad Paulum III [1]) testatum facit, doctorem vero juris utriusque lapis sepulchralis appellat. A. D. 1540 erat Archidiaconus Vladislav., et regni Secretarius. [2]) Teste Nakielski A. D. 1542 factus est eppus Chełmensis, [3]) unde anno 1545 ad Sedem Premisliensem translatus fuit. [4])

Episcopatus ejus in tempora perquam turbulenta incidit.

Lutherana haeresis jam sub antecessoribus ejus sen-

---

[1]) Qaum vide apud Theiner in monum. hist. pol. tom 2, f. 566.

[2]) Cum his titulis occurrit in privilegio Sigismundi I R. P., quod in Summario documentor. ad eppatum Stanisl. Tarło pertinentium nro. I adduximus.

[3]) P. Niesiecki in ser. epporum subdubitat: an unquam fuerit eppus Chełmensis, at Nakielski in Miechovia, et Piechowski in cornucopiis infulae Chełm. id non tantum referunt, sed et actum ab eo in hac cathedra gestum, — commemorant. Nostra denique acta super hoc puncto nulli dubio locum reliquunt; nam vol. XIV s. a. 1554 relationi de morte Stanislai Tarło haec adjungitur adnotatio: „Successit Joan. Dziaduski „ex Chełmensi ad Premislien designatus."

[4]) Naramowski in „facie rerum Sarmaticarum" inter Stanisl. Tarło, et Joan. Dziaduski, Joannem Biliński qua eppum Premisl. interponit. At recte observat Pr. Niesiecki, Dziaduskium immediate Tarłoni successisse. Vide apud Theiner tom. 2, fol. 522 eplam Sigismundi I R. P. dd. 11 Novembr. 1545, qua petit a Paulo P. III, ut Joannem Byliński ex Canonicatu Płocensi ad ejatem eppatum designatum, confirmet. Nostra porro Acta Bylińskium prorsus ignorant. — Quod autem ingressum Dziaduskii attinet, Acta Capituli continent: eum die 9 Aug. 1545 in persona procuratoris sui Joannis Theodori, ecclae cathedr. Chełm. Canonici, juramentum de statutis ecclae Premisl. observandis emisisse, et in realem spiritualium aeque ac temporalium possessionem introductum fuisse, die vero 15 Aug. 1545 personaliter Premisliam venisse, a clero et populo solenniter exceptum. Acta Consistorii ex anno cit. adnotant: eum inde a ponte ad eccliam cathedr. festive ductum esse. — Non ergo ut Pr. Niesiecki (in serie Chełm.) refert primum anno 1546 ad cathed. Prem. progressus est.

sim sensimque per regnum Poloniae serpebat, [1]) at mortuo (1548) Sigismundo I rege ignis, hucusque sub cinere gliscens, in apertam flammam coepit erumpere; nam Sigismundus Augustus ejus successor, molliter a matre educatus, non solum ea, qua pater pollebat, energia caruit, sed etiam, quamvis contra novatores decreta tulerit, [2]) tamen aulicorum instinctu haeresi clam favisse arguitur. [3]) Multi

---

[1]) V. quae sub. eppatu Raph. Leszczyński diximus in not. 2, fol. 197. Vivente Sigismundo I haeresis nondum caput erigere, et templa sua palam aedificare audebat, sed privatos tantum coetus agebat. Anno 1544 domus Joannis Trzecieski, et Bernardi Wojewodka, typographi Cracov. Lutheranorum conventiculum erat. Prior. (Tricesius vulgo dictus) amplam habuit bibliothecam, novatorum operibus refertam, alter qua typographus tractatibus et libellis Lutheranorum divulgandis intentus erat. In aula regia Jodocus Decius, Secretarius reg., Lutheranus fuit, et Franc. Lismaninus, Italus ord. minor. s. Franc. presbyter, qui reginae Bonae a confessionibus erat, eidem sectae clam favebat. Ex eppis quoque quidam, veluti Jacob. Uchański Chełm. et Joan. Drohojowski, Vladislav. (uterque reginae creatura) novationibus segniter resistebant. Hic ergo status erat ecclae, Sigismundo I die 1 April. 1548 moriente.

[2]) Vid. decret. regium dd. Cracov. fer. 6 post f. concept B. M. V. 1550, quo declarat: se nunquam haereticis dignitates collaturum (apud Załuski „Dwa miecze etc.“ pag. 257 et in Act. Eppal. vol. XV s. a. cit.) tum decretum contra haereticos dd. Varsav. far. 4, p. fest. SS. 3 Regum 1557 (Załuski libr. cit. p. 269 et inter constit. Synod. f. 299.)

[3]) Haeretici ei passim opera sua dedicabant, quae ille in bibliothecam suam recipiebat. Vilnae cum moraretur ad templum haereticum concionis audiendae causa conferre se voluit, sed loci suffraganeus eum arrepto equi freno in via cohibuit, dicens: „Nie tam królu! przodkowie twoi na nabożeństwo jeździli.“ Quantam hic regis sive favor, sive conniventia, haereticis confidentiam instillaverit, exemplum Francisci Stancari, Itali apostatae et Pinczoviae pseudoministri ostendit, qui „canones reformatoreos“ a se elucubratos Sigismundo Aug. dedicans, eum his verbis alloqui non est veritus: „Pestis ac „pernicies regni tui Pontifices, agris atque urbibus sunt abs „te primo quoque tempore exterminandi, et cum vestigio e

proinde regni proceres non solum ipsimet a fide catholica deficiebant,[1]) sed et haeresim in bonis suis populo non sine violentia obtrudebant, ecclesias dote sua spoliabant, et templa cathol. in oratoria sectae suae passim convertebant.[2])

Episcopi coeptis hujusmodi pro virili resistebant, in Conciliis provincialibus[3]) et dioecesanis[4]) novam doctri-

---

„Polonia tollendi. Eppatus cancatus, abbatiae, praebendae, „parochiae, ac quidquid sacerdotiorum ac vasorum sacrorum „etiam in sanctiore aerario templorum est, diripiatur, et mihi „correctori, meisque scholis atque ministris attribuatur.“ Et „paulo inferius: „Diadema tuum vel ob hoc maxime invisum „tibi esse debat, quod ejus apex crux est, quae, cum ex „omnibus templis ac triviis, locisque publiciis toto regno a „nobis in praesentia tollatur, ne in diademate quoque salva „permaneat, imo si aliter non potest, cum diademate una „intereat potius, quam auctoritatem regis et regni dedecoret.“ Vid. Orzechowski in „Chimaera“ (qua est refutatio canonum Stancari) Coloniae 1563, 8° fol. 43, 44. Inde etiam explicatur, cur Sigismundi Aug. ad solium regni evecto neologi extranei turmatim in Poloniam migrare, et pro sectis suis proselytos colligere coeperint.

[1]) Nobilissimae regni familiae Oleśniciorum, Tomiciorum, Buińsciorum, Stadniciorum, Leszczyńsciorum, Lassociorum, Kossakowsciorum, Szafraneciorum, Firlejorum, Dłusciorum etc. non tantum haeresi aperte nomina dabant sed et cum quadam petulante ostentatione, et publico catholicae religionis despectu novum dogma profitebantur. Anno 1522 in comitiis Petricov., cum rex more antiquo, Senatu cinctus, missae sacrificio interesset, dum ad elevationem hostiae consecratae Catholici adorationis causa genua flecterent, Raphaël Leszczyński non solum mansit erectus, sed et caput pileo cooperuit!

[2]) E multis nominasse sufficiat Nicolaum Oleśnicki, qui Pinczoviae cultum catholicum abrogavit, ecclesiam in templum suae sectae mutavit, ad quod scholas haereticas instituit, unde nova doctrina velut e Seminario quodam per totam Poloniam spargebatur.

[3]) Multa Concilia provincialia tempore Dziaduscii celebrata sunt, et quidem: 1547 Lanciciae, 1551, 1552, 1554, 1557 Petricoviae, 1556 Lovicii, — quorum decreta vide in Wężykiana

nam condemnabant, statuta, ejus propagationi obicem positura, condemnabant, singulos porro ab avita fide recedentes, et haeresim amplectentes, ad tribunalia sua citabant, et erroris convictos, eique pertinaciter inhaerentes, non tantum anathemate feriebant, sed et infames, poena capitis, et bonorum publicationis afficiendos, declarabant, quod ingentes clamores et turbas contra clerum et hierarchiam

---

editione constitutionem synodal. — In Concilio Petric. 1551 causa Stanislai Orzechowski, qui uxorem duxit, magno animorum aestu tractabatur (de quo vid. infr.) Stanisl. Hosius, Eppus Varmien. jubente Synodo „Confessionem catholicae „fidei“ (confessioni Augustanae Philippi Melanchtonis oppositam) elucubravit, opus egregium, doctrinam orthodoxam lucide exponens, et solide vindicans, primum Cracoviae 1553 excusum, deinde in varias linguas versum. — Quoniam porro novatores postillis suis, vulgari idiomate editis, Catholicis ruinam spiritualem parabant, ideo Synodus, ut hujusmodi libri pestiferi de manibus fidelium facile extrudi possint, ac refutari, AEppo Gnesn. (Nicolao Dzierzgowski) commisit: ut homiliarii Catholici et Catechismi excudendi curam habeat, e quibus rudis populus sanam doctrinam edoceri possit. Catechismum hujusmodi adornavit ac 1567 edidit Martin Białobrzeski, Abbas monast. Cistere. Claraetumbae, simul eppus Laodic. et Suffrag. eppi Cracov. (postea eppus Camenec.) Post hunc Valent. Kuczborski Canonicus Cracov. et Varmien. Catechismum ex decreto Conc. Tridentini editum, jussu Stan. Karnkowski, tunc Eppi Vlad. post AEpi Gnesn., in ling. pol. transtulit ac 1568 in publ. lucem emisit. Denique praefatus eppus Białobrzeski homiliarium seu postillam pol. edidit Cracov. 1581, quale opus etiam P. Jacobus Wujek S. J. elucubravit. — In Synodo anni 1557 auctoritate Nicol. Dirgovii AEpi Gnesn. 4 inquisitores haereticae pravitatis constituti, porro Eppi Jacob. Uchański, Chełmensis, et Joan. Drohojowski Vladislav., qua in fide suspecti, nomine Sedis Aplicae officii sui admoniti sunt. Huic Synodo interfuit nomine Capituli Premisl. Joan. Bielecki Canonicus inquisitor pro Dioec. Prem.

4) Synodi dioec. Premisl. annis 1546 et 1547 commemorantur. Acta eorum desunt, at nonnula earum decreta in aliis Actis laudantur. In priori (1546) actum est de contrariis fidei catholicae, et de Schismate Ruthenor. (Vid. Alembek collectan. fol. 82.) Altera Synodus habita est post f. assumpt. B. M. V.

ecclesiasticam excitabat.[1]) Dum hoc modo regni ordines odiis et rixis in varias factiones sciduntur, Christiani nominis hostes, Turcae, plurimis Hungariae castris occupatis ad limites fere Poloniae dominationem suam proferebant, Tartari quoque et Mosci Lithuaniae et Russiae provincias incursibus infestabant, nobilitas autem Polona ad hostes repellendos arma arripere recusabat, nisi querelis

---

1547, atque in ea Stan. Orzechowski officialis eppi constitutus fuit. (Vid. Alembek l. c. f. 104.) Acta Cap. 1549, fol. 70 etiam testantur: Albert. de Pilzno, Canonicum Leop. et Prem. ex parte Cap. ad AEppum Leop. delegatum fuisse cum propositione convocandae Synodi provincialis, in qua „de uniendis Ruthenis, de tollendis scandalis, et verbo Dei pure ac sincere praedicando mature tractaretur.“ An vero talis Synodus convenerit, non notatur. A. D. 1556 in Capit. p. f. S. Joan. B. decretum: „Synodum dioecesanam „per Rmum. D. Eppum juxta arbitrium Suae Rmae. Paternitatis, visitatione praemissa, celebrandum fore, in qua a D. „Plebanis charitativum subsidium pro schola muro ergenda „sit petendum.“ Num vero haec propositio in effectum transierit, non legitur.

[1]) A. D. 1552 in comitiis regni Petricov. haeretici jurisdictionem epporum in personas a fide cath. deviantes acerrime impugnarunt, pro qua vindicanda Praesules Pol. ibidem Synodum celebrarunt. — Vide quoque eplam PP. hujus Synodi ad Paulum P. IV dd. 22 Maji 1555 (apud Theiner tom. II, fol. 577 seq.) ubi haec leguntur: „Nos eppi tantis malis — „(sc. haereseos propagationi) — restitentes . . . nonnullos ex „ordine ecclico pravorum dogmatum authores non solum ec„clica censura perstrinximus, sed et poenis legitimis in eos „animadvertimus. Non paucos item ex ordine equestri in jus „vocavimus, atque juris ordine, in crimine haereseos servari „solito, contra eos processimus: quae res subito maximarum „et gravissimarum turbarum in regno causa extitit, ingensque „odium inde in nos ecclesiasticos secularium personarum ex„arsit, indigne ferentibus omnibus, sententia nostra bona eo„rum confiscari, ipsosque vita et honore privari debere. Has „enim poenas, jure divino et humano dictante, execrabile „haereseos crimen post se trahit, ac praeter aeternam animae „damnationem his etiam temporalibus malis participes sui in„volvit.“

in materia religionis medela adferretur.[1]) Romanorum rex cujus interesset regem Poloniae ad societatem belli contra Turcas permovere, ordinibus regni auctor extitit: ut ad componendas intestinas de religione controversias concilium nationale indiceretur, interim vero ordinarii regni a processibus contra novaturientes, eos praesertim, qui sub utraque specie S. eucharistiam sumere inceperant, aut qui sacerdotes foverent conjugatos, seu in liturgia vulgari potius quam latina lingua uti mallent, supersederent, caeterum in aliis rebus nulla admitteretur innovatio, aut rituum ab ecclesia Romana alienorum introductio, donec memoratum Concilium nationale decreta sua ediderit.

At hujusmodi propositioni praesules Poloni assensum suum merito recusarunt, nihil se sine scitu et permissu summi Pontificis in re tam gravi statuere posse declarantes.[2]) An enim Concilia provincialia in hac materia toties, sine effectu celebrata, non totidem erant Synodi nationales? Quid ergo a nova Synodo nationali remedii expectari poterat? Quod si forte saecularibus in tali concilio potestas voti decisivi attributa fuisset, tunc haeresis indubie praevaluisset, at disidiorum finis et modus sperari inde non poterat, nam plebs avitam fidem abrogari non tam facile sustinuisset, ut taceam, ipsos novatores, qui mox in varias sectas scil. Lutheranorum, Sacramentariorum (Calvinianorum,) Anabaptistarum et Arianorum (Socinianorum) scindi coeperunt, paci et concordiae inter regni ordines restituendae continuo majora obstacula op-

---

[1]) In epla Synodica praec. not. cit. legitur: „Universus equestris ordo et bona pars Senatus nulla ratione adduci potuit, „ut prius de Turcar. bello aliqua inirentur consilia, quam „eorum postulatis de religione satisfieret."

[2]) Vid. supradatam eplam synodicam.

posuisse.[3]) Non ergo aliunde petenda erat, quam a legitimo controversiarum in religione judice, a Pontifice Ro-

---

[3]) Primi, qui novationes religiosas in Polonia coeperunt, usque ad obitum Sigismundi I regis Lutheri placita sectabantur. At jam 1549 Calvinus, Lutliero sectae ipsius progressum invidens, discipulum suum Petrum Statorium, addito in societatem quodam Thenaud in Poloniam ablegavit. Statorius, quo magis Polonorum benevolentiam lucraretur linguam eorum combibit (quin et primam gramaticam polon. adornasse fertur,) ipsumque nomen suum polonizavit, Petrum Stoiński se vocans. Alter Calvinismi in Polonia propagator fuit Franciscus Stancarus patria Mantuanus, in Academiae Cracov. linguae hebr. magister, at propter doctrinas haereticas a Samuele Maciejowski Epp. Cracov. in arce Lipovecensi carceri inclusus. Inde profugus apud Nicolaum Oleśnicki Pinczoviae asylum invenit, ubi Zwinglii et Calvini placita docuit, tandem vero aeque ac Statorius ad Arianismum defecit. Tertius Calvinismi primopilus fuit Joan. Łaski, AEppi Gnesn. hujus nominis e fratre nepos, Praeptus Gnesn. et Łancic., dein beneficio Joannis de Zapolya, R. Hung., nominatus Eppus Vesprimensis in Hungaria. Hic, uxorem eppatui praeferens, Moguntiae in Germania Lutheranismum professus est, ac Emdae in Frisia pastor constitutus, quia Calvino favens contra Lutheri sensum praedicare accepit, munere cedere coactus, Londinum se contulit, ubi per plures annos coetus Calviniani, ex variis gentibus collecti, ministrum egit. Inde sub Maria regina catholica, quae Eduardo VI Calviniano successerat, pulsus, post varias terras peragratas, 1556 in Poloniam rediit, et Pinczoviae larem figens, Calvinismum docuit, ad cujus progressum per suas cum primis regni familiis connexiones plurimum contulit. Tam valde autem Polonis et Lithuanis Calvini Symbolum arrisit, ut pedetentim omnes, qui se ab eccla catholica segregarunt, Luthero tergum verterint, ac Lutherani, excepta Prussia occid., in paucis tantum Poloniae et Lithuaniae civitatibus remanserint. Ast Calvinianorum secta per Socinianorum, seu prout in Polonia vocabantur, Arianorum sectam magnam diminutionem experta est. Haec in Italia orta est, Laelio et Fausto Socino auctoribus. Laelius 1551 et 1558 in Polonia praesens doctrinae suae semina sparsit, dein in Helvetia Tiguri 1562 fatis succubuit. Multi Calviniani, scholae Pinczoviensis magistri et alumni, placita ejus adoptarunt, in quibus et supradictus Franciscus Stancarus fuit, qui adhuc in Italia patria sua Antitrinitariorum doctrinae

mano,[1]) et Concilio oecumenico per ipsum in civitate Tridentina coepto (13 Decemb. 1845,) quod tamen post

favisse, at eam hucusque solicite occultasse fertur. Ab initio Sociniani Calvinianis permixti vivebant, at cum postea Calviniani omnes Antitrinitarios excommunicarent, hi in pseudo Synodo Petricov. circa annum 1565 ab iis discesserunt, et proprios coetus formare coeperunt. A. D. 1579 Faustus Socinus in Poloniam domicilium suum transtulit, ibique usque ad obitum permansit. Primaria Socinianorum (qui se „fratres Po„lonos" nuncupabant) sedes Racovia fuit urbs in palatinatu Sandomir. a Joanne Sieniеński, palatino Podoliae fundata, ubi Scholas suas et typographiam habuerunt. — Circa ann. 1556 etiam Anabaptistarum secta auctore Petro de Goniądz, qui de caetero cum Socinianis consentiebat, caput extulit et vix ulla nova secta pullulavit, quae hic suos sequaces non invenerit. — Haec scissio in sectas auctoritati eorum apud populum plurimum nocuit, et aeque ac discordiae mutuae, inter eos magna contentione agitatae ulteriori protestantismi in Polonia (ubi apud populum nunquam validas radices figere poterat,) propagationi remoram injecit.

[1]) Anno 1566 haeresis in Polonia tantos progressus fecit, ut major Senatus pars ab ecclesia catholica aliena facta sit. Ipse quoque Sigismund. Aug. rex indies magis in religione nutabat. Quod animadvertens Paulus P. IV. Aloys. Lipomanum, Eppum Veronen., qua legatum suum in Poloniam ablegavit, ut regis animum in fide cathol. confirmaret, et jacturas ecclesiae, quoad ejus fieri posset, repararet. Is cum Nicol. Dzierzgowski, regni primate et eppis hoc ipso anno Synodum provinc. Łovicii celebravit, ubi anteriores constitutiones synodales, ne juventus Polona ad studia germanica, de haeresi suspecta, mitteretur reinculcatae sunt, unaque decretum fuit, ut in proximis comitiis Varsav. de studiis Cracoviae ac Posnaniae reformandis, et melius providendis, sedulo ageretur. Insuper conclusum: ut statuta de scholis particularibus diligenter executioni mandentur utque scholae Kozminensis, Seciminen. ac Pinczov., per novatores recenter erectae, cum earum paedagogis et pseudomagistris juventutem corrumpentibus auctoritate regia interpellata explodantur ac proscribantur (V. Załuski „Dwa miecze etc." pag. 267, 268.) Alia statuta huj. Synod. vid. in libr. constit. synodal. pag. 61, 144, 147, 231, 262. — Protestantes extranei influxum legati pontificii in regis animum pertimescentes sua ex parte Paulum Vergerium, apostatam eppum Justinopolitanum (Capo d' Istria) in Poloniam miserunt, qui „Prolegomena Brentii" edididit, ac

viarias prorogationes primum A. D. 1563 ad exitum perductum pacem ideo restituere non potuit, quia turbatores pacis nullum in religione judicem agnoscentes, ejus decretis sese submittere recusarunt.

Inter haec discrimina Dioecesis gubernationem aggressus Dziaduscius innumeras in explendo officio pastorali experiebatur difficultates. Capitulares longiori cum ejus antecessore Stanislao Tarlo controversia, e qua victores exierunt, insolentiores redditi, frequenter subm ssionis, eppo, capiti suo, debitae obliviscebantur, ejus officio absque necessitate sese ingerebant, [1]) ac variis inter se

---

Sigismundo Aug. dedicavit. At opus istud exinanivit Stan. Hosius Can. Epp. Varm. edita Confutatione prologomenon Brentii" Coloniae 1558 fol. Hic Praesul fuit firmissima columna, cui tum res catholica in Polonia innitebatur.

[1]) In Capit. p. f. S. Joan. B. 1548 Plati et Canonici Eppo varia monita impertiuntur e. g. ut pro examinandis, qui ad S. ordines accedunt, virum doctum et probum habeat, qui muneribus corrumpi nequeat, — ut neminem, nisi ad certum titulum ordinet, ut decimas de agris noviter eradicatis pro mensa eppali exigat, (at tunc temporis etiam ex agris ab antibuo cultis, et decimationi pridem subjectis, hac obventionem exigere perquam difficile erat.) — Ibidem cum eppo expostulant, quod Albertum de Pilzno, procuratorem fabricae per ipsos electum, ab hoc officio alienaverit. (Quasi vero Eppo, qui duplam partem pro fabrica ecclae contribuebat, in procuratore designando nulla vox serviret.) — Ibidem Caplares decernunt: Eppo scribendum esse, ut, si in posterum litteras ad Capitulum dare dignabitur, planis et expressis verbis utatur, quae nulla egent ruminatione. In quo accusatio quaesitae ambignitatis latet, Eppo sine dubio peracerba. — Hic spiritus oppositionis etiam ad inferiorem clerum propagatus est; nam Acta Capituli ex anno 1549 docent, Vicarios cathd. seditionem contra Capitulum concitasse, quoniam consules civitatis (instigante, ut illi putabant, Capitulo, ad praecavendum ne sacerdotes media nocte ad officium divinum vino calefacti venirent) populo sub poena 10 marcarum prohibuerunt, ne quis Vicarios post horam 12. domi suae suscipere, eisque potum dare auderet. Quamobrem indignabundi juncta manu concluserunt, se ab omnibus et singulis officiis ecclicis, in specie a

invicem jurgiis populo fideli, hoc praesertim turbulento tempore, aedificatione ex parte cleri indigo, scandalum praebebant. Dziaduscius prout injurias personae suae illatas offensoribus ex animo condonabat, [1]) ita confratres litigantes ad pacem et concordiam monitis suis, nec sine effectu, provocabat. [2]) Plurimum negotii ipsi facessebat Stanislaus Orzechowski, [3]) Canonicus cathedralis, homo

---

cantu chorali tam diu cessaturos, donec pristina libertas, quocunque tempore per civitatem vagandi, ipsis reddita fuerit, et si Eppus, ejus Vicarius aut quiscunque alius eos propterea punire voluerit, omnes ac singulos praebendas suas resignare debere. At duobus e gremio Collegii exclusis, pax et ordo rediit. — Haec sufficiant, ut pateat, quanta vertigo occasione praetensae sacrorum reformationis cerebra corripuerit.

[1]) Albertus de Pilzno, Canonicus praedicator, propter verba injuriosa, quibus Eppum impetierat, a confratribus in Cap. p. f. S. Joan. B. 1549 poena 20 marcar. mulctatus est. At ipsemet Eppus de clementia et benignitate sua hanc mulctam ad 8 flor. moderatus est.

[2]) In prima, cui 18 Aug. 1545 interfuit, sessione caplari pacem fecit inter Stanisl. Orzechowski Canonicum, et Joann. Czermieński cantorem, de quodam horto magno ardore litigantes. Anno seq. 1546 fer. 2 post f. Assumpt. B. M. V. eundem Stanisl. Orzechowski, hominem impetuosum et satyricum, cum Andrea de Pilzno, Canonico reconciliavit. Ambo verbis et libellis famosis cum magno scandalo se invicem insectabantur, at monente Eppo sibi mutuo ignoverunt, et a similibus actibus se dehinc sub poena 100 marcar. abstinere velle declararunt. — In congregatione p. f. Circumcis. Dni. 1550 habita Eppus omnes injurias, quas unquam a Capitulo retulit, liberaliter et paterno affectu remisit ac condonavit, utque haec concordia firma et stabilis maneret, statutum pacis et tranquillitatis eis in scripto obtulit, quod lectum ac revisum unanimib. votis approbarunt, tactisque singuli duobus digitis ipsius statuti scripturis, se illud inviolabiter observaturos jurarunt.

[3]) Stanisl. Orzechowski stemmatis Okszyc, in terra Premisl. natus, (villarum Zurowice, in districtu Prevorsc., et Barańczyce, in distr. Sambor. haeres,) patre volente statui ecclesiastico invitus nomen dedit. A. D. 1535 qua clericus minorum ordinum Canonicatu in eccla Prem. obtento, ad exteras Academias studiorum gratia profectus est. Venetiis magistro

facundus, at ingenii febricitantis, vocatione sacerdotali vacuus, moribus saecularis, qui postquam longo tempore

---

Egnatio eloquentiae operam dedit, Vitebergae vero ipsum Lutherum theologiam explanantem audivit, unde, quamvis ab eccla cathol. non recesserit, principia doctrinae ecclesiasticae adversa ex ore magistri haust. In patriam redux, patris voluntati obsecundans, ab AEppo Leop. Petro Starzechowski, sine dimissorialibus Ordinarii sui Prem., ordines majores suscepit, quod eum cum Stanisl. Tarło Eppo Prem. liti implicuit. (Vid. nos s. h. Eppo.) Praeter Canonicatum beneficia parochialia in Zurawica (prope Premisliam) et Sanok, de Prem., ac in Pobiedzik, Dioec. Cracov. assecutus est (Vid. nos sub. S. Tarło.) Vocatione ad sacerdotium vacuus, mores quoque minime sacerdotales praeseferebat, in concubinatu notorio vivens. Anno 1647 etiam libellum contra coelibatum clericorum evulgavit, et in sermonibus, e. s. suggestu habitis, Graecorum, (quorum ob tolerata sacerdotum conjugia amicus erat,) errores defendere coepit, aliaque piarum aurium offensiva declamavit. Joan. Dziaduski eum propter hoc a verbi divini praedicatione suspendit, ac poenitentiae subjecit, quam obsequenter subiens, cum juramento spopondit, se a similibus deviationibus de caetero abstinere velle. Sed ecce an. 1550 dum comitiola Wiśniae aguntur, ibidem compareus coram congregatis nobilibus jactare incipit: se quantumvis eppus obstet, uxorem ducere velle. Ob quam temeritatem ei rursus ab eppo dies dicitur, at, simulata palinodia, porro intercedentibus Samuele Maciejowski Eppo, Petro Kmita palatino, et Joanne Tarnowski castellano Cracoviensibus a termino absolvitur. Sic Eppo in speciem reconciliatus, Canonicatum ac beneficia in Dioec. Premisl. resignat, ac ad parochiam in Niedźwiedź, D. Crac., (cujus rector Felix de Szczebrzeszyn a religione cathol. detecerat,) sedensce, ibi anno 1551 cum Magdalena Chełmscia nuptiis celebratis una cum ea ad possessionem suam Żurawicensem (hodier. villam Żurowiczki) sub oppido Przeworsko reveritur. Propterea ad eppi tribunal Brzozoviam adcitatus cum armata nobilium manu (in qua plerique haeretici erant) advenit. Magnus tum in eo oppido tumultus fuit, ita ut Dziaduscius etiam capite periclitaretur, at ille hoc strepitu minime consternatus Orichovium, sine armatis comitibus judicio se sistere recusantem, in cotumaciam judicat, ob violatam s. coelibatus legem communione ecclesiastica privat cunctis dignitatibus et honoribus exutum e dioecesi proscribit; contra quam sententiam hic protestatur, negans se jurisdictioni eppi Premisl. subesse, in cujus dioecesi nullum beneficium possideat. — Quum anno

contra varias ecclesiasticas institutiones verbo et scripto perorasset, tandem, resignatis beneficiis ecclesiaticis, uxo-

1552 Synodus provincialis Petricoviae convenisset, venit illuc Orechovius, more suo magna patronorum caterva stipatus, insinuataque appellatione a decreto Eppi fidei suae confessionem Patribus obtulit (postea Coloniae 1563 in 8° typis impressam.) In hoc documento catholicum se esse et manere velle profitetur, rogat vero, ne ab uxore divellatur, cum dono continentiae carens, et vocatione sacerdotali destitutus, ad communionem laicam redierit, et ab omni functione sacra abstinere constituerit. Magna tunc fuit PP. conscriptis perplexitas. Nolebant factum in exemplum trahi, haereticis triumphum parari, auctoritati eppi derogari, at periculosum videbatur, virum tantae facundiae — (erat enim vere eloquens, licet profundiori eruditione theologica careret,) — tot parentelis potentem, tam importuno tempore, quo haeresis tanta audacia caput extollebat, ab eccla catholica abalienare, et quodammodo haereticis cedere, qui hac acquisitione in catholicae fidei perniciem abuti haud praetermissuri fuissent. Itaque mediam quodammodo viam ingressi, Orechovium a censuris, per Dziaduscium fulminatis, ad eum finem absolverunt: ut sibi intra unum annum apud S. Sedem Aplicam de opportuno juris remedio provideret. Vid. Acta Eppalia vol. XIII sub. annis 1547, 1550, 1551 et vol. XVI ad an. 1559, unde praecedentia excerpsimus. Quo successu Orechovius causam suam Romae egerit, Acta nostra non pandunt. Paul. Piasecki in Chronica pag. 42 scribit: cum Samuelis Maciejowski Epp. Crac. patrocinio adjutum, a Sede Aplica dispensationem a lege coelibatus impetrasse. At Maciejovius jam 1550, proinde ante Orechovii connubium fatis cesserat, ut proinde Piasecius intercessionem eppi Cracov. apud Dziaduscium pro Orechovio factam (de qua supra mentio fuit) cum interventione apud S. Pontificem confundere videa tur. Manifestum porro est, Orichovium anno 1561 talem dispensationem nondum habuisse; nam in Concilio prov. hoc anno Varsaviae celebrato „de dignitate sacerdotali“ perorans, minatur: se nisi facultatem, uxori cohabitandi, acceperit, ad Graecorum communionem transiturum. Id ipsum confirmant recens edita monumenta historica Pol. ubi tom. II, pag. 660 legitur relatio Bernardi Bonjoanni Eppi Camerinensis, Aplicae Sedis in Polonia legati, anno 1561 ad Cardinalem Moroni scripta, quae testatur, etiam Sigismundum Aug. R. P. apud Julium P. pro Orechovio intervenisse, ut ips memorata dispensatio concederetur, porro Pontificem spem annuendi fecisse, prius tamen aliquod opus ab eo contra haereticos elaboratum

rem duxit, et ad communionem laicam rediit. Auxilium hujusmodi declamatoris, patrocinio nobilitatis contra clerum

videre voluisse. (Il Papa promesse compiacere Sua Maestâ, ma voleva, che prima scrivesse, e si vedesse in publico qualche opera sua contra gli. eretici i. e. Papa Suae Majestati hac in re velificari promisit, sed prius ab ipso (sc. Orechovio, quidpiam operis contra haereticos scribi, et in lucem publicam emitti optavit.) Interim mortuo Papa rem usque nunc in suspenso fuisse relictam. (Morse intanto Giuglio, talche e per questo e per la malignita dei tempi la cosa e scorsa sin qui i. e. obiit interim Julius (Papa,) et sic causa isthaec jam propter hoc, jam propter temporum malignitatem hucusque indecisa haesit.) Narrat porro, se Orechovium, coram se constitutum, ab excommunicatione eppali absolvisse — (nimirum sublevatio AEppi Dzierzgowski et PP. Petricov., quam 1552 obtinuit, tantum ad annum valebat) — ipsumque a suspicione haeresos liberasse. Rogat demum suo et Synodi Varsav. nomine, ut Sua Sanctitas cum eo in quaestionato puncto dispensare velit. (Mi sono risoluto . . . che in quel caso il Vescovo lo potea scomunicare, ma non dichiarare eretico simpliciter, perche al' eresia si ricerca „error in intellectu in his, quae sunt fidei, cum pertinacia" le quali cose non concorrono tutte in questo; pero ho cancellata la dannazione de l' eresia, et havendo ne fatto un istromento publico: che sottomette questa sua: „di poter difendere, che gli sia lecito vivere con la moglie, non se intromettendo nelle cose sagre," alla dichiarazione di Nostro Signore over del Concilio generale, fin tanto ho sospese là scomunica. Per questo il Sinodo e tutti gli. Cattolici supplicano al S. Beatitudine, che si conteuta dispensarlo e totalmeute quadagnare quest' uomo, che combatte per la religione i. e. Visum mihi fuit, eppum (Dziaduski) eum hoc in casu (sc. ob uxorem ductam) excommunicare, minime vero simpliciter haereticum declarare potuisse; nam ad haeresim requiritur error intellectus in his, quae fidei sunt, cum pertinacia, quae res in presenti casu uon concurrunt. Quare ejus damnationem titulo haeresos sustuli, factoque desuper publico instrumento: quod suum assertum *„licitum sibi fore defendere, quod, modo a sacris abstineat, mulieri cohabitare possit"* judicio SS^mi Domini nostri, aut Concilii generalis submittat, eousque (i. e. donec decisio desuper lata fuerit,) excommunicationem ejus suspendi. Synodus igitur, cunctique Catholici Suae Sanctitati supplicant, ut cum ipso dispensare, hominemque pro religione militantem lucrari dignetur.) Haec intercessio Nuncii Aplici effectu non caruisse videtur; nam

suffulti, haereticis perutile esse, hierarchiae vero ecclesiasticae profunda vulnera infligere poterat. Attamen Praelatis regni et Nuncio Aplico circumspecta et indulgenti hominis tractatione efficere successit, ut ille non tantum nulli haereticorum sectae sese associaret, sed etiam contra eos, et pro defensione orthodoxae fidei calamum stringeret.

Ne Dioecesis pravitate haeretica inficeretur, eppus noster ipse verbum divinum populo praedicabat, [1]) monitorium de vitanda haeresi per omnes ecclas publicari jussit, [2]) contra apostatas vero subito juris processu procedebat, et ad normam SS. canonum promeritas censuras in eos sine ullo respectu humano fulminabat. Acta ejus

anno 1563 in „Chimaera" Franc. Stancarum, adversarium suum ita compellat: „Tibi in dissensione ac dissidio per summum eccliae contemtum uxor ducta est, mihi vero summa „voluntate ac judicio ipsius eccliae haec eadem „est adjudicata." Quidquid sit, traditio fert, eum postquam primus libidinis aestus deferbuit, factum suum serio improbasse, levitatis suae poenitentiam sensisse, a fide vero Catholica, contra ac magnates haeretici, causae ejus patrocinantes, speraverant, non tantum non defecisse, sed eam potius ore et calamo strenue vindicasse, id quod illorum hominum favorem in odium contra Orechovium vertit. Caeterum hic vir ante 1567 (quo in Actis Capituli jam „*defunctus*" appellatur) vitam cum morte commutavit.

[1]) Vid. ejus eplam ad Paulum P. III dd. Brzozov. 18 Febr. 1549 (apud Theiner tom. II, fol. 566) ubi ait: „Scire dignetur S^tas V^ra, quod toto conatu et solicitudine sinceraque intentione ago nunc, ut egi in aliis dioecesibus, ex quibus sum „translatus, pro conservando cultu divino, et ne error aliquis „oriatur, aut ne dioecesis mihi a Dno. Deo et a S^te V^ra com„missa pravitate haeretica inficiatur. Subito enim juris pro„cessu contra tales procedere consueri, multos coërcens, pre„dicans ipsemet populo verbum Dei et adducens „ad constantiam religionis sanctae."

[2]) Monitorium hoc dd. 4 April 1548 ad omnes spirituales et saeculares directum, ut sibi ab haeresi caveant, et per omnes ecclesias publicatum, legitur vol. XIV, Act Eppal. sub. 23 Novemb. 1551.

multos idgenus processus continent tam adversus clericos, quam laicos. Ad priores pertinent: Stanislaus Lutomirski,[1]) Martinus de Opoczno,[2]) Georg. Tobolka,[3]) Hieron. Pie-

[1]) Stanisl. Lutomirski, filius Petri succamerarii Siradien. et Hedvigis Szczawińska, Secretar. reg., anno 1551 post resignationem Joan. Drohojowski, p. t. Eppi Vladisl. Canonicatum Premisl. fundi Pnikult obtinuit, retentis beneficiis paroch. in Konin et Tuszyn, ADioec. Gnesn. (Act. Cap. ad ann. cit., item Alembek in Collectan. fol. 69 et 89.) — Anno 1554 Lutheranam haeresin amplexus, fidei suae Symbolum Synodo Petricov. obtulit; ob quem actum a Joan. Dziaduski, ordinario suo excommunicatus, canonicatu privatus, ad alia beneficia consequenda inhabilis declaratus et e Dioecesi Prem. proscriptus, scriptum vero ejus igni addictum est. (Act. Cons. vol. XV sub. 4 Febr. 1555,) quo facto, Apologiam sui publicavit s. h. tit. „Confessio t. j. wyznanie wiary chrześciańskiej, Jgo król. Mci, „Panom a Radom koronnym, X. Arcybiskupowi Gnieźnieńskiemu i wszem Biskupom polskim przez X. Stanisława „Lutomirskiego podane, przez które wyznanie, jako niesłusznie jest kacerzem osądzon, każdy tu obaczy. Drukowano w Królewcu Pruskim przez Jana Daubmana 1556, w 4o.“ — A Lutheranis mox ad Calvinianos transgressus, filiam famosi Joannis Łaski uxorem accepit. Fuit aliquandiu coetuum Calvinianorum in Polonia minori superintendens, demum vero ad Socinianos transmigravit. Obiit 1575, (Lubieniecki hist. pol. reform. Polon.) — Praeter Lutomirskium e Capitulo Prem. haereseos suspicionem incurrit Stanisl. Tarnawski, Custos cathedr. At hic coram Eppo et Capitulo ab hujusmodi suspicione juramento corporali se purgavit, asserens: se nil haeretici sensisse, nil in eccla mutasse, aut mutare velle. (Act. Cap. p. f. S. Joan. B. 1551, vol. II, fol. 82.)

[2]) Martin de Opoczno, artium magister, ex ADioec. Gnesn. oriundus, fuit praepositus hospitalis pauperum Premisliae, et parochus ecclae in Babice. Jam 1547 ob doctrinas heterodoxas ad tribunal Eppi vocatus, orthodoxiam suam jurejurando firmavit. (Act. Consist. vol. XIII sub. 2 Decem. 1547.) Anno 1550 postquam libros haereticos sibi a Stanislao Stadnicki, haerede in Dubiecko, communicatos pervolverat, audacius jam haeresim praedicare coepit, ac 18 Aug. coram judicio eppi comparens objectos sibi errores non est inficiatus. Dziaduskius ipsi meditandi moram indulsit, et ut errores suos revocaret, paterne admonuit. Cum iterate ad tribunal ducendus esset, tanta nobilium turma aedes eppi cinxit, ut hic, violen-

karski,[4]) Andreas de Dynow,[5]) Josephus Menicki,[6]) Albertus de Rzeszow[7]) et Martinus Krowicki,[8]) quos ex-

tiam timens, tribunal suum de curia ad ecclesiam cathedralem transferendum censuerit. Inculpatus ad erroris agnitionem et recantationem nullo modo flecti potuit; igitur eppus eum carceri includi, et securitatis causa Premislia Radimnam transportari jussit, quo dum vehitur, in porta Premisliensi per nobiles armatos apparitoribus ereptus, et in arcem Prem. deductus est, unde opportuno tempore, iisdem nobilibus adjuvantibus, fuga evasit. Eppus ei rursus pro 3 Sept. 1550 Brzozoviae diem dixit, et non comparentem in contumaciam haereticum, infamem ac excommunicatum pronunciavit, beneficiis eccl. privavit, e Dioecesi proscripsit. (Act. Epp. vol. XIII sub. anno cit.)

[3]) Georg. Tobolka Commendarius, seu ut nunc dicimus, Administrator fuit vacantis parochiae in Mościska. Anno 1549 d. 7 Aug. coram tribunali eppi stetit ob lectionem libr. haereticorum, blasphemias in Deiparam, declamationes contra hierarchiam ecclae, et alia Lutheri haeresim redolentia. Erroris convictus, humiliavit se, et intercedente Palatino Crac., Petro Kmita, ab eppo veniam obtinuit, cum facultate, in aliam Dioecesin transeundi, ut profundiori theologiae studio vacare, et aliorum exemplarium sacerdotum conversatione in fide catholica obfirmare se posset. His subdole impetratis, ad Stanisl. Stadnicki, haeredem in Dubiecko, tunc jam res novas molientem, se contulit, cujus patrocinio tutus majori quam antea fervore in Sanctos, jejunia, caeremonias eccliae, missae sacrificium dobacchabatur, populum catholicum aperte ad apostasiam a fide avita sollicitans. Iode poscente instigatore officii pro 2 Octob. 154? iterum ad judicium postulatus, absens in contumaciam excommunicatur, ac e dioecesi proscribitur. (Act. Cons. vol. XIII s. an. et die cit.)

[4]) Hieron. Piekarski, parochus in Chyrow, cum adhuc in Radymno Vicarium ageret, de haeresi notatus fuerat, ast ad officialem eppi citatus corporali juramento a suspicione se purgaverat. Anno 1550 penes institutionem ad beneficium in Chyrow spopondit: se nihil docturum, quod a fide cathol. sit dissonum (vol. Cons. XII ult. Januar. 1550.) Ast anno 1554 in Lithuaniam profectus uxorem duxit, et Lutheranis illius provinciae se adjunxit. Citatus ab Eppo non comparuit, proinde absens excommunicatur, beneficio privatur e Dioecesi proscribitur. (Act. Epp. vol. XV, 1 Jul. 1555.)

[5]) Andreas a Dynow, rector ecclae in Dylagowa (haereditate Stan. Stadnicki de Dubiecko) ob praedicationes, haere-

communicavit, beneficiis privavit, e Dioecesi proscripsit. Saeculares vero ab eo ob haeresin anathemate perculsi

sim Lutheri sapientes 7 Jun. 1559 excommunicatur et beneficio destituitur (vol. Epp. XV an. et d. cit.) Attamen serius sub. 7 Maji 1564 haeresim abjuravit, et a Val. Herborth, tunc eppo Prem., absolutionem obtinuit.

[6]) Joseph. Menicki, Paroch. in Dubiecko Stanislao Stadnicki, loci domino, haeresim illuc introducenti, impigre restitit. At beneficio ab illo pulsus, cum ecclam in Krzywcza regeret, verbum Dei more et sensu novorum Evangelicorum praedicare coepit, S. coenam sub utraque specie distribuebat, aliasque novationes in caeremoniis et canticis introducebat. Quapropter ab eppo excommunicatur, beneficio privatur etc. vol. act. XV sub. 7 Junii 1559. — Hic quoque retractato errore 17 Jul. 1562 absolutionem obtinuit.

[7]) Albertus de Rzeszow, Vicarius Parochi in Tyrawa-Wołoska, d. 11 Jun. 1559 ob defectionem ad sectam Lutheri, excommunicatur et proscribitur. (Act. vol. XV.)

[8]) Martinus Krowicki multis annis apud Petrum Kmita, Palatin Cracov., bonorum procurator fuit. (Vid. auct. „Vitae P. Kmita“) deinde sacerdos factus, beneficium parochiale in Sądowa-Wiśnia obtinuit. Familiaris Stanislai Orzechowski una cum illo anno 1550 in comitiolis Wiśniensibus, quibus etiam eppus Dziaduski interfuit, contra coelibatum clericorum linguam exacuit, porro communionem etiam a laicis sub utraque specie percipiendam praedicavit, quin etiam in ecclа hoc modo eucharistiam fidelibus administrare coepit. Propter haec ab eppo correptus, subjectionem simulavit, at versus anni finem ad Stanisl. Orzechowski, in pago suo Zurowice (distr. Prevorsc.) comorantem, profectus ibidem cum Magdalena, filia Stanislai Pobiedziński nuptias celebravit. (Hoc experimento Orechovium explorasse crediderim, an matrimonium, quod ipsemet tunc meditabatur, subsistere posset.) De hoc connubio Josephus Stanisl. Orechovii servitor, procul dubio ab hero suo inspiratus, initio anni 1551 litteras misit ad Capitulum, convitiis et contumeliis in clerum cathol. plenas, quas Plati et Canonici eppo communicarunt, consilium ab eo petentes: „qualiter pro defendenda hac enormi injuria procedere et agere deberent.“ (Vid. Act. p. f. Circumcis. 1551.) — Postulante instigatore officii Crovicius d. 16 Jan. 1551 ad tribunal eppi Brzozoviam citatus est, ad respondendum accusationi super sequentibus punctis:

a) Quod doceat communicandum esse sub utraque specie, — quod in Synodo dioec. Premisliae celebrata hunc errorum

sunt: Christophorus Pilecki in Łancut,[1]) Stanislaus Drohojowski in Jaćmierz,[2]) Stanislaus Stadnicki in Dubiec-

---

aliis persuaserit, et parochianos suos actu sub utraque specie comunicaverit.

b) Quod contra Sanctos, et contra ecclesiae constitutiones blasphemaverit, — et de illis nihil sentiat;

c) Quod, licet anno praeced. ab Eppo in Wiśnia occasione convocantionis particularis coram Joan. Czermieński Cantore et Stanisl. Tarnawski custode, admonitus foret: ne ad ducendam uxorem convolaret, ne etiam hoc sacerdotibus facere licere existimaret, talia facientes approbaret et laudaret, tamen spretis his paternis monitis, uxorem actu et realiter duxerit.

In termino non comparens in contumaciam haereticus declaratur, excommunicatur, beneficio, nec non omnibus honoribus, item bonis mobilibus et immobilibus quae possidet ac tenet, privatur, tandem e Dioecesi pellitur ac proscribitur. — (Vid. Act. Cons. sub. 16 Jan. 1551.) Stanisl. Górski in vita Petri Kmita de ipso scribit: „Pulsus a Joanne Dziaduski Pin„czoviam profugerat, et vagus ac exul cum esset, repudiata „religione, quam Visnae, oppido Russiae colebat, Zwinglianas „partes secutus, Sacramentariam sectam Pinczoviae, Stancari „instituto, docebat.“ Ad extremum Arianis seu Socinianis se aggregavit. — Anno 1555 libellum quendam, cujus inscriptio non exprimitur, - haeresibus plenum, per Dioecesim Prem. propagavit, quem Joan. Dziaduski sabbato sancto in coemeteterio ecclae cathedr. publice igni tradi jussit. (Vid. Act. Epp. vol. XV sub. 24 Martii 1554.)

Praeter hos domesticos apostatas acta nostra etiam plures circumforaneos haereseos praecones commemorant. scil. Albert de Iłża Jacob. de Strzyżow, pseudoministrum in Nowotaniec tum in Oczew (vid. s. Herbort.) Casparum in Dubiecko Stanislaum de Opatowiec in Jaćmierz Ambrosium Almanum, Silesium Crosnae et Rymanoviae pseudoministrum, (v. Herhort Tiburtium Borussowski, quondam Praepositum hospitalis Sanocenesis, dein pseudopraeconem ad ecclesiam S. Andreae in Rymanow (de quo v. s. Herb. — Hi duo postremi aeque ac alii excommunicati sunt, et quidem Borussowski sub. 26 Maji 1583. Almanus 6 Mart. 1555. — (Act. Epp. vol. XV.)

[1]) Christop. Pilecki, bonor. Łancut haeres, primus in dioecesi Prem. sacra catholica eliminare ac Lutheranismum introducere coepit. Prohibuit cantum officii de B. M. V. in eccla paroch., diebus ac temporibus jejunii non tantum ipse-

ko [3]) Hieronymus de Stano in Nowotaniec. [4]) At neque censurae ullae, nec edicta regia, nec Concilia provincia-

met carnibus vescebatur, sed et subditis suis ad idem faciendum auctor fuit. Mox et clero parochiae Łancut, novam, Lutheranae haeresi conformem, liturgiae formam praescripsit, renitentes vero non solum proventibus privavit, sed et verberibus usque ad sanguinis effusionem tractavit. His compertis Joan. Dziaduski monitorium ad ipsum direxit, ut a coeptis desisteret, et coram judicio eppali Brzozoviae fer 6 ante Dom. palmar. 1548 compareret, seque de praemissis justificaret. — Surdo cecinit; nam Pilecius neque in hoc, neque in altero termino comparuit, neque a catholicis vexandis destitit. Ideo Eppus decreto suo dd. 19 April 1549 ipsum excommunicationi, oppidum vero Łancut interdicto subjecit, mandans, ut a divinis penitus cessaretur, populoquo, dieb. Dom. ac festivis campanarum sono ad ecclam convocato, causa interdicti exponeretur, tum vero campanis ter pulsatis, et candelis accensis, ac demum in terram projectis, Christophorus Pilecius excommunicatus declararetur. (Vid. Act. Epp. volum. XIII.) At Pilecius profligato clero catholico ministros Lutheranos in oppidum introduxit, ex quorum numero fuit Bartholemeus de Mościska, sacerdos apostata, cujus excommunicatio in actis Valent. Herborth vol. XVI sub. 10 April. 1562 legitur.) Horum opera Germani loci incolae brevi tempore ad haeresim traducti sunt, pauci vero qui supererant Catholici devotionis causa ad capellam in vicino pago Sanina excurrere debebant. A Pileciorum familia bona Łancut ad Stadnicios transierunt; nam Stanislaus Stadnicius, (haeredis oppidi Dubiecko ejusdem nominis filius,) Capitan. Zygwultens, anno 1583 Annae Pilecka pro bonis Łancut cum attinentiis bona sua Nienadowa, Iskań, Piątkowa etc. cesserat. Hic ergo Stadnicius, haereticus, et animo vehemens, quae adhuc Łancuti supererant, Catholicismi vestigia, funditus delevit. — At jam antea haeresis ibidem tam firmas radices egerat, ut novatores anno 1567 in hoc oppido Synodum suam pro pace et concordia inter sectas Calvinianorum, Socinianorum et anabaptistarum restituenda, at eventu prorsus nullo, celebrarent.

[2]) Stanislaus Korczak Drohojowski Castellan. Premisl. oppidi Jaćmierz in terra Sanoc. haeres, Stanislaum de Opatowiec, haereticum Pinczovia in aulam suam induxit, Commendario vacantis parochiae in Jaćmierz claves ecclae abstulit, Sacram. eucharistiae exportari, imagines ac cereos ejici, ac liturgiam more Lutherano ibidem per praefatum Stanisl. de Opatowiec celebrari, doctrinamque haereticam praedicari

lia, quae pro unitate fidei servanda Łanciciae, Petricoviae et Łovicii celebrata sunt neque Synodi diocesanae incen-

jussit, ob quem actum ambo a Joanne Dziaduski sub. 22 Febr. 1569 excommunicantur. (Vol. XV.)

[3]) Stanisl. Matthaeus Stadnicki, arm. Srzeniawa, bonor. Dubiecko, cum attinentiis Bachorzec, Kosztowa, Iskanie, Nienadowa, Jawornik, Dąbrówka, Dylągowa in Palat. Russiae, item bonorum Niedźwiedzia, Tęczyn, Damianice, Chrzelow in palatinatu Cracov. dominus, vir Martis artibus celeber, anno 1551 reformationem jam antea in Niedźwiedź peractam, ad oppidum suum Dubiecko in terra Prem. coepit introducere. Re comperta Joannes Dziaduski eum in arce Dubiecensi amice convenit, semotisque arbitris, ne religiosas novationes induceret, pro officio suo instanter monuit. Frustra; nam Stadnicius paulo post Albertum de Islza (Iłża,) Vicarium in Niedźwiedź, haeresi Lutherana infectum, ad Dubiecko adduxit, ac per hunc filium suum recens natum Lutherano ritu baptizari fecit. — Dziaduscius illum pseudoministrum, qui insuper in Dubiecko sine licentia Eppi, et ejatis ecclae rectoris praedicans, contra missae sacrificium, sanctorum invocationem, contra Romanum Pontificem cardinales et eppos declamabat, ad tribunal suum Brzozoviam citavit, cumque illius loco ipsemet patronus ejus Stan. Stadnicius in termino comparans, singula dicto Alberto per officii instigatorem objecta vera esse lassus fuisset, Eppus absentem in contumaciam anathemąte feriit, et e dioecesi sua proscripsit. (Act. Epp. vol. XV, sub. 10 Jul. 1551.) Nihilominus Stadnicius per hunc pseudoministrum Dominica II Adventus in eccla hospitalis Dubiecensis, apparatu ex ecclesia parochiali per vim accepto, liturgiam sermone polonico celebrandam curavit, quae juxta testium oculatorum narrationem, in hunc modum disposita fuit: „Praemisso introitu, dictis collectis et epistola pueri (scholares) „prosam de Spiritui S^to quatuor vocum cecinerunt. Post Evangelium sermonem fecit. Deinde cecinerunt: „My wierzymy w jednego Boga etc.“ tandem laetaniam, obmissis: „Sanctae „Petre“ et „ora pro nobis.“ Post „oremus“ Secreta dixit tantum, „et praefatione more Lutheranorum et modo insolito praemissa, dixit: „Sanctus“ et de indestatim obmisso canone majori „dixit: „Qui pridie, quam pateretur“ et accepta patena cum „pane vertit se ad populum dicens: „Paulus ita dicit: Fides „ex auditu et vos audientes sermonem et verbum Dei intelligitis, quia veraciter conficitur corpus Christi sub panis, — et „sanguis sub vini specie — Et vertendo se ad populum stando„que dixit verba consecrationis. Similiter et calicem (sacravit.)

dium enatum extinguere valuerunt.[5]) Ad cumulum malorum praeter pestilentiam moralem i. e. haeresim, physica etiam annis 1555 et 1556 dioecesim afflixit.[6])

„Et calice deposito super altari dixit: „Oremus! praeceptis „salutaribus moniti etc — Et: „Pax Dni. sit semper vobiscum" „omissis signis et benedictionibus dixit: Dominus vobiscum! „et orationes dixit tum: Benedictio Dei Patri et Filii et Spi„ritus Sti. descendat super vos et maneat semper vobiscum. „Postea dicebat: Quicumque debet communicare, et sanguinem „Dni bibere dicat: Domine non sum dignus etc. Et distribu„ebat sub utraque specie, dicens unicuique: Crede esse verum „corpus Christi, quod pro te traditum est, ut corpus tuum „cum Christi corpore sit unitum. Similiter et tradito calice „dixit: Crede, quia sanguis Christi effussus pro te, ut san„guis tuus sit unitus etc. Hoc manduca et bibe. Deinde „communicando residuas hostias consecratas in patena super „altare deposuit, et genibus flexis dixit: Credo esse verum „corpus Christi et sanguinem, ut corpus et sanguis meus unita „sint eum corpore et sanguine Christi. Et communicavit. In „fine „Te Deum laudamus" in vulgari cecinerunt. Ablutio „nulla fuit." —

Ob haec Stadnicius pro fer 4 prox. post fest. S. Luciae 1552 ad judicium eppale citatus, et non comparens, auditis depositionibus testium per instigatorem productorum, in contumaciam haereticus judicatus est. Quo praemisso eppus eum excommunicationem majorem incurrisse declaravit, ac reliquas haereticorum poenas super eum extendit i. e. honoribus ac dignitatibus eum privavit, bonaque illius mobilia ac immobilia per saecularem potestatem auferenda, ac publico fisco applicanda decrevit. — Pupugit hoc vehementer haereticos, quod eppi in suis decretis ipsis non tantum anathema dicerent, sed et honoribus ac bonis privandos declararent, ac infames pronunciarent. Hinc in comitiis 1552 contra epporum potestatem de haeresi judicandi magnis clamoribus insurrexerunt, quin tamen scopum suum attingerent: siquidem Rex eppis juxta antiquas regni leges jus haereticos judicandi competere declaravit. — Orechovius in annalibus suis (lib. IV) scribit: citationem eppalem Stadnicio absenti non fuisse intimatam, et dilationem termini, a procuratore ejus postulatam, rejectam fuisse. Falso; nam acta Consistorii indubie ostendunt, citationem ipsi, ad conventum regni Proszoviensem proficiscenti, per aulicum ejus Joannem Wierzbicki admanuatam fuisse, de postulata vero per eum termini dilatione acta nostra

De caetero eppatus Dziaduscii sequentibus actibus insignis est:

---

prorsus silent. Post comitia Petricoviensia 1552, ubi consilium novatorum privandi eppos jure, haereticos judicandi, frustratum fuit, Stadnicius auctoritati Eppi ad tempus cedendum ratus, Balthas. Łukowski, Vice-Capitaneo Sanoc. mediatore usus est, factaque sponsione: „quod sese emendare velit, et „occasiones, ob quas a Sua R. Paternitate excommunicari de„beret, amplius non esset praebiturus“ a Dziaduscio sub 5 Decembr. 1552 absolutionem obtinuit. At submissio illa nihil minus quam seria fuit; non solum enim ecclesiam hospitalis Dubiecensis, quam, ut supra vidimus, profanaverat cultui catholico non restituit, sed et ecclam loci parochialem, parocho violenter pulso, occupavit, pulsatisque campanis ad eam suprafatum Albertum de Iłża inter cantum hymni Ambrosiani pro celebranda haereticorum liturgia introduxit, qui pseudominister capta templi possessione ciborium securi infregit, SS. eucharistiam profanavit, Crucifixi effigiem comminuit, vexilla ejecit, imagines B. M. V. et SS^{orum} inter verba blasphema ludibrio affecit. Quibus similia cum et in aliis ecclesiis bonorum Stadnicianorum committerentur, Eppus eum 12 Maji 1554 denuo excommunicare, et jure patronatus privare coactus est. (Vide acta Epp. vol. XV sub. annis 1551, 1552, 1554.)

Post Albertum de Iłża anno 1555 certum Casparum, sacerdotem apostatam et uxoratum Dubeciae pastorem deprehendimus, cujus excommunicatio cit. volum. Act. sub. 22 Febr. 1555 legitur. Postea vero Stadnicius Franciscum Stancarum ad hoc oppidum introduxit, qui sacra ibidem primitus juxta formulam Lutheranam ordinata, juxta Helveticam confessionem (Calvinianam) reformavit, et scholam instituit, magnam apud secturios famam adeptam, adeo, ut scholae cathedrali ab ea aliquamndiu periculum immineret. Vide Acta Cap. 1562 p. f. Circumcis., ubi scholae cathedr. melius providendum decernitur, quo facilius schola haereticorum in Dubiecko dissipari queat. Disputationis publicae cum Stancaro Premisliae a se habitae meminit Orechovius in libro suo „Chi„maera“ Coloniae 1566, 8° pag. 17. Stanislaus Math. Stadnicki anno 1563 e vivis excessit, relictis (e Barbara Zborowska) quinque filiis: Stanislao, Martino, Joanne Samuele et Andrea. — Martinus et Andreas ad relig. Catholicam redierunt, posterior in Dubiecko, omnia in priorem statutum restituit. Stanislaus, Capitan· Zygwułtensis, bonor. Łancut haeres, mansit Calvinianus, et patris more pacem ecclarum tur-

Fabricam ecclesiae cathedralis, sub antecessore suo frigescentem, magno fervore prosequebatur, atque muros ecclesiae intus testudine clausit.[7]) Sacristiam cathedralem variis paramentis locupletavit.[8]) Altare St. Corporis Chri-

---

babat. (Cf. Rodowód Stadnickich, przez Kazimierza hr. Stadnickiego — Cf. quoque Cichocki sn alloq. Osiecens.)

[4]) Familia „de Stano“ (d' Etain) e Gallia in Poloniam advenit, ac in terra Sanocensi possesiones acquisivit. Hieron. de Sthano, haeres in Nowotaniec, Stanislai Drohojowski de Jaćmierz vicinus et amicus, ejus exemplo haeresin suscepit, pulsoque rectore ecclae paroch. in Nowotaniec bona ejus ac vasa sacra diripuit, ac Jacob. de Strzyżow. sacerdotem apostatam, ab eppo jam antea sub. 1 Julii 1558 haeresos nomine anathemizatum, Pastorem Neotanecensem constituit. Ob quam causam Eppus in ipsum s. 10 Julii 1559 excommunicationis sententiam fert. (Act. lib. XV.)

[5]) Magnates Poloniae in bonis suis absoluti fere domini erant, ac praeter arces munitas cum omnis generis armatura copias quoque militares possidebant. Cum jam haeretici tam potentes fautores haberent, contra quos non tantum epporum, sed et regia potestas parum efficere valebat, non est mirandum, omnia Praesulum molimina, reformationis progressum cohibendi, irrita fuisse.

[6]) Acta Capituli docent, congregationem generalem, quae 1556 post fest. circumc. Dni convenire debuerat, usque ad mediam Quadragessimam ob pestilentiam prorogari debuisse.

[7]) Statim post primum accessum ad ecclam cathedr. 20 marcas pro fabrica donavit. (Act. Cap. 1545) ac deinceps partem contributionis fabricalis, ad quam eppus vi statutorum tenebatur, promtissime pendebat. Testudo anno 1549 consummata fuit. (Vid. fol. XIII Ast. Cons. s. 24 Sept. a cit.,) ubi Protasius, murarius, frater ord. Praedic., perfecto labore totius testudinis ecclae cathedr. Eppum de accepta mercede quietat. Copulam chori minoris 1558, majoris 1559 absolutam fuisse Alembek, ex inscriptione horum annorum in utraque turricula colligit.

[8]) Vid. Act. Cap. 1560 pag. 122, ubi haec ab eo comparata specificantur: Infula damastea, alb. color., tunicella de simili serico, casula de filis aur. contexta, cum alba, humerali et stola, dalmaticae fusci coloris, sandalia de rubeo holoserico, chirotthecae albae, sella eppalis ferrea cum 4 globulis argenteis deauratis, et tectura pro dta. sella de holoserico rubro cum armis Jelita intextis.

sti novo ministerio seu praebenda auxit,[1]) et ad altare S. Nicolai contubernium sartorum erexit.[2]) Vicariis cathed. decimas eppales de Śliwnice et Korytniki applicuit,[3]) Mansionariis cathedr. beneficium paroch. in Wyszatyce, rege annuente, univit.[4]) Ecclesiae in Domaradz privilegium fundationis innovavit,[5]) parochias novas in Tyrawa-wołoska, Leszczawa ac Medenice erexit,[6]) ecclam in Rowne consecravit,[7]) ecclesiae vero in Golcowa qua patronatus dotem ampliavit.[8]) Ecclesiis ruthenicis in Radymno, Dalejowa et Wola-Jaśliska dotem et privilegia ab antecessoribus collata confirmavit.[9])

Ut populus civitatis Premislien. salutari verbi pabulo pasceretur et contra haereticorum artes praemuniretur, unam ex praebendis in Capitulo videl. Canonicatum fundi Pieculice dólne, praebendam Concionatoris extraordinarii esse voluit, et ut viri in sacrorum scientia profundius versati pro ea competerent, jus patronatus Academiae Cracov., studiorum et pietatis matri, incorporari a rege impetravit.[10])

---

[1]) Vid. docum. nro. XIV. Dos altaristae constabat censu domorum in documentis nro. VI, VII indicatarum, item censu ex villa Zamoście in doc. nro. VIII mentionato. (Acta Archiconfraternitatis sac. Krosn. ac Sanoc. notant: etiam Crosnae altare SS. corp. Christi dd. Brzozoviae 22 Apr. 1550 ab ipso erectum fuisse.

[2]) Vid. vol. Act. Cons. XIII sub. 7 Julii 1561, ubi habetur documentum erectionis dd. Brzozoviae 20 Oct. 1550.

[3]) Vid. Acta Cap. p. fest. Visit. B. M. V. 1546, ubi haec donatio ex parte Capituli confirmatur.

[4]) Vid. docum. nro. XII.

[5]) Vid. docum. nro. I.

[6]) Vid. docum. nro. III. tum Schemat. dioec. s. h. ecclis.

[7]) Vis. Schembek et Sierakowski.

[8]) Vid. docum. nro. XVI.

[9]) Vid. Quoad eccl. Radimn. doc. nro. X, quoad eccl. in Dalejowa Acta Sarnow. s. a. 1549 f. 72.

[10]) Vid. docum. nro. XV.

In bonis mensae eppalis varia aedificia exstruxit,[1]) limites villarum perturbatos restitui,[2]) privilegia eppatus et Capituli regia confirmatione roborari procuravit.[3])

Quibus omnibus spectatis nemo inficiari poterit, Dziaduscium fuisse pastorem vigilantissimum, qui se vehementissima tempestate furente tanquam murum pro ecclesia et fide catholica opposuit. Virum strenuisimum, nec minoris consilii et virtutis merito eum vocat Nakielski, P. Niesiecki vero observat, ne Orechovium quidem hac laude ipsum fraudare ausum fuisse. Vere quoque promeruit encomium, quo a P. Rzepnicki ornatur, sacrorum canonum custodis et propugnatoris zelosissimi.

Obiit Brzozoviae[4]) 1559, quiescit vero in ecclesia cathedrali, ubi pulchrum marmoreum monumentum (epis-

---

[1]) In docum fundat. altariae Corp. Christi dd. 20 Oct. 1558 (nro. XIV) haec a se in eppatu Prem. facta recenset: *a)* Granicierum in omnibus bonis instaurationem (cf. Act. Cap. p. f. S. Joan. B. 1556 f. 104.) *b)* Arcis Radimn. et curiae eppalis in Piotrkow a fundamentis structuram. (Teste Guagnino fere omnes eppi et senatores Petricoviae domus suas habebant ob comitia ibi celebrari solita.) *c)* Curiae Premisl., Brzozov. et Crosn. reparationem, praediorum meliorationem. Cf. Trzebin fol. 22, n. 5.

[2]) Vid. not. praec. sub. *a.*

[3]) Vid. docum. nro. VIII, et nro. IX respectu villam Duńkowice, de qua recole dicta sub, eppatu Błażejowski et Oporowski.

[4]) Brzozoviae mortuum fuisse adnotatio in Actis Eppalibus sub anno 1559 posita docet. Capitulo 200 fl. legavit, qui in subsidium scholae cathedr. erogati sunt. V. Act. Cap. 1560. Pro anniversario suo unam sexagenam („2 fl. pol.“) de censu e villa Zamoście destinavit (cf. doc. nro. XIII.) Anniversarium hoc olim fer. 6 post f. S. Jacobi Apli. absolvebatur, at nunc pridem exolevit. — Acta Archiconfrat. sacerd. Cronsn. ac Sanocen. haec de ipso annotant: „Hic Illmus Rmus. Dominus „Confraternitatis nostrae catalogo nomen dedit, sessionibus „saepissime adfuit.“

copi in pontificalibus jacentis figuram referens) merita ejus posteris hac inscriptione commendat:

Joanni Dziaduski, I U. D. Eppo Prem., generis nobilitate, religione et pietate praestantissimo, catholicae fidei propugnatori acerrimo, de republ. et eccla sua optime merito, anno aetatis suae LXIII. salutis MDLIX die XXVIII Julii vita functo, amici moerentes posuerunt.

XXI. PHILIPPUS PADNIEWSKI

ARM. NOWINA.

E. P. 1560.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Sigismud. Augustus.	Pius P. IV. 1559—1565.	Joan. Przerębski † 1562.

Archi-Epp. Leopol.

Felix Ligęza † 1560
Paul. Tarło.

Philippus Nowina Padniewski, filius erat Adalberti et Margarethae de Żerniki, (Castellani Calissiensis filiae.) Litterarum studia in exteris academiis absolvit, tum ad statum militarem animum applicans, sub Sigismundo I pugnae Poswoliensi non sine virtutis militaris laude Intérfuit. Mox ad militiam sacram transgressus singularem patronum nactus est Petrum Tomicium, Eppum Cracov. liberalem hominum eruditorum Maecenatem, cui ob morum suavitatem, et styli Latini elegantiam pla-

cere noverat. Ejus patrocinio fultus praeposituram Gnesnensem ac Łanciciensem, tum et Archidiaconatum cathedr. Cracov. obtinuit, a rege vero Sigismundo Augusto, primum ad majorem regni Secretariatum, dein ad munus Vice-Cancellarii promotus est. Varias tunc legationes ad Carolum V et Ferdinandum I Imperatores cum laude obivit.[1]) Mortuo Joanne Dziaduscio rex episcopatum Premisliensem ipsi contulit, quem anno D. 1570 aggressus[2]) post 5 menses ad eppatum Cracov. translatus est.[3])

---

[1]) Vid. Łętowski in Cracoviensibus.

[2]) A. D. 1560 in Capit. partic. post Dom. „Oculi“ (quae est 3 Quadrag.) comparens V. Matthaeus Duńkowski, rector ecclae in Żurawica, exhibitisque litteris Aplicis de confirmatione R. in Ch. P. Philippi Padniewski in eppum Prem. fidem facientibus, ejus nomine in realem eppatus possessionem introduci postulavit. Capitulum, habita deliberatione, bona mensae illico tradicit nob. Joanni Zakrzyński, D. Eppi servitori, at quominus eidem spiritualia traderet, scrupulum habuit, cum nec bullas Aplicas sub plumbo produxerit, nec dictus procurator de sufficienti mandato legitimare sese potuerit. Ad haec ergo supplenda, ac in specie ad juramentum de statutis ecclae observandis praestandum Capitulum eppum provocavit, invitationem etiam sub tempus congregationis generalis p. f. S. Joan. B. ejusdem anni repetiit, quin tamen ibidem disertum vestigium adsit, hisce postulationibus satisfactum fuisse. In Actis tamen Eppalibus vol. XVI legitur: „Die Martis, 19 Martii 1560 Rmus. „in Christo Pr. et D. Philipp. Padniewski, elect. Prem., et R. „P. Vice-Cancellarius possesionem eppatus Prem. assecutus est „Vol. XII vero inde a 1 April 1560 habentur Acta coram R D. „Alberto de Pilzno Vicario in spir. sub. praesulatu Rmi. D. „Philip. Padniewski E. P.“

[3]) Acta Cap. continent: A. D. 1560 fer. 2 post f. S. Aegidii Abb. (2 Sept.) fuit Capitulum, in quo DD. Plati et Canci certi testimoniis edocti de promotione Pmi. in Christo Pris et D. Phil. Padniewski ad eppatum Cracov., Administratorem spir. et temporal. elegerunt R. Alb. Pilzno, donec Rmus. in Christo P. Valent. Herburt, designatus eppus Prem., vigore litterar. Aplic. legitimam possessionem hujus ecclae assecutus fuerit. — An Padnievius unquam Premisliae pedem intulerit ex praemissis dubium est.

Status ecclesiae tam universalis, quam in specie nostrae Premisl. sub brevi ejus regimine idem fuit, ac sub illius antecessore. Concilium Tridentinum post sess. 16 interruptum, anno 1560 a Pio P. IV denuo pro festo Paschatis anni sequentis convocatum fuit. Ferociebat interim in Polonia more suo haeresis, et ecclesiae bona diripere pergebat Annales nostri sub hoc tempus profanationem ecclae paroch. in Wysoka commemorant, per Parochum loci, Joannem Kwalk, patria Łancutensem, perpetratam, qui ob tale facinus per Albertum de Pilzno, Canonicum cathedr. et in spiritualibus Vicarium in contumaciam excommunicatus, beneficio privatus, et e dioecesi proscriptus fuit.[1]) In Capitulo generali pro f. S. Joannis B. 1560 celebrato productum fuit quoddam documentum Philippi Padniewski Epi, quo scultetiam in villa Dalejowa a se Lucae Ruthено venditam esse recognoscebat; at Capitulares ex hac alienatione praejudicium mensae eppal. pertimescentes actum approbare detrectarunt, donec per delegatos Capituli revisio dictae villae instituta fuerit.[2])

Mox a morte Dziaduscii Stanislaus Drohojowski, Capitaneus Premisl. homo haereticus[3]) villam Duńkowice, ab eppis hucusque jure obligatoreo possessam, occupavit, quin et certum fundum in Radymno a mensa eppali arbitrarie decerpsit. Valent. Herbort, vacante sede bonorum eppal. Administrator, invasorem ad judicium castrense citavit, ab hoc vero ad regiam majestatem remissus documenta concernentia Padnievio, eppo interim nominato, Cracoviam transmisit, cum invitatione, ut processum in

---

[1]) Vid. Act. Epp. vol. XII sub. 17 Jun. 1560.
[2]) Vid. Act. Cap. ex an. cit.
[3]) De quo vide quae diximus sub eppatu Dziaduski.

aula tanto solicitius promoveret, ac proventus Radymnenses a possessione villae Duńkowice multum dependerent. At ille, probabiliter spe mox obtinendi eppatus Cracov., ductus, segniter rem egit, ita, ut Capitulum eum saltem ad restituenda documenta rogare coactum fuerit.[1]) Sic villa illa fere a duobus saeculis per eppos possessa iis ademta, summa vero super ea locata, sub sequenti eppo exsoluta est.

Padniewski a scriptoribus polonicis tanquam homo politioris moris, doctus et eloquens,[2]) litteris deditus,[3]) et litteratorum fautor;[4]) at simul ut duplex animo,[5]) vanae gloriae studiosus et plus aequo pompae saecularis

---

[1]) Vid. Act. Cap. 1560 fol. 133, 124.

[2]) Warszewicki in parallellis — et Starowolski in „claris Sarmatiae oratorib" eum cum laude commemorant. Carolus V Rom. Imp. dixisse fertur: quod neminem externum legatum melius et fidentius suam legationem expedientem audisset. Joan. Kochanowski ejus ingenium et doctrinam carmine celebrat. lib. 3 eleg. 5.

[3]) Fructus lucubrationum suarum in MSS. reliquit, inter quae numerantur: *a)* Elogia virorum toga sagoque illustrium. — *b)* Litterarum publicar. regni Pol. sub. Sigism. Aug. a Phil. Padniewski 1559—1562 expeditarum volumen autographum. *c)* Eplae sub Sigismundi Aug. principatu ad regni proceres partim latine partim polonice scriptae. V. Wiśniewski in hist. lit. pol. tom. 8 p. 142, 143. Adde Paprocki et Niesiecki.

[4]) Bętkowski in hist. lit. pol. scribit, eum multis litteratis liberalem Maecenatem fuisse, ppue. vero Benedictum Herbestum et Jacobum Górski, viros orbi litterario notos, ejus gratiam expertos esse.

[5]) Cum Franc. Commendoni, Nuncius Applicus in Poloniam venisset, Sigismundum Aug. ad recipienda decreta Concilii Trid. inclinaturus, Padniewski qui ut mox videbimus haereticis in multis connivebat, in consultatione cum eo habita suasit, ut erga Regem omni severitate uteretur, blanditiis nihil effecturus. Id ubi rex comperit, affectus ejus, quo antea in Padnievium ferebatur, multum refrigeratus est. (Wiśniewski hist. lit. pol. cit.)

amans, [1]) erga novatores conniventior, [2]) nepotismo deditus, et alienorum appetens describitur. [3])

Vivere desiit Varsaviae d. 12 Aprilis 1572, et in Capella basilicae cathedr. Cracov. quam sumtu suo restauravit,— quaeque modo Potockiana audit, — sepultus quiescit.

Epitaphium Padniewscii

Philip. Padniewski, *stemm.* Nowina, *patre* Alberto *ut genere, ita morum gravitate dignissimo*, *matre* Margaretha *de* Żerniki, *Castellani da Cāliss. natus*, *accumulatae vir-*

---

[1]) Piasecki in Chronic. p. 41: „Fuit vir animi excelsi, sed „ad fastum ac pompam profanam compositus.“ Starowolski (in Crac. Epp.) p. 241: „Dum veheretur per urbem semper „rhedam ejus 200 equites antecedebant, holoserico vestiti, et „et torquibus aureis praecincti.“ Non ii sumus, qui omnem luxum Praesulibus interdictum velimus, ast, uti proverbium habet, modus in rebus servandus est.

[2]) Starowolski testatur, Valentinum, parochum iu Karczow, ob uxorem ductam coram eo causam agentem, intercedentibus pro eo hominibus potentibus, impune exiisse. Quod magnum scandalum praebuit, et Capitulo Cracov. occasionem dedit, Eppum ad majorem in haereticos et apostatas rigorem admonendi.

[3]) Stanisl. Łubieński E. Płoc. in monitis Pstroconii domesticis etc. p. 106 ita hunc de Padniewscio disserentem exhibet: „Non satis erat Philippo Padnievio, quod, quidquid ex bonis „ecclarum collegit, in profanos familiae usus, in coëmeudas „amplissimas possessiones contulisset, etiam a monasteriis „abstracta praedia illis obnoxia fecit. Nuper Opatovecium „cum pertransiremus, nobile quondam abbatis Tinecensis op„pidum, quaeso: ecquis nunc loci dominus sit? Stanislaum Padnievium, Castellanum Oświecim., respondent cives, ejus „possessione et usufructu potiri. Ob quod, inquam, meritum? „Nepos Eppi Cracov. fuit. Hoc unum videlicet sufficit ad „amplissima capienda praemia, si nepos sit eppi, licet direc„tus herus renuat, licet is, qui capit, nec meritus sit, nec me„reri posset, habeat tamen praemia meritorum!“ Niesiecki provocans ad Padnievii epitaphium eum a liberalitate in pauperes laudat. At utinam epitaphia semper veritatem dicerent! Nimirum marmor perinde ac charta patiens est.

tutis pulchritudinem eruditione insigni commendatam, Serenissimo regi Sigismundo Augusto *probatissimam reddidit. Hic illi, in Lithuania degens, contulit minoris Cancellariae insigne post decessum Vinc. (recte: Joannis) Przerembii, Eppi Płocens., postquam ante ornatus fuerat praepositura Gnesn. et Łancic., Archidioconutu Cracov. et regni majore Secretariatu. Post translatum in alteram vitam Andream Zebrzydowski E. Crac. Sedis ejus vacantis regia munificentia honorem possedit. Optimus Senator, et pater pauperum, ac eruditiorum, quos quotide de mensa alebat.*

DOCUMENTA AD EPPISCOPATUM VALENTINI HERBORTH.

I 1561. Brzozov. 15 Juni. Valentinus Herbort E. P. Nicolao Cebrzyk, sculteto in Lubatowa privilegium super scultetia concedit ad tempus vitae ipsius, uxoris, et filii. Trzeb. f. 142.)

II 1562. 26 Aug. Valent. E. P. ecclesiae paroch. in Pnikut decimas post araturas praediales villae Bolanowice adjudicat, sublato decreto Joannis Dziaduski dd. 6 Maji 1566 easdem ecclae in Hussakow adjudicante. Act. Epp.

III 1562. 1 Decemb. Pius IV Eppo Prem. Valent. adventum ad Concil. Trid. gratulatur. Theiner tom. II 652.

IV 1564. Radimnae in arce eppali d. 16 April Valent. E. P. Paulo et Petro Dąbrowski pro S. 150 marcar. cum consensu Capituli advitalitium inscribit super duobus molendinis, uno ad

fluvium San, altero ante oppidum Radymno, item super 2 hortis, ad tempus vitae unius illorum videl. Pauli Trzeb. f. 212.

V 1564. Radimn. penult Junii. — Valent E. P. duobus molendinis in praec. privilegio memoratis pro iisdem molendinatoribus Petro et Paulo Dąbrowski tertium adjungit in piscina sub arce Radimn. aedificandum. Trzeb. p. 214:

VI 1564. 13 April. Eppi regni Pol. Pio P. IV difficultates exponunt, quae e nimis scrupulosa executione decreti Concilii Trid. de residentia et pluralitate beneficiorum propter haereticos oriri possent. (Theiner tom. II.)

VII 1565. Radimn. penult. Junii. Valent. E. P. ecclae paroch. in Blizne loco prati pro effodienda piscina accepti agrum „Suchonowska“ cedit. (Trzeb. f. 259.)

VIII 1566. 1 Julii. Pius P. V AEppum Gnesn. monet, ut clerum Pol. ad severiorem disciplinam ecclicam reducat, Seminaria clericor. instituat, Catechismum Roman. in linguam pol. traducendum curet. (Thein. tom. II, f. 725.)

IX 1566. Brzozov. 2 Januarii. Valentinus E. P. Nicolao Jankowski, sculteto in Domaradz, pro praedio ejus in suburbio Brzozoviensi, Porchówka dicto, sex cmetones ipsi et filio ejus ad vitae tempora dat, ac super his cmetonibus Summam 506 fl., qua dictum praedium taxatum est, inscribit. (Trzeb. pag. 123.)

X 1566. fer. 3, post f. S. Agnetis V. — Valentinus Orzechowski judex, et Hieronym. de Chmielek Chmielicki, subjudex terrae Prem. ad in-

stantiam Valentini E. Pr. et Joannis Szyrzyński, haeredis villarum Sosnica et Swięte, recognoscunt granicies inter bona eppalia Radymno et supradictas villas. (Trzeb. p. 215.)

XI 1567. 14 Aug. Valent E. P. parochiam in Myślatycze unit cum parochia in Pnikut, donec in Myślatycze ecclesia aedificata fuerit. (Trzeb. p. 168, 169.

XII 1568. Grodnae 14 Maji. Sigismundus Aug. R. P. approbat actum Valentini E. P. quo Archidiacono Prem. decimam eppalem de villa reg. Hujsko, et Capitulo decimam de villa Wolalacka redit. (Ros. II, pag. 124.)

XIII 1568. penult. Febr. — Valentin. E. P. Praepto hospitalis Brzozov. hortum in Starawieś post ecclam B. M. V. in augmentum dotis attribuit, eum obligatione unius missae quotannis pro salute eppor. Prem. absolvendae (Act. Eppal. lib. XII.)

XIV 1570. Varsav. in Conv. reg. general. 8 Julii. Sigismunds Aug. R. P. beneficium paroch. in Dolina (Archid. Leop.) mensae Capituli cathedr. Prem. uniri consentit. (Trzeb. f. 116.)

XV 1571. dd. Wiśniae 11 Decemb. — Stanislaus Słomowski de Czechowo, AEpp, Leop. beneficium par. in Dolina mensae Capituli Prem. incorporat. (ibid.)

XVI. 1572. Brzozov. 11 Julii. Valent. E. P. beneficium paroch in Stryj Collegio Prem. Vicar. cathedr. incorporat. Annal. pag. 344.

XXII. VALENTINUS
HERBORTH

de Fulsztyn, arm. Pawęza.

E. P.

1560—1562.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim. R.
Sigismund. Aug.	Pius IV	Joan. Przerębski.
† 1572	† 1565	† 1562.
	Pius V	Jacob. Uchański.
	1566—1572.	

Archi-Eppi Leopol.

Paulus Tarło † 1565

Stanislaus Słomowski.

Familia Herborth vel Herbórd (variant enim scriptores in hoc nomine scribendo) ex Moravia originem trahit, ubi ab antiquo arcem Fullenstein possidebat. Refert Balbinus, Bohemorum annalista, A. D. 1278 in pugna, qua Ottocarus, Boëmiae rex, in campis ad fluvium Moravam cum Rudolpho Habsburgico sinistro marte conflixit, parum abfuisse, quin imperator ab Herborato de Fullenstein Ottocari milite, lancea confoderetur. Valentinus noster filius erat Joannis in Fulsztyn et Dobromil Herborth, succamerarii Premisl., et Hedvigis de Rola, frater vero patruelis famosi Joannis Herbort, Capitan. Prem. et Cas-

tellan. Sanocen., qui statuta regni Pol. compilavit, et Cromeri opus histor. in compendium redigit. [1])

Humanioribus litteris imbutus est a viro eruditionis laude conspicuo, academico Cracov., Simone Marycki de Pilzno [2]) uberioris vero doctrinae gratia Italiae ludos litterarios adiit.

Mature ad statum ecclesiasticum animum applicans anno 1544, qua clericus minorum ordinum ad canonicatum Premisl., post fata Andreae Odrowąż vacantem, praesentatus fuit. praevaluit ipsi tamen Georg Szymonowański, Bonae Sforziae cliens, qui regina intercedente, a Stanislao Tarło p. t. Eppo Prem. institutionem obtinuit. [3])

Meliori fortuna usus est, quum pro alio canonicatu (fundi Piekulice), post obitum Sebast. Wągrzynowski vacante, concurreret, quem testantibus Actis Consist. hoc ipso anno 1544 cum effectu obtinuit. [4]) Paulo post etiam Canonicus Cracoviensis factus est, [5]) Premisliae vero 1548 ad dignitatem praepositi cathedralis ascendit. [6]) A. D. 1559 post fata Joannis Dziaduski, et 1560 post translationem Philippi Padniewski, dioecesin Prem. in spiritualibus et temporalibus administravit. Hoc ipso anno 1560 ad epis-

---

[1]) V. Niesiecki korona polska.

[2]) Cf. Wiśniewski, hist. lit. pol. tom. VI, pag. 194—197, ubi testatur, hunc virum litteratum praeter alia opera quae ibi recenset, in gratiam Herborti, discipuli sui, peculiarem tractatum de Scholis seu academiis libri II, Cracoviae 1551 typis excusum, edidisse. Multum vero hallucinatur eo loco cit. auctor, dum Stanisl. Hosium et Joan. Lubodziejski, quorum Cancellarius fuit Maricius, Eppos habet Premislienses.

[3]) Vid. Acta Cons. vol. V s. 18 Januar 1544. Ab Eppo Herbortus ad Petr. Gamratum, AEppum Gnesn., appellavit, quod tantumdem erat, acsi ad reginam appellasset.

[4]) Act. Cons. vol. XIV, sub. 16 Jun. 1544.

[5]) Teste Łętowski in Catal. Canc. hoc ipso anno 1544 ad Capituli Crac. gremium est receptus.

[6]) Vid. Acta Cap. ex 1550.

copatum Prem. promotus 15 Octobris ecclesiae cathedr. gubernacula capessivit. [1])

Sub ejus eppatu motus, per novatores in Polonia excitati, perdurabant, ac doctrinae hereticae, rege connivente, [2]) per totum regnum late diffusae, etiam ad inferiores hominum classes penetrabant. [3]) Herborthus contra apostatas juxta praescripta constitutionum ecclesiasti-

---

[1]) Vid. Acta Epp. et Cap. s. anno cit. Fer. 4, p. Oct. SS. Corp. Christi 1561 consuetum juramentum de statutis ecclae observandis in Capitulo praestitit. (Act. Cap. ex hoc anno.)

[2]) Sigismundus Augustus, qui primo decennio plura decreta in haereticos tulerat (vid. nos sub. J. Dziaduski) serius edicta, iis patrocinantia, publicavit. Sic Vilnae dd. 6 Jun. 1563 cunctis nobilibus — M. ducatus Lithv. ad omnes dignitates et munera aditum patefecit, dummodo sint confessionis christianae (jednoby byli wiary chrześciańskiej,) id quod et privilegio dd. Grodnae 1 Jul. 1568 repetiit. — Postquam anno 1569 in comitiis Lublin. unio perpetua Lithvaniae cum Polonia ea lege sancita est, ut utriusque provinciae incolae aequalibus juribus, privilegiis et praerogativis gauderent, Protestantes Poloniae citata bina privilegia etiam ad se extendebant, anteriora vero sibi contraria decreta regia pro antiquatis habebant. (Vid. „Prawa i wolności Dyssydentów w nabożeństwie chrześciań„skiem, w koronie Pol. i W. X. L. służące.“ Sin. loc. 1767 4°.)

[3]) Acta Eppalia plures oppidanos ob haeresin judicatos commemorant. Vol. XX s. 21 Maji 1565 Andreas barbintonsor, Martinus pellio, et Bernardus (conditio non exprimitur) incolae in Lyesko (Lisko) in haeresim lapsi et errores ab eccla damnatos publice profitentes, excommunicantur, et magistratui civili puniendi reliquuntur. Ibid. 11 Jun. 1565 Stanisl. Klimkowic de Krosno a censuris, ob haeresim latis, praemissa in eccla Radimn. erroris abrenunciatione absolvitur. Vol. XVI s. 26 Aug. 1564 Dorothea Pluńska, civis Prem. s. 7 Sept. 1562 Michael chirurg. Prem., ab haeresi absolvuntur. Vol. XVIII 20 Jun. 1567 occurrit causa Apolloniae Langerowa ratione haeresis, 8 April. 1569 Jacob. Płoński ob haeresin excommunicatur. — E clero vol. XV 10 April. 1562 occurrit excommunicatio Bartholomaei de Mościska praedicatoris Dni. Christoph. Pilecki in curia et oppido Łancuth., ibid s. 26 April. 1564 legitur actio contra Petrum, pleban. de Gacz propter haeresin.

carum munere suo fungebatur, ac proceribus, non solum a fide deficientibus, sed et ecclesiis sui patronatus vim inferentibus, — quos inter Stanislaum et Mathiam Bal in Hoczew,[1]) Sbigneum Sienieński in Rymanow,[2])

[1]) Stanisl. Bal, succamerarius Sanoc. cum Mathia fratre ecclae paroch. in Oczew (Hoczew,) cujus loci domini erant, violentiam intulerunt i. e. divinissimum Corp. Christi Sacramentum, baptisterium et imagines SS. ex ea amoverunt, calices, patenas, reliquos apparatus diripuerunt, devotionem catholicam in ea celebrari impedierunt, et liturgiam haereticam per Jacobum de Strzyżow pseudomysten (de quo vid dta. sub. Dziaduski.) in ea fieri jusserunt. Eapropter in contumatiam excommunicantur, item propter occupationem dotis ecclae jure patronatus privantur. Act. Epp. vol. XV s. 21 April 1562.

[2]) Sbigneus Sienieński Castellan. Sanoc., haeres bonorum Rymanow c. attin. jam pridem animum ecclesiae et hierarchiae catholicae inimicum prodidit. A. 1547 fer. 2 post f. divis. Aplor. (16 Julii) cum 40 equitibus armatis ac 60 peditibus, qui pyxidibus, arcubus ac aliis acutis armis instructi erant, villam eppalem Królikowa occupavit, foenum paratum abstulit, census, qui mensae eppali solvebantur, sibi pendi jussit, verbo: se ut dominum et propietarium hujus villae eppalis gessit. Ex hac causa Joan. Dziaduski eum ut raptorem bonorum ecclae excommunicavit. (Act. Epp. vol. XIII, 19 Sept. 1547;) ipse vero absolutione non quaesita, ad haereticos transiit, et in oppido suo Rymanow religionis catholicae exercitium sustulit. Ejus jussu Tiburcius Borussowski, quondam hospitalis Sanoc. praepositus, Presbyter apostata, in eccla Rymanow. ad S^tum^ Andream jam ab anno 1553 liturgiam sermone vulgari cum dispensatione S. coenae sub utraque specie celebrabat, ac populum scandalosis praedicationibus ad defectionem ab avita fide solicitabat, propterea a J. Dziaduski excommunicatus. (Vid. s. h. epp.) Dein 1555 Sieninius quemdam Ambrosium Almanum pseudopraedicatorem qui antea per terras Prussiae et Silesiae, novum Evangelium praedicans, oberraverat, Rymanoviam induxit, pariter a praefato Eppo excommunicatum. (Vid. ibid.) Hoc modo animis parochianorum aliquamdiu ad reformationem praeparatis, ipsam ecclam paroch. Rymanov. violenter occupavit, calices, patenas, cruces, ostensoria aliosque apparatus ecclicos propria manu de eccla exportavit, S. Eucharistiam in terram abjecit, ac pedibus conculcavit, S. chrisma ad calceos ungendos adhibuit,

Joan. Pieniążek in Pruchnik,[1]) et Stanisl. Drohojowski in Jaćmierz[2]) acta commemorant, inpavide sese opposuit, poenis, in jure contra haereticos statutis, in eos animadvertens.

A. D. 1562 ad Concilium Tridentinum, a Pio P. IV reassumtum, qua legatus regis Poloniae profectus est,[3])

---

amotoque parocho incolas loci ad praedicationes ministri haeretici frequentendas compulit. Similes violentias etiam in aliis locis dominii sui, in Iwonicz et Klimkówka, commisit. Quapropter sententia V Herbort eppi dd. penult. Maji 1565 qua manifestus haereticus denuo excommunicatur, et jure patronatus ecclici privatur. (Act. vol. XV s. d. et a cit.) — Sic domus Sieninia, quae quondam eclesiis Gnesnensi, Leopol. et Cracov. praesules dederat, ab eccla defecit, ac paulo post Arianismi firmissimum fulcrum evasit.

[1]) Joan, Pieniążek, post obitum Stanisl. Broniowski et Sebastiani ejus filii bonorum Pruchnik haereditatem adeptus, ecclam oppidi illius eum dote occupavit, et ex ea fanum sectae suae haereticae effecit. (Vid. depositiones testium ex anno 1607 in libr. privileg. pag. 36.) Protestationem V. Herborth Eppi contra violentiam ejus Act. Eppatus sub. ult. Aug. 1570 continent. Eidem Pieniążek etiam occupatio vicinae ecclae in Zarzecze adscribenda videtur quae aeque ac Pruchnicensis longo tempore haereseos jugum tulit.

[2]) Stanisl. Drohojowski, Capit. Premisl. haeres in Jaćmierz adhuc sub. Joanne Dziaduski 1559 propter haeresim excommunicatus fuit. Val. Herborth eum cum conjuge sua jure patronatus ecclae in Jaćmierz privavit, illudque in generosum Joan. Ligęza, qua verum et legitimum praefatorum bonorum dominum transtulit. (Act. Cons. Aol. XV sub. 20 April. 1562.)

[3]) Act. Epp. vol. XV ad an. 1562 adnotant: „Anno quo supra die lunae, 7 Septembris, Rmus. in Christo Pr. et D. D. „Valent. Herborth E. P. e Brzozow ad Concilium Christianum „et oecumenicum Tridentinum a regno Pol. S. R. Majestatis „Legatus designatus, discessit, et ne propter S. Remmae Paternitatis a Dioecesi absentiam aliquid negligentiae cum in „cultu divino, tum rebus et negotiis spiritualibus committatur, „R. D. Stanisl. Tarnawski, ecclae cathedr. Prem. Custodem, „in Administratorem generalem constituit et ordinavit — cujus „Acta sequuntur.“ Pallavicini in hist. Conc. Trid. lib. 18 scribit, eum Tridenti honorificentissime exceptum fuisse,

cui cum eximia doctrinae et zeli sui fama usque ad exitum interfuit, [1]) ac in patriam reversus, ut ejus decreta et canones a rege et regni ordinibus reciperentur, sollicite adlaborabat.

A. D. 1561 Synodus provincialis Varsaviae, [2]) anno vero 1564 ab Eppis Russiae Leopoli celebrata fuit [3]) pro

---

et quoniam multi ex Eppis ei obviam processerunt, Sessionem, quae eo die celebranda fuit, in sequentem diem prorogatam fuisse. Cf. quoque eplam Pii P. IV ad ipsum scriptam inter documenta sub. nro. III cit. Oratio, quam Herbortus ad PP. Concilii dixit, habetur inter orationes aliorum legatorum, quae Coloniae typis Birkmannianis 1565 8° excusae sunt. Orechovius dialog. 6 testatur „eum a PP^bus Concili in numerum 12 epporum, ad colligendos abusus ecclesiasticos et remedia, iis medendi, proponenda destinatorum, cooptatum in in hac provincia fructuose laborasse.

[1]) Inter PP., qui decretis Synodi subscripserunt, etiam ejus nomen legitur. Rediit ad Dioecesim 1564. Vid. vol. XV. Act. Epp. ubi Actis anni cit. haec proemittitur inscriptio: „Acta coram Rmo. Pre, et Dno. Val. Herborth E. P. post „ejus adventum e Concilio Tridentino."

[2]) Huic Concilio V Herborth personaliter interfuit, nam Act. Epp. vol. XV sub. 13 Febr. 1561 legitur: „judicium eppale „siluisse ob profectionem Rmi. D. Eppi ad Synodi provinc. Varsav." — Ejus canones vid in libro const. synodalium. In hac Synodo Orechovius praesente Berardo Bonjoani, Eppo Camerino et Sedis Aplicae Legato, orationem dixit „pro „dignitate sacerdotii — (quae Coloniae 1563 dicto Legato de„dicata prodiit) — de qua memoratus Legatus in Epla ad „Cardinalem Moroni scripta, tale ferst judicium: „Nell' ultima „sessione del Sinodo l' Oricovio molto nobile, e reputato il „primo letterato di questo regno, fece una bellissima orazione. „Mando copia, percho servirà per istruzzione della sua opi„nione, alla presenzia del clero, dei Senatori e molti gentilu„omini del regno, e forastieri, che vi erano concorsi, e se be„ne l' orazione, che io prima haveva veduta, mi era parsa „notabile, nondimeno quando fu recitata con quelle azzioni, „con quelli affetti lacrimosi, e con bella pronuncia, ricordando „l' impeto, sollevó nei Comizzi contro gli ecclesiastici, riuesci „mirabile con satisfazione universale." (In ultima Synodi sessione Oricovius, vir multum nobilis, et pro primo istius regni litterato reputatus bellissimam orationem dixit, cujus

servanda orthodoxa fide, disciplina eccles. instauranda, et pace ecclesiae firmanda, ad quem finem Praesules Poloniae etiam, Cardinalem Hosium imitati, collegia PP. Soc. Jesu in dioecesibus suis erigere coeperunt.[4]) In Russia primum hujusmodi collegium liberalitate Sophiae de Sprowa Jaroslaviae fundatum fuit (1571).

---

exemplar transmitto, pro instructione de sententia (ejus,) coram clero, Senatoribus, multisque nobilibus indigenis et extraneis, qui illuc concurrerant, declarata serviturum. Et quamvis oratio ipsa, quam praevie legeram, mihi visa sit admiralibis, nihilominus comitante (congrua) actione, et cum affectibus, lacrymosis, pulcherime pronunciata, spectato, quem (olim) in comitis contra clerum suscitaverat, impetu, mirabilem produxit effectum, communique omnium satisfactione excepta est.) (Thein. mon. tom. 2, f. 660.)

[3]) Celebrata fuit Leopoli 8 Novembr. 1564, praesidentibus Joane Franc. Comendone, Patricio Veneto, Eppo Zacynthensi, Pii P. IV ad Regem et regnum Pol. legato, et Paulo Tarło, AEppo Leopol. — Aderant: Albertus Sobiejuski de Starożreby Eppus Chelmen. (serius Premisl.,) Albertus de Pilzno, Canonicus Leopol. et Prem., qua nuncius Val. Herborth E. P. infirmitate domi detenti, et Capituli cath. Prem., Simon Borszyński, Decan. Camenec., Nuncius Dionys. Secygniowski E. Camen., et Jacob. Wirtoński Praep. Camenec., qua Nunc. Capituli. Eppus Luceor. ad Synod. invitatus nec personaliter, nec per nuncium comparuit. — In hac Synodo ante omnia canones et decreta S. Concilii Trid. suscepta, cum hac tamen restrictione: quod, quoniam inter decreta aliqua suut, e g. de residentia cleri, de pluralittate beneficiorum et de Seminariis erigendis, quae in parvo hujus provinciae sacerdotum numero, oh tenuitatem proventuum beneficiorum aliaque impedimenta huic provinciae propria, plus officere, quam prodesse possent, visum sit huic Synodo, cum SS. Dno. agere, ut huic provinciae hac in parte specialiter providere dignetur. Vid. quoque apud Theiner eplam epporum Pol. ad Pium IV dd. 13 Apr. 1564, de periculis, quae ex nimis serupulosa executione decretor. Concil. Trid. de pluralitate beneficiorum et de residentia propter haereticos oriri possent (tom. 2, pag. 108.)

[4]) Stan. Hosius Card. et Eppus Varmiensis Jesuitas in Concilio Trid., cui Jacob. Lainezius: praepositus ordinis generalis interfuit, cognovit, eosque aptissimos fore judicavit, ad haereses, quae tunc in Polonia grassabantur, debellandas. Igitur

Sed ut ad Episcopum nostrum revertamur, ex rebus ab eo gestis sequentia notamus:

Decimam eppalem de villa Lacka-Wola ad mensam Capituli, de villa Hujsko vero Archidiacono cathedr. cessit. [1]) Precibus suis apud Sigismundum Aug. et aqud AEppum Leopol. interpositis obtinuit, ut Capitulo beneficium paroch. in Dolina (ADioec Leop.) incorporaretur. [2]) Neque solum proventibus Captli ampliandis sollicitudinem suam impendit, sed etiam curam habuit, ut ad hocce collegium, eppi Senatum constituens, viris, doctrinae et pietatis fama conspicuis, aditus pateret, quare consuetudi-

---

Brunsbergae, in dioecesi sua, primum pro eis Collegium fundavit (1565.) Eum mox alii Eppi Pol. et Catholici regni proceres imitari coeperunt. Valent. Herborthus Premisliam PP. Societatis introducere optaverat, at mediis ad id deficientibus contentus fuit eos Jaroslaviam introducere, ubi munificentia Sophiae de Sprowa Stangenberg 1571 eorum Collegium fundatum est. Mox et Leopoli liberalitate Joan. Demetrii Solikowski AEppi collegium S. J. erectum est (1590.) – Primus o Polonis Societati nomen dedit S. Stanisl. Kostka, Romae, durante Novitiatu, mortuus. Ordo hic brevi plures viros illustres protulit, uti: Stanisl. Varsevicium, Petrum Skargam, concionatorem nulli secundum, Jccobum Wujek, auctorem postillae maj. et minoris, tum novae polon. bibliorum versionis, Martin. Luternam patria Drohobycensem, insignem ecclesiastem, Martinum Śmiglecium, Arianorum impugnatorem Nicol. Lancicium, ex haeresi Callvin. conversum, melioris notae scriptorem asceticum. — Nec sane spe sua delusus est Cardinalis Hosius; nam Jesuitae non tantum ulteriori haereseos in Polonia propagationi obicem posuerunt, sed et plurimos nobiles, quos haeresis fascinaverat, in sinum ecclae cathol. reduxerunt.

[1]) Hae decimae de praediis regalibus noviter erectis ad mensam eppalem pertinebant. At Eppus ut, Plati et Canonici apud ecclam cathedralem commodius agereat, et ADiaconus officio suo melius fungi posset, eas Capitulo cessit; id quod Sigismund. Aug. R. Pol. ratam habuit. (Vid docum nr. XII.)

[2]) Vid. docum. nr. XIV, XV. Ad hoc beneficium spectabat villa Spas cum salis fodina (wieża) ac duabus patellis (trzany,) item teloneo patellarum. (Trzeb. fol. 112.)

nem hucusque observatam, plebejos ad dignitates et praebendas canonicales non admittendi, consentiente Capitulo ita reformavit: ut abhinc etiam ignobiles, dummodo eruditione et gradu doctorali insignes, ad gremium Canonicorum recipi possent. [1]) Porro statutum de residentia Capitularium instauravit, [2]) Capitulo bibliothecam suam,

[1]) Cf. quae de excculsione plebejorum a Capitulis sub. S. Tomicki observavimus. — Exclusio hujusmodi Herbortho, quamvis stirpe nobilissima orto, injusta videbatur; hinc in Cap. p. f. S. Joan. B. 1564 cum Platis et Canonicis statutum condidit: ut dehinc etiam homines plebeji ad Capitulum admittantur, dummodo litteris patentibus alicujus Universitatis, a Sede Aplica approbatae, demonstraverint: se insignibus doctoralibus esse decoratos, „quae insignia aequipollere de„bent ipsius germanae nobilitatis insignibus.“ (Vid. hoc decretum ad calcem libri pergamen. statutor Capituli.) Eppus et Capitulum jurejurando se obstrinxerunt ad hoc statutum observandum, quod tamen (tanta est praejudiciorum vis!) mox a morte Herborthi oblivioni datum fuit. Adhuc 1792, adeque jam sub regimine Austriaco, Capitulum antiquam illam praxim, nonnisi nobiles ad gremium suum recipiendi, contra Platum ignobilem a Leopoldo II Imper. nominatum ursit, quamvis laurea doctorali in Theologia insignitus esset. Remonstranti vero responsum est: Praxim illam a c. R. regimine nunquam fuisse approbatam.

[2]) Mos non residendi ad ecclam, e beneficiorum pluralitate fluens, hac aetate plurimum inoleverat, praesertim cum etiam eppi Prem., excepto Joanne Dziaduski, hac in parte Capitularibus bono exemplo minime praeirent. Neque statutum in Cap, p. f. S. Joannis B. 1444 conditum: ut distributiones canonicales tantum praesentibus obtingerent, huic malo medelam adferre valuit, siquidem lex illa haud constanter observabatur, et alioquin Capitulares aliis pinguioribus beneficiis provisi modicas distributiones parum currabant. — Ideo Herborthus pro zelo, quo erga ecclam cathedr. et decorem ejus animatus fuit, in congregatione die 15 Jan. 1571 celebrata mutuo consensu cum Capitularibus saltem certos dies et tempora determinavit, quibus nulli Plato vel Canonico ab eccla cathedr. abesse liceret. Vi hujus conclusi per Eppum et Capitulares juramento roborati, omnes Plati et Canonici in Vigilia Nativitt. Dni i. e. 23 Decembris Premisliae convenire et usque at exitum Capituli generalis, post festum Cir-

lectissimis libris constantem, dono dedit,[1]) pro lampade coram SSimo cremanda fundationem fecit,[2]) Collegio Vicariorum cathedr. beneficium Stryjense incorporavit.[3])

Bona mensae eppalis ablatione villae Duńkowice diminuta[4]) emto praedio Porchowka[5]) in suburbio Brzo-

---

cumcisionis Dni. inchoandi, ibidem morari, officiaque divina in eccla cathedrali per se, vel confratres substitutos, explere tenebantur. Item a Sabb. ante Dom. palmarum usque ad Dom. Conductus Paschae, a Dom. rogationum per totam seq. septimanam, a Sabb. Pentecostes usque ad finem Octavae SS. Corp. Christi, a Vig. Nativ S. Joan. B. usque ad conclusionem generalis Capituli, post illud festum celebrandi, denique a festo Assumpt. B. M. V. per totam Octavam singuli ad residentiam obstringebantur, absentes vero pro quavis septimana 12 grossis pecuniae, fabricae ecclae applicandis, uniebantur. (Vid. Alembek in annulo can fol. 79.) Sic scandalum non quidem penitus sublatum (nam reliquo tempore solus tantum procurator et concionator ordinarius ad residentiam obligabantur) attamen saltem mitigatum est.

[1]) Vid. Janocki in den Nachrichten von raren polnischen Büchern, ubi testatur, in hac bibliotheca multa fuisse rara opera et incunabula. Ibidem auctor testatur, Herborthi cura factum esse, ut Vigilantius Valent. Samboritanus, non ignobilis suo aevo poëta Latinus, Academicus Cracov. scholae Premisł. cathedr. praeficeretur, unde tamen mox Posnaniam ad Academiam Lubranscian. sit promotus. (Nachrichten etc. II, pag. 54.)

[2]) Vid. libr. privileg. pag. 57, 112, et privileg. orig. dd. Radimnae ult. Jul. 1564, quo ex fundo quodam eppali, Joanni Sad emphyteutice elocato, annuum censum 2 fl. pro lampade ciborii assignat.

[3]) Vid. docum. nro. XVI.

[4]) De villa Duńkowice cf. dta. sub. Dziaduski. Statim ab obitu Dziaduscii Stanislaus Drohojowski, Capit. Pr., acatholicus in vicinitate bona sua haeredicaria habens (villam sc. Zamoście et al.) villam Duńkowice occupavit (vid. sub. Padniewski) et a Sigismundo Aug. facultatem eam ab eppo Prem. eximendi sibi procuravit. Vi hujus privilegii Herbortho praeter 200 marcas, in quibus Eppatui fuit invadiata, (vid. nos. sub. Oporowski,) Summam 1,200 fl. pol. persolvit. Quoniam vero Eppus in processum cum dicto Capitaneo multum proprii aeris expenderat, hinc Capitulum ei conseusum prae-

zow. auxit, inter oppidum Radymno ac villas Sosnica et Swięte limites restituit.[6]) Ruthenis Radimnensibus pro aedificanda eccla fundum assignavit[7]) et jus parochi eligendi attribuit, porro in villis eppalibus Zawadka et Lipowiec dotationem ecclarum ruthen., agris additis, ampliavit.[8])

Parochiali ecclesiae in Pnikut decimas praediales de Bolanowice adscripsit, eique ecclam in Myślatycze ad tempus incorporavit.[9]) Ad ecclesiam par. Brzozov. fraterni-

---

buit, illam Summam 1,200 fl. in meliorationes bonorum eppalium erogandi. Ex hac pecunia ergo Herborthus *a)* Brzozoviae novam piscinam (Staw) effodit, *b)* ibidem albatorium (bléch) instruxit. *c)* Brzozoviae Jaśliscae, tum in Blizne ac Golcowa agros rusticales pro ampliandis praediis eppalibus coëmit. Cf. Act. Cap. e 1565, fol. 150, et 1567 fol. 157. Quid cum 200 marcis factum sit, nescitur. Capitulum 1567 fol. 158 eppum monet, ut hanc Summam in bonis mundis frugifere locet.

[5]) Hoc praedium antiquitus Parkowka dictum a Joanne Jankowski, sculteto in Domaradz 352 fl. p. emit, ita ut 148 fl. 24 gross. e Summa 1200 fp. ex Duńkowice accepta depromeret, et 203 fl. 6 gross. e proprio adderet. Act. Cap. 1567 fol. 153. Cet. cf. docum. nro. IX.)

[6]) Vid. Trzeb. fol. 215, ubi memoratur documentum Valent. Orzechowski judicis et Hieron. de Chmielek Chmielecki, subjudicis terrae Prem. — dd. fer. 3 post. f. S. Agnetis 1566 — quo ad postulationem V. Herborth E. P., et Joannis Szyszyński, haeredis in Sośnica ac Święte — granicies inter Radymno ac Święte describunt. Vid. doc. nro. X.

[7]) Privilegium huc spectans dd. Brzozov. 1. Sept. 1562 vid. in Actis epp. Piasecki (fol. 140) qui illud confirmavit. Vid. quoque Act. Capit 1565 f. 147, ubi fit. mentio sigilli Capitularis huic privilegio adpositi. Est ibi sermo de ecclа „intra moenia oppidi Radymno“ unde inferendum, hanc esse diversam ab eccla „ante oppidum Rad.“ pro qua Nicolaus de Krajow. 1495 privilegium concesserat.

[8]) Vid. Act. Capit. 1566, fol. 151 et 1567 f. 154, ubi Capitulum pro melioratione dotis utriusque ecclae ruthenicae Eppo consensum praebet.

[9]) Vid. docum. nro. II.

tatem litteratorum B. Marie Virg. introduxit,[1]) et Praeposito hospitalis hortum in Starawieś donavit.[2])

Acta Consistorii et Capituli multa continent specimina liberalitatis ejus in varias personas privatas, utpote; collationem scultetiae in Przysietnica nobili Alberto Trzciński, scultetiae in Lubatowa nob. Nicolao Cebrzyk, molendinorum in Radymno nob. Petro et Paulo Dąbrowski.[3])

Paulum Tarło, Decanum Prem-Valentinus noster in AEppum Leopol consecravit, eidem pallium AEppale solenniter imposuit, ac defuncto justa funebria persolvit.[4])

Ejus temporibus prima catholica Versio Polona S. Scripturae, auctore Joanne Leopolita, magistro academiae Craco. edita fuit (1561).[5]) — Eodem anno cum M. Duce Moscovice bellum propter Livoniam exarsit, diu vario marte gestum, 1570 per inducias triennales limitatum.[6])

Acta Eppi nostri adnotant, miraculum quod A. D. 1566 Sochaczoviae in Polonia occasione sacratae hostiae, a quodam Judaeo transfixae, acciderat,[7]) tum cleri-

---

[1]) Vid. Acta eppal. Goślicki vol. XX, fol. 146, porro Act. Cap. 1569, fol. 165, ubi privilegio eppali pro hac confrater. nitati sigillum Capituli apponi conceditur.

[2]) Act. Cap. 1569.

[3]) Vid. docum. nro. XIII.

[4]) Skrobiszewski in AEp. Leopol.

[5]) Prodiit Cracoviae typis Nicol. et Stanisl. Scharffenberger 1561 fol. — Sigismundo Aug. R. Pol. dedicata.

[6]) Magister ensiferor. in Livonia (Gotthardus Kettler) ducem Prussiae imitatus, Lutheri sacra amplexus, a Sigismundo Aug. R. Pol. qua M. Duce Litvaniae, Livoniam et Curoniam in feudum acccepit, quod adeo Moscorum Czarum irritavit, ut existimans sibi in Livoniam jus esse, Sigismundo Augusto ridiculis litteris, (quas Theiner monum. hist pol. tom. II, f. 713 exhibet) bellum indixerit.

[7]) Vid. Act. Epp. volum XVI, cujus initio legitur recognitio (ex originali regestro Magistratus Sochaczov. descripta:) Judaeum Bieniasz Sochaczeviae ob furtum consecratae

cidium in Conventu Premisl. Minoritarum conventual. perpetratum, [1]) et illico severa poena vindicatum (1572).

hostiae ejusque transfixionem ignis supplicio affectum fuisse fer. 6 post Ascens. D. N. J. Ch. 1566.) Nakielski in Miechovia (fol. 622) eventum hunc ad an. 1556 referens dixit: Judaeum illum S. hostiam ab ancilla Dorothea 3 thaleris et veste fimbriata emisse, ac in Synagoga pugionibus cultrisque confodiss·, qua occasione ex illa multus cruor profluxerit, a Judaeis cochleari exceptus. Scopum miraculi illius auctor memoratus hunc fuisse autumat: ut laicis, tunc in Polonia usum S. Calicis importune postulantibus, patefieret, corpus Christi in cucharistia non exsangue esse. Ceter. idem auctor observat, una cum dicto Judaeo etiam memoratam ancillam Dorotheam, ejus famulam, vivicömborium passam esse.

[1]) Vid. libr. Actor. Cons. vol. XVIII, cujus initio haec leguntur: „A. D. 1572 fer. 6 d. 25 Januar. religiosus Pr. Stanisl. „Milewski Guardian. Convent. minor. S. Franc Prem. hospitio „excepit Nicolaum Krasnopolski de Sierakośce, eique „assignavit stationem in refectorio, ipse cum fratribus secessit „in pistrinum, ubi dormivit. Cum hora 8va noctis venisset, „ipso Dno. Krasnopolski vino sepulto dormiente, ipsius duo „servitores, alter Kłodziński, alter Janussius ebrii domui pi„strinalti vim intulerunt. Prodiit Guardianus, monendo ipsos, „ut abstinerent, et eis contemnentibus monita, dominum Krasno„polski adiit, conquerendo de familia, rogandoque ipsam co„ërceri. Ibi illi duo ante refectorium in atrio domus ipsum „violenter arreptum in terram prostraverunt, et incusso illi in „os gladii capulo, et dentibus aliquot excussis, caput, dorsum, „latera et manum sinistram immanissime concuserunt, multa „vulnera cruenta et livida, quorum imprimis quod in summo „nasi sub fronte inter oculos cuspide seu gladii extremo satis „profunde ad cerebrum usque erat inflictum, lethale intulerunt. „E quibus vulneribus pater ille pius, et domus hospes, die „dominica. proxima, Sacramentis procuratus, obiit. Eam ob cau„sam Val. ab Urzępów, officialis Premisl., omnes circa Pre„misliam ecclas interdicto subjecit, in quo etiam Ruthenorum „synagogae (ecclesias sic vocat Schismaticorum) cum nostra „eccla consenserunt. Postmodum cum D, Joan. Herburt, Ca„stellan. Sanoc., Capitan. Premisl., dominum Krasnopolski ci„tasset, Kłodzińscius extraditus ac in crastinum in praetorio „Premisl., ipso D. Herburt et aliis proceribus, praesentibus, „condemnatus, capitis abscissione poenas luit, interdictumque „est relaxatum., Haec, tanquam imaginem morum illius aevi „referentia, hic loci commemoranda censuimus.

Eodem anno, qui Sigismundi Augusti R. P. emortualis erat,[1]) pestis in Russia grassabatur, qua durante Valentinus eppus praematurе fatis succubuit.[2])

[1]) Obiit hic postremus stirpis Jagellonicae surculus Kyszyni in Podlachia d. 18 Jul. 1572, et quia nullam prolem reliquit, exinde nobilitas reges eligebat, unde extrema regni ruina subsecuta est.

[2]) Ineptum omnino est, quod auctor vit. eppor. Prem. habet: eum in reditu a Concilio Tridentino in Silesia obiisse. Forsitan Bielsko Podlachiae, eum Bilsko in Silesia (Bilitz) confudit. — Adierat Herborthus regem in Podlachia versantem, quia agente Fr. Commendone, legato Pii P. V de foedere principum Christianorum contra Turcas ineundo agebatur, quod consilium vero et Papae et Regis mors irritavit. Acta Capituli obitum eppi ita commemorant: „A. D. 1572 d. 23 Septbr. „tumulatus est Rmus. in Christo Pr. Valent. Herbort in Ful„stin, et statim in cymeterio ejatis eccliae post altare majus „celebratum est Capitulum, propter metum mutui contactus „ob pestem, in quo Stanislaus Łęcki, Decan. Capit., „Administrator in spiritualibus et temporalibus electus fuit. (Etiam antecedenti anno 1571 pestilentiam Premisliae atraciter grassatam fuisse Acta Capituli 1574 fol. 175 testantur.) — Teste Nakielski in Miechov. fol. 692 Joannes Herborth, Capitan Prem. Castell, Sanoc. (auctor statutor. regni Pol. et Chronicae r. Pol.) Valentini frater uterinus, juxta alios patruelis, defuncto oratione parentavit. — Indolem Valentini Eppi quod attinet, juvat adducere testimonium viri laudatissimi, Stanislai Hosii Card. Eppi Varmiensis et sub. Pio IV Consil. Trid. praesidis, qui in epla ad Andr. Ossolinium (oper. tom. II, f. 245) de eo ita scribit: „Illi similes cuperem nos esse omnes, qui „sumus ejusdem cum eo vocationis te ordinis; est enim vir et „pietate et doctrina praestans, et Tridenti ita se gessit, ut „omnium judicio valde probatus inde discederet."

Benedictus Herbestus autem Canonicus Posnanien. (patria Neomestensis) cum Herborthum nostrum anno 1566 Brzozoviae invisisset, de moribus ejus ad Stanislaum, Castellanum Leop., fratrem germannum Eppi ita scribit: „Tam „(w Brzozowie) przez trzy dni mieszkając, uczyliśmy się ka„płańskiego życia nie tylko ze słów, ale też i przykładu „Biskupa dobrego. Panie Boże! racz nam takie dawać pa„sterze! Dziwna rzecz, prawie umartwił w sobie wszystkie „affekty! Piszą to o Sokratesie, iż go nigdy nic nie obruszyło,

Epitaphium Herborthi in ecclesia parochali Fulstinensi:

Valentinus Herborth, *vir ingenio, eruditione, pietate clarus, eppatum Premisl, summa vitae integritate administravit, populum in fide cathol. ecclesiasticae munere fungens, sancte continuit, Rempubl. Senator gravitate sententiarum acerrime tutatus est, in egenos, bonarumque artium studiosos, liberalitate inexhausta fuit, Tridentinam legationem in Sacrossancto Concilio orator regni magna sanctitatis et eruditionis laude obivit. Sigismundo Aug. rege mortuo, dum Reipubl. periclitanti deesse non vult, Bielscii, oppido Podlachiae febri correptus immaturo fato praereptus est. Natus A. D. MDXXIV. Mortuus* MDLXXII *Augusti d. XXVII.*

„ani szczęście, ani przeciwność: we dwóch też naszych Bi-
„skupach, w drugim księdzu Hosyusie kardynale przypatry-
„wałem się i ja temu, co to jest, idem vultus, eadem frons.
„Miał natenczas X. Biskup (Herbort) sciatykę, jakoby jej nie
„miał, i wszystko u niego za jedno było. Nazajutrz po nas
„wyjechał on na Sejm lubelski etc.“

XXIII. LUCAS
KOŚCIELECKI

ARM. OGOŃCZYK

E. P.

1576 — 1577

Contemporanei:

Reges Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Henricus Vales 1574	Gregor XIII 1572—1585	Jacob Uchasski
Stephan Bathory 1578		

Archi. Epp. Leop.

Stanisl. Słomowski † 1575.
Joann. Sienieński.

Familiae Kosteleciae, ab antiquo in majore Polonia degentis, et a possessione villae Koscielec nomen nactae, pietas a viris, omni exceptione majoribus, summis encomiis praedicatur. [1]) Ex hac stirpe fuit Nicolaus eppus Chelmensis, anno 1518 vita functus.

---

[1]) Stanisl. Hosius de ea ita scribit: „Cum Costelecii ab eccla „nomen ducant, nulla unquam in re separari ab ea volunt, „nec puto post hominum memoriam fuisse familiam ullam in

Lucas Kościelecki fuit quartus filius Joannis, Palatini Lancicien. Teste Okolski juventutem suam in exteris nationibus litteris ornatam reddidit. A. D. 1570 sacerdos factus Abbatiam Lubinensem in commendam accepit, ac ad cathedram Culmensem promovendus destinabatur;[1]) at consilium hujusmodi partim mors Sigismundi Augusti (1572), partim Costelecii juventus — (erat enim 1547 natus) — irritum reddidit.

Henricus Valesius, A. D. 1574 Poloniae rex electus, eum eppum Premisliensem nominavit;[2]) ast ob defectum canonicae aetatis primum mense Aprili 1576 munus suum pastorale auspicatus est.[3])

Status regni et ecclesiae Pol. eo tempore valde inquietus fuit; nam Protestantes, seu, ut tum in Polonia vocari coeperunt, Dissidentes, qui tunc in Senatu catholicis praevalebant,[4]) solio regni post Sigismundum Aug. vacante, A. D. 1573 28 Januar. Varsaviae cum saecularib. regni proceribus catholicae religionis confoederationem inierunt, de pace cum his, qui in materia religionis dissident, servanda,[5]) cui conventioni, etsi ab Henrico rege accepta-

---

„mea patria, quae se magis ecclesiasticam declaraverit, et „unius, sanctae, catholicae et Aplicae ecclae Romanae tradi„tiones omnes pari studio defenderit.“ Addit: „In ea nullum „adhuc haereticum videre licuit.“ De copiosis hujus familiae „meritis in republ. vid. P. Niesiecki in „korona polska.“

[1]) Vid. ejus epitaphium.

[2]) Itaque nominatio ejus in annum 1574 incidit, nam Henricus Andegav. h. anno 25 Januar in Poloniam venit, et 23 Junii eam deseruit.

[3]) Volum. XVIIII Act. epp. continentur inde a mense Aprili 1576: Acta coram R. D. Valent. ab Urzędów, Officiali Prem. sub. praesulatu Rmi. Dni. Lucae de Kościelec.

[4]) Polonia ac Lithuania tunc Dissidentibus scatebat. In Samogitia vix 6. sacerdotes catholici supererant, in Lithuania major nobilitatis pars nova dogmata profitebatur.

[5]) Conventio haec sequentia continet: „Obiecujemy to sobie „wspólnie pro nobis et successoribus nostris in perpetuum

tae,[1]) spirituales Senatores i. e. Eppi totis viribus sese opponebant.[2])

Subitaneus, imo fugae similis Henrici regis e Polonia discessus[3]) perturbationes regni auxit. Post turbulen-

---

„sub. vinculo juramenti, fide, honore et conscientiis nostris, „iż którzy jesteśmy dissidentes de religione pokój między „sobą zachować, a dla różnej wiary świętej, i odmiany „w kościelech krwie nie przelewać, ani się penować confis- „catione bonorum, poczciwością, carceribus et exilio, i zwierzch- „ności żadnej, ani urzędowi do takiego progressu żadnym „sposobem nie pomagać, i owszem, gdzieby ją kto przelewać „chciał ex ista causa, zastawiać się o to wszyscy będziemy, „choćby też za pretekstem dekretu albo postępkiem jakim „sądowym kto to czynić chciał.“ Vide: „Prawa i wolności „dyssydentom służące 1767 w 4⁰ (sin loc.) pag. 29, 30.“ — Ab illo tempore usus invaluit in Polonia, Acatholicos vocandi dissidentes, prout in Germania „Protestantes“ dicebantur.

[1]) Hanc conventionem Henricus rex in suis pactis conventis 16 Maji 1573 ratam habuit, et ante coronationem suam sequenti juramento firmavit: „Spondeo, ac sancte juro, quod „pacem et tranquilitatem inter dissidentes de religione tuebor, „et manu tenebo, nec ullo modo vel jurisdictione nostra, vel „officiorum nostrorum et statuum quorumvis auctoritate quem- „quam affici opprimique causa religionis permittam.“ Henrici „exemplo omnes subsequentes reges in suis pactis conventis hanc constitutionem statuum confoederatorum acceptare et jure-jurando firmare tenebantur. Vid. Lengnich in Commentario ad pacta conventa Augusti III § IV pag. 8—13.

[2]) E Senatoribus spiritualibus unicus tantum Franc. Krasiński, Eppus Cracov., pacis, uti ajebat, studio ductus, huic conventioni subscripsit, omnes reliqui eam, uti praerogativis religionis et ecclae cathol. adversam, repudiarunt. Ipse regni primas Jacob. Uchański, quamvis hucusque haeriticis patrocinari visus sit, contra eam solennem protestationem ad acta castrensia Sochaczevien. fer. 3 post Dom. Quinquagessimae 1574 intulit, quod et alii plurimi, non tantum spirituales, sed et saeculares fecerunt. Ideo continua lis fuit, an conventio illa, siquidem suffragio totius ordinis spiritualis destituta, in Polonia vim legis obtinuerit? — quae lis usque ad ultima reipubl. tempora indecisa mansit, imo ultimam ejus catastrophen acceleravit. — Vid. Załuski: „Dwa miecze etc. pag. 26 seq.

tum interregnum A. D. 1575 Stephanus de Somlyo-Bathory, Transylvaniae princeps, sceptrum Poloniae adeptus est,[4]) qui bellum cum Moscis gloriose gessit.[5])

Ea tempestate Kostelecius reipubl. negotiis intentus in Dioecesi sua raro residebat; ast in Capitulo generali post fest. S. Joann. B. 1576 celebrato praesens aderat, ac Capitularibus benevolentiam suam cum affectu paterno testatus est,[6]) non tantum studia sua, sed et impensas, ubi id bonum Capituli aut ecclesiae cathedralis exigeret, ultro offerens. Non est itaque verum, quod apud P. Niesiecki legitur, eum eppatus administrationem nunquam aggressum esse, quod et plura privilegia ab eo variis personis collata refellunt, veluti nobili Hieron. Gradowski super advitalitio in bonis Cergowa et Jasionka, tum oppido Jasliska super exactione telonii „quae privilegia Capitulo in moxdicta congregatione sigillanda oblata fuere. Etiam Alberto Trzciński, sculteto in Przysietnica, privilegium ab antecessore suo V. Herborth collatum confirmasse legitur.[7])

---

[3]) Henricus accepto nuncio de morte fratris sui Caroli IX nocte e 22 in 23 Jun. 1574 e Polonia clanculum discesit, Galliae sceptro potiturus. Cumque ad praefixum terminum (12 Maji 1575) in Poloniam non rediisset, ordines reipublicae eum regno excidisse declararunt, at que ad novi e regis electionem processerunt.

[4]) Electio aliquandiu inter Maximilianum Austriae ADucem et Stephanum Bathoreum nutavit; at Stephanus, celeritate usus, adversario coronam praeripuit.

[5]) Vid. dta. sub. V. Herborth. Adeo Moschum bello isto pressit Bathoreus, ut ad antiquam stropham confugere coactum se senserit, simulandi desiderium unionis cum Romana eccla, quo mitiores Papa intercedente pacis conditiones obtineret.

[6]) Vid. Acta Cap. vol. II s. an. cit. fol. 182.

[7]) Aegre accepit Capitulum, quod eo iuconsulto in bonis mensae tantas alienationes fecisset. Idetsi actus illos confirmaverit, tamen quoad bona Cergowa et Jasionka clausulam adjecit: „ut exinde successoribus Suae Rmae Paternitatis

A. D. 1577 Synodus provincialis Petricoviae celebrata est, in qua contributio ecclesiarum pro regni indigentiis decreta. [1])Durante hac Synodo Costelecius ad eppatum Posnan. ad quem favore Stephani regis promotus fuerat, translationis bullas obtinuit. [2]) Eo ipso anno idem rex ecclae Premisl. benevolum se exhibuit, ejus antiquas immunitates ab oneribus publicis confirmans. [3])

„in eppatu Prem. nullum praejudicium oriatur, consequenter „ut illa collatio tantum pro ejus eppatu valorem habeat. — Quoad advocatiam in Przesietnica conditionis quam auctor.“ Vit. Epp. Prem. commemorat, a Costelecio appositae: „ut „subditi nonnisi per 3 dies in septimana sculteto laborent, „et quoties laboraverint, ab eo cibo et potu reficiantur,“ — Acta Capituli non meminerunt. — Id quoque Capitulo molestum accidit, quod Costelecius non obstante illa sua declaratione, benevolentia erga Capitulum plena (vid. supr. pag. 305,) ad ecclam Krosnens., ad quam hucusque Capitulum unum de confratribus praesentare solebat, Stanislaum Petronium de Opatowiec solus praesentaverit. Vid. Act. Cap. 1569 fol. 189.

[1]) Vid. Act. Cap. vol. 185. Contributio ista Gedanensibus subigendis destinata fuisse videtur, qui Maximiliano adhaerentes, Stephanum regem Pol. agnoscere renuebant.

[2]) Vid. Act. Cap. fer. 6 ult Maji 1577 (fol. 184) ubi notatur: Val. ab Urzędów, Archidiac., e Synodo Petricov., ad quam deputatus fuerat, reversum exposuisse: Rvmum in Christo Patrem Lucam a Kościelec a Sede Aplica de Premisl. ad Posnan. eppatum esse translatum, et intuitu ecclae Posnan. in Synodo provinc. ad manus Rmi. Vincentii Laurei, Montis regali Eppi S. Sedis Aplicae legati a latere, solitum jusjurandum fecisse, propterea auctoritatem et jurisdictionem Suae Romae Paternitatis in dioccesi Prem. expirasse. Quo audito DD. Caplares eundem V. Valent ab Urzędów Administratorem spiritualium et temporalium elegerunt.

[3]) Vid. Alembek in Trzebin. fol. 15, ubi exponit tenorem privilegii regis dd. Thorunii 20 Decembr. 1576 ad Joannem Herborth, Capit. Prem., Castell. Sanoc. directi, cui mandat: ut villae Capituli: Wielbowce — (error calami pro „Piekulice.“) Byskowice et Pnikult et aliae nonnullae a Contributionibus, ad quas per Alex. Krasicki exactorem, contra privilegia regum, et praesertim Vladislai Jagiellonis compellebantur, liberae et immunes conserventur.

Viginti annos Lucas noster in cathedra Posnaniensi sedit, Collegium PP. S. J. ibidem a suo antecessore fundatum, uberius dotavit, ac fervore suo in debellandis haereticis peculiarem Sedis aplicae fiduciam lucratus est. [1])

Ejus Epitaphium in cathed. ecclesia Posnan.

D. O. M.

Illmus ac Revermus Pater et Dnus

Lucas Kościelecki

Duorum Poloniae Regum

Sigismundi Aug. judicio Culmensis designatus
Ab Henrico vero Premisliensis.
A Stephano Posnan. eppatum adeptus est.
Quo in munere cathol. fidei custos haereticos quosdam
e typographia Posn. interceptos libellos cremavit,
At que ut iidem haeretici ex urbe Posnan.
Redemtis per Senatum ejusdem Urbis aedibus,
In quibus sat diu conventus suos egerant,
Suburbanum collem emigrarent, plurimum adlaboravit.
Multis praeterea rebus, ac praecipue consilio patriae
Nobilitatisque legibus tuendis
Atque erga egenos, maxime Religiosos munificentia clarus,
Cum ecclesiae suae annos XXI praefuisset Anno Salutis MDXCVII atatis suae L^mo^ Julio, ipsis Divas Annae feriis religiose excessit e vita.

[1]) In Archivo Capituli reperitur breve Georgii P. XIII ad ipsum, jam eppum Posnan., dd. 12 Aprilis 1581 directum, quo, attendendo ejus fervorem in haeresi oppugnanda, ipsius curae in tanta temporum iniquitate res catholicae religionis in regno Poloniae commendat, et ipsum Alberto, eppo Massanensi, Sedis Aplicae Nuncio, in cunctis, quae Pontificis nomine propositurus est, fidem habere vult.

Eidem Rdo Dno Andreas a Kościelec
Decanus Posn., e fratre nepos
Proavo suo desideratissimo, unaque sibi ipsi
Monumentum hoc anno MDXCIX aetatis XLV posuit.

DOCUMENTA AD EPPATUM ALBERTI SOBIEJUSKI.

I 1578. Brzozov. 8 Sept. Albertus E. P. instaurat privilegium Casimiri M. R. P. de dd Crac. fer 4 post D. Cantate 1359 occasione locationis villae et sculletiae Cergowa editum, unaque jus advitalitium Hieron. Oziębłowski ad villam Cergowa confirmat.

II 1578. Brzozov. 8 Sept. Idem approbat privil. Valentini Herborth E. P. de an 1561 Nob. Nicolao Cebrzyk super advocatia in Lubatowa concessum Trzeb. f. 146.

III 1577. Brzozov. 8 Sept. Idem approbat privil. Val. Herborth praccessoris sui dd 20 Decemb. 1570, quo Nicolao filio advocati in Lubatowa Nicolai pro S^{a} 280 marc concessum est emere agros cmetonales in Cergowa ad erigendum praedium, salvo jure redemptionis. Trzeb. f 144.

IV 1578. Prem. 26 Decemb.— Albert. E. P. laneum agri in monte vineti juxta Premisliam per Matthaeum Dunikowski injuste occupatum, ad Canonicatum fundi Sosnica et respetive ejus

possessori Hier. Bromirski restituendum ordinat. (Act. epp.)

V 1578. 1 Oct. Stephanus R. Pol. prohibet, ne Consules Crosnen. jura parochi Stanisl. Petronii turbare presumant, act. Epp.

VI 1579. 7 Maji Brzozov. Albertus Eppus Pr. incolis villae Sielec labores subditales in censum pecuniae commutat. Act. Epp.

VII 1579. Dzisnae 12 Jul. Stephan R. P. confirmat fundationem Capellae S. Thomae Apli ad ecclam cathedr Prem., et Capellano censum a piscatoribus Prem. inscribit. Lib. privil. p. 55. 56.

VIII 1578. Prem. 1 Octob. Stephanus R. P. renovat constitutionem Sigismundi I ex anno 1540 de messalib. etiam a Ruthemi ex agris Catholicor. pendendis (Act. Epp.)

XXIV. ALBERTUS

De STAROŻRZEBY

SOBIEJUSKI

arm. Dołęga

E. Pr.

1578 — 1580.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim R. P.
Stephan. Bathor.	Gregor XIII.	Jacob. Uchański † 1581.

AEpp. Leopol.

Joann. Sienieński † 1582.

Sobiejusciorum patria Masovia et Cujavia fuit. Cujavienses a villa Starożrzeby, domicilio suo, Starożrzebsciorum agnomen assumserunt. Albertus Sobiejski sub Joanne Alberto R. P. castra secutus in famosa expeditione Bucovinensi magnae virtutis specimina praebuit, ipsumque regem in summo vitae discrimine positum, salvasse legitur. Gloriam heroici animi mercedis, sibi a rege oblatae, generosa recusatione auxit. — Ejus ex Elisabetha Łękowska filius, Albertus noster, Bononiae juvenilem aetatem liberalibus disciplinis excoluit, [1]) ac sacris initiatus primum

[1]) V. Niesiecki in „Korona“ et Łętowski in Catal. Can. Crac.

Archidiaconus Cracov. et Dobrinensis, nec non Secretarius Sigismudi I R. P. fuit [1]) A. D. 1547 a rege Romam pro certis negotiis conficiendis missus est, qua occasione in epla comendatitia ad Cardinalem Farnesium scripta, Canonicus Gnesnensis et Płocensis vocatur. [2]) Sigismundus Aug. ei contulit eppatum Chełmensem (1562), [3]) in quo teste Piechowski de dioecesi sua optime meruit. Post translationem Lucae Kościelecki ad eppatum Posnan. [4]) Stephanus rex eum ad sedem Premisl. promovit, quam A. D. 1578 occupavit. [5])

---

[1]) Cum his titulis ocsurrit in monumento, quod 150 amico suo posuit Vid. Starowolski Monumenta Sarmat. etc. fol. 707.

[2]) Vid. hanc eplam apud Theiner monum. hist. Pol. tom. II, fol. 557.

[3]) Hunc eppatum omnino ante an. 1564 obtinuit, nam hoc anno Synodo provinc. Leopoli celebratae qua eppus Chełmensis interfuit. (Vid. nos. sub. V. Herborth. et Skrobisz. in vit. AEp. Leop., ubi tamen errornee ipsum vocat Joannem Starowolski.)— Piechowski merita ejus in dioec. Chelm. recensens, vitio ipsi vertit, quod cauponas bonorum eppalium Judaeis repleverit.

[4]) P. Niesiecki testatur, post translationem Lucae Kościelecki ad eppatum Posnan. pro eppatu Premisl. a. D. 1577 a 1577 a Stephano rege designatum fuisse Petrum Dunin Wolski, at eundem ante confirmationem Sedis Aplicae pro eppatu Prem. favore dicti regis eppatum Płocensem obtinuisse. Provocat ad quasdam litteras regias in MS. Petricov., ubi Wolscius qua electus Prem. occurrit. Acta nostra de hac re prorsus silent, nec Łubieński in vit. Eppor. Płocens. eam noverat. Ceterum res in se spectata non est improbabilis. Fortasse ex hac Wolscii, effectum non consecuta, nominatione, tum e bello Moscovitico, quo tunc rex occupabatur, explicandum est, quod eppatus Premislien. post Costelecium biennio vacaverit.

[5]) Jam in Capit. post. f. Circumcis. Dni. 1578 qua „electus Premisl.“ memoratur, unde nominatio ejus ad an. 1577 pertinet. Porro acta Conrii vol. XVIII observant: eum die 9 Martii 1578 possesionem eppatus adiisse.

In diebus ejus celebrata est Synodus provincialis Petricoviae (1578), in qua decreta Concilii Trident. recepta ac publicata sunt.[1])

Ecclesia cathedr. nova Capella et praebenda, tit. S. Thomae Apli, aucta,[2]) ac in villa Wola — Zarczycka nova parochia fundata fuit,[3]) beneficium vero in Gniewczyna Canonicis regul. H. Sepulchri jure precario attributum est.[4]) — Arianismus ipso Fausto Socino Poloniam ingresso (1578) rapidos progressus faciebat.[5]) — Eodem anno Stephanus Rex Premisliae praesens laetitiam de tanti hospitis adventu diversorum privilegiorum eccles. confirmatione auxit.[6]) Anvero Jagellonica, regina tapetia quaezam Alberti Eppi usibus dicavit, post ejus obitum autem ecclesiae cathedrali donavit.[7]) — Inter salu-

---

[1]) In hac Synodo canones et decreta Concilii Trid. — post obitum Jacobi Uchański regni Primatis, qui eorum receptioni contrarius erat)— ab eppis Poloniae solenniter acceptata sunt, cum rex et ordines regni ea jam 1564 in comitiis Parczoviensibus agente Fr. Commendone, eppo Zacyntensi et legato Aplico, recepissent. — Decreta huj. Synodi Petricov. vid. in libro constit. synod. fol. 7 et 349.

[2]) Vid. docum. nro. VII. Est hodierna Capella Ciborii. Fundator fuit Joan. Thomas Drohojowski, cujus stemma (Lorczak) etiamnum super ostio cernitur.

[3] et [4]) Vid. Schematism. dioec.

[5]) Vid. Ostrowski, „dzieje kościelne“ pol. tom. III, fol. 143, edit. Posn. Stephanus Bathoreus ipse ante susceptum regnum suspectae fidei fuit, quae ratio acatholicos, et in his praesertim Zborovianam familiam potissimum permovit, ut eum contra Maximilianum Austriacum in regno adipiscendo juvarent. At spe sua delusi sunt; nam Stephanus rex factus omnibus, Catholicis aeque ac heterdoxis justum et aequum se exhibuit, neque passus est, et negotia ex arbitrio haereticorum et praecipue Zboroviorum administrarentur. Interim tamen a dissidentibus persequendis alienissimus fuit, tria esse dictitans, quae Deus sibimet reservavit: creationem e nihilo, futurorum praescientiam et conscientiae humanae dominatum.

[6]) Vid. docum. nro. V et VIII.

[7]) Vid. Acta Consist. vol. XVIII sub. 2 Jan. 1581.

bria Stephani regis instituta ad hanc epocham spectantia mentionem meretur introductio (1578) tribunalis regii, quod alternatim Petricoviae et Lublini in rebus civilibus jus dicebat, [1]) cujus sententia multae ecclesiae, per haereticos violenter occupatae, Catholicis restitutae sunt.

Caeterum Sobiejuscius privilegium Casimiri M. dd. fer 4 post. D. Cantate 1359 occasione locationis villae Cyrgowa editum, instauravit, et usumfructum ipsius villae cum consensu Capituli Andreae Oziembłowski ad tres vitas, suae scil, uxoris et filii concessit, [2]) aliaque privilegia variis hominibus a decessoribus suis concessa firmavit, [3]) sub-

[1]) Hucusque reges P. in suprema instantia ipsimet jus dicebant, quod cum tam regibus, in tanta negotiorum multitudine, — quam partibus perquam molestum esset, Stephanus Rex unum tribunal pro Polonia, alterum pro Lithuania instituit. Poloniae tribunal a die lunae post f. S. Franc. Conf. usque ad Dom. palmar. Petricoviae — a Dom. in albis usque ad f. S. Franc. Lublini, munere suo fungebatur, atque judicibus saecularibus, qui in singulis palatinatibus a nobilitate eligebantur, ac ecclesiasticis, a Capitulis ecclarum cathedr. electis, constabat. Vid. Lengnich jus pub, R. Poloniae t. II, pag. 536—541. Quoniam omnes causae contra bonorum et redituum ecclesiasticorum detentores in judiciis tribunalitiis ventilabantur, et ideo Eporum plurimum interesse debebat, ne judicia isthaec intermitterentur, ideo Synodus provincialis Wężykowiana de anno 1634 Eppiscopos obligavit, ut deputatis tribunalitiis de gremio Capituli pensionem e bonis mensue suae suppeditarent, addita comminatione: causas ipsorum dioeceses concernentes secus in tribunali judicatum non iri. Ab hac obligatione vero Petrus Gembicki, incorporata Capitulo advocatia in Jasionka (1640) se ipsum et successores suos eliberavit.

[2]) Vid. docum. nro. I.

[3]) Vid. docum. nro. II, III. — In libro privileg. per Capitulum confirmatorum legitur trassumptum documenti dd. Radimnae 29 Decembr. 1578, quo Albertus E. P. Aurelio Gwidyński, Italo (Guidini) habendo rationem servitiorum ejus, sibi a puericia fere ad senectutem exhibitorum, scultetiam in Bliznе, ad dies vitae ejus, et uxoris ipsius possidendam, postea vero a successoribus eorum per eppos 200 florenis eximendam, cum

ditis villae Sielec labores manuales in censum pecuniarium commutavit,[1]) fraternitatis litteratorum B. Mariae Virg. ad ecclesiam Brzozov. reditus ampliavit.[2])

Obiit Varsaviae A. D. 1580.[3]) Anno sequente 1581 coepta est jussu Gregorii P. XIII correctio Calendarii Juliani, quae ab anno 1582 in Polonia in publicum usum introducta est,[4]) Ruthenis tamen et Dissidentibus, antiquum Calendarium retinentibus.

SIMON ŁUGOWSKI

nominatus Eppus Premisl. stem: Junosza. † 1583.

Simon Ługowski patre Szaniawski natus, quoniam infans parentibus orbus, a cognatis suis Ługowsciis adop-

libera molitione, et libera lignorum vectura de sylvis pro usu domestico, et modesto aedificio tradit. Addit serius eidem familiari suo, ad regis intercessionem molendinum in Blizne tum fulloniam (folusz) in graniciebus villarum Blizne et Domaradz sitam, jure advitalitio ut supra, post fata ipsorum summa 100 marcam per eppos redimendam.

[1]) Vid. docum. nro. VI. In hoc documento legitur: „Miasto „robót nam powinnych mają nam i namiestnikom płacić czyn„szu każdy z nich po dwie grzywien na kazdy rok, monety „i pieniędzy polskich, pasznego dwie grzywnie, zakę pięć grzywien, a karczmarz grzywnę jednę. A takowy czynsz po„winnnni będą zawsze wydawać na św. Marcin... Powinni też „będą czasu bytności naszej czynić posługę na dworze Przemyskim, „gdzie będzie potrzeba.“ Vid. Act. Conrii vol. XXXIV p. 768.

[2]) Ita dicunt Acta Gośliciana vol. XX, fol. 148.

[3]) Obiit inter 1 Jan. 1580 — nam in Cap. post f. Circumcis. Caplares ad eum in variis negotiis eplam scribendam decennunt, — et 24 Jun. 1580; nam in Cap. p. f. S. Joan. B. jam Val. ab Urzędów, ADiac. vocatur Administr. dioec. in spiritualibus et temporalibus. Niesiecki testatur eum 1581 Varsaviae obiisse. At quoad annum fallitur.

[4]) Vid. Nakielski in Miechov. fol. 717.

tatus et educatus fuerat, eorum cognomen grati animi causa assumsit, stemmate duntaxat nativo Iunosza sibi reservato; nam Ługowscii armis Lubicz utebantur. Sacerdotio initiatus Canonicatum Cracov. et Posnan. obtinuit (1562), atque thesauri regni Notarius factus est. Ob peritiam et dexteritatem, in rebus gerendis demonstratam, Sigismundo Aug. quoque in paucis charus esse coepit; quare, cum Joannes a Lwowek, praeptus grilis Miechov. senio fractus de Coadjutore adsciscendo cum fratribus ordinis, Canonicis SS. Sepulchri deliberaret, rei notitia accepta rex, quamvis paulo ante dictis Canonicis regularibus liberam praepositi electionem confirmasset, Ługovscium memoratae praepositurae coadjutorem litteris suis nominavit. Restitit, quantum potuit, regiae voluntati Philippus Padniewski, p. t. eppus Cracoviensis, at tandem, oppositionem suam frustraneam fore intelligens, Joanni praeposito Miechov., ut se postulato regio submitteret, et Ługowscium coadjutorem cum jure successionis assumeret, consilium dedit. Sic ergo hic anno 1567, quo coadjutus vivere desiit, factus est Praeptus Collegii Miechov. Nec hoc tum dignitatis, tum proventuum incremento contentus, mortuo Alberto Sobiejuski eppatum Premisl. ambivit, ad quem litteris Stephani regis de castris ad Polociam d. 20 Julii 1580 datis ita evectus fuit, ut ei quoque pro retinenda praepositura Miechov. consensum regium impertiretur, ea hujus cumulationis ratione adducta: ut facilius oneribus tenuioris eppatus ferendis par esset, et suam dignitatem obtinere posset. At Ługovscius, antequam bullas provisionis a Sede Aplica obtinuisset, de temporalis vitae statione avocatus est (1583). Fertur durante praepositura sua professionem religiosam in ordine Canonicor. SS. Sepulctri emisisse, ea tamen pactione praemissa:

ne cognati sui hoc praetextu ab adeunda ipsius haereditate arcerentur, quae satis ampla fuit, et Joanni ac Stanislao Ługowsciis obtigit.

Licet non caruerit panegyricis, (quos inter Vigilantius Gregor. Samboritanus pertinet, non infimae notae poëta, qui laudes ejus cecinit,) auctores tamen graves Samuel Nakielski et Stanisl. Łubieński in monitis Petrokonscianis eum probris onerant, et posterior in specie observat, eum Simonis (magi scil.), cujus mores fideliter referebat, tam nomen, quam omen habuisse. —

Quoniam Ługovius ad sedem Prem. solummodo electus minime autem confirmatus decessit, nomini ejus in serie epporum Premisl. locus non competit; ast quia omnes anteriores tabulae eum inter eppos annumerant, ideo et nos eum non prorsus silentio praetermittendum duximus.

Epitaphium Sim. Ługowski in eccla Cracov. Stae. Hedvigis.

Revermo in Christo Patri D. Simoni Ługowski, *ob singularem fidem et excellens studium in transigendis negotiis thesauri, regia autoritate et Epporum, ecclesiarum Cracov. et Posnan. Canonico, tandem D. Sigismundi Aug. R. P. favore et fratrum consensu Praepto grali Miechov. Postremo Serenmi, integerrimi, et accrrimi Stephani R. P. episcopo nominato et electo Premisl. Aetatis suae anno LII° die XX Januar. A. D. MDLXXXIII viam universae carnis ingresso.*

DOCUMENTA AD EPPATUM
JOANNIS BORUKOWSKI.

I 1582. Brzozov. 11 Aug. Joannes B. E. R. Hieronymo Bromirski Praepto Chełmen., Canonico Prem. ob merita ipsius confert duas quattas agri in fundo Radymnensi, vulgo Proporczyńskie nuncupatos, quos ante V. D. Stanisl. Przysthałowski Canon. Pr. possidebat, cum horto in suburbio Radymnensi, alias Nasie (Act. Epp).

II 1583. Brzozov. 22 Octobr. — Idem Eppus publicat processum contra clericos habitum et tonsuram non deferentes. Trzeb. f 303.

III 1583. Pr. 17. Aug. Idem propter privilegia ecclae par. Radymn. temporis injuria deperdita committit Nob. Joanni Kaczyński, Notario eppali, ut jura et proventus hujus ecclesiae juxta depositiones testium, juratorie percipiendorum, pro futura dotis securitate connotet, et actis epp. inserat. — Act. Epp.

XXV. JOANNES

De BYLINO

BORUKOWSKI

STEMM. JUNOSZA

E. P.

1560—1562.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim. R.
Stephan. Bathoreus	Gregor. XIII † 1585	Stanisl. Karnkowski.

Archi-Eppus Leopol.

Demetrius Solikowski 1582—1603

Joannes Borukowski, sive, ut alii scribunt, Boruchowski, filius erat Bogdani de Boruchowo, quae villa antiqua familiae haereditas fuit. Statui ecclesiastico adscriptus primo Canonicus Cracov. tum Varmiensis ac Secretarius reg. factus est. Dein praeposituram Łanciciensem et Plocensem, item Decanatum Varsav. obtinuit.[1]) Postquam vir inclytus Joannes Zamojski ad dignitatem Cancellarii progressus est, Borukovio, favente gratia Stepha-

[1]) Vid. Niesiecki et Łętowski. Praepturam Łancic. et Płocen. etiam cum eppatu retinuit, nam cum hoc titulo in Cap. p. f. Circumcis. 1584 occurrit, cui personaliter interfuit.

ni regis, Vice-Cancellariatus, mox et eppatus Premisl. obtigit, quem anno 1583 adgressus est. [1])

Disciplinae ecclesiasticae zelosus custos contra clericos, habitum et tonsuram non deferentes, edictum publicavit. [2]) Ecclae paroch. in Radymno jura et possessiones, ne ob privilegiorum jacturam in controversiam vocari possent, connotari et Actis suis inscribi jussit. [3]) — Scultetiam in Dalejowa locavit. [4]) Ecclesiae Ruthenor. in Kamionka agrum donavit. [5]) Stante ejus regimine dioecesis nova parochia in Wola-Kulińska, alias Dziewczy-Potok, aucta est. [6]) — Primus quoque fuit, qui nominandi Cano-

---

[1]) Dies introductionis ejus non adnotatur; nam quod auctor M. S. vit epp. Prem. habet „anno 1583 Paulum Zajączkowski in eccla cathedr. intromissionem accepisse“ hoc non ita intelligendum est, quod Zajączkowski qua procurator Eppi ejus nomine in eppatus possesionem introductus fuerit, sed quod ejus auctoritate, qua Loci ordinarii ad Platuram Archidiaconatus in Vig. Ascens. Dni. intromissus ac installatus sit. Ceterum Borukowski in Capitulo tunc habito vocatur confirmatus Eppus Premisl., quod innuit, eum necdum consecratum installatumque fuisse. Caeterum Acta ejus vol. XVIII Epp. comprehensa a 10 Junii 1583 incipiunt.

[2]) Vid. docum. nro. II.

[3]) Vid. Act. Consist. vol. XVIII sub. 17 Aug. 1583, ubi Actus per nobil. Joan. Kaczyński, Notarium eppalem, et inquisitorem super decimis caeterisque proventibus ecclae Radimnensis, delegatum, juxta depositiones juratorum testium confectus, legitur. (Vid. docum. nro. III.)

[4]) Vid. librum privileg. per Capitulum confirmatorum, ubi legitur privilegium Adami Nowodworski E. P. dd. 18 Decemb. 1638, quod perhibet: Joan. Borukowski E. P. Vice-Cancellarium r. Prokopio Karpik facultatem dedisse advocatiae in Dalejòwa locandae, ut montium Carpathicorum confinia, furtis et latrociniis plurimum obnoxia, cura et industria possessoris dictae scultetiae tam iter agentibus, quam in vicino degentibus, tutiora ac pacatiora redderentur.

[5]) Sic perhibent Acta epp. Sarnowski sub. an. 1669, p. 182.

[6]) Henricus Valesius R. P. P. 1574 Josepho Woliński facultatem fecit in sylvis praefecturae Krzeszov. novam villam locandi ibique ecclam paroch fundandi, quod privilegium

nicos gratiales seu honorarios in hanc dioecesin introduxit. [1])

Obiit Schelini in D. Plocensi anno 1584. [2])

Stephanus R. P. dd. Vilnae 15 Junii 1581 renovavit. At ipsa fundatio ecclae hujus primum anno 1583 facta est (libr. visit.) Haec eccla in Decanatu Tarnogrod. sita duobus saeculis ad Dioec. Prem. spectabat, 1809 cum circulo Zamoscensi ducatui Varsav. incorporata est.

[1]) Canonici gratiales, quos nunc honorarios vocant, ita dicti sunt, quod e peculiari epporum gratia tali dignitate ornarentur. Quoniam vero eppi eis pro sustentatione aliquem proventum de bonis mensae suae assignare solebant, hinc etiam Canonici de mensa appellabantur, item Canonici annumerarii, vel supernumerarii. Non gaudebant voce et loco in Capitulo, nec de aliis Capitularium privilegiis participabant, habebant vero privilegium ad altare majus missas celebrandi. — Talem Canonicum primus Premisliae Joan. Borukowski creavit Andream Kurek, Notarium Eppi et Capituli, Vice-Custodem ecclae cathedral. et Praeptum hospitalis Prem., assignata ipsi certa pensione e proventibus villae Sielec percipienda.

[2]) Actor Capit. vol. II, fol. 202 legitur: „A. D. 1584, die „Veneris, 27 Aprilis, Capitulum particulare fuit celebratum, in „quo dd. Caplares prius pro anima Rdssmi. olim in Christo „Pr. Joannis de Bylino Borukowski E. P. et R. P. Vice-Can„cellariii fer. 6 post Dom. Conductus paschae prox. praeterita „Szelyni, — (recte Sieluni) — praepturae Plocens. oppido vita „functi, in hac eccla peractis solennnibus exequiis, in locum „Capituli ingressi, ad electionem Administratoris processerunt, „et ad sepulturam eppi deputatum delegarunt."

Quod indolem hujus Eppi attinet, Paprocki et Niesiecki ipsum laudent tanquam virum ab omni avariciae labe alienum, oris et cordis sinceri in eppali functione nemini molestum. Nakielski humanitate, morum suavitate et eloquio clarum appellat. Liberalitatis ejus praeter exempla relata exhibet quoque documentum sub. nro. I. — In libro privilegiorum per Capitulum confirmatorum occurrit etiam documentum ejus dd. Prem. in Cap. gli. p. f. S. Joan. B. 1583, quo Aurelio Italo (de quo vid. sub. Sobiejuski) et Sophiae uxori ejus, de parentibus Scythis seu Tartaris natae, laneum agri in Blizne ad vitae tempora confert. Simile advitalitium Nicolao Laskowski super villa Jassyonka et Czergowa inscripsit. — (Act. Cap. 1484 fol. 200.) — Capitulum animadvertens, quam facilis esset ad communicandum, sollicitavit eum, ut beneficia

DOCUMENTA AD EPPATUM
ALBERTI BARANOWSKI.

I 1587. Brzozov. 8 Junii. — Albertus E. P. censum, ex agri portione, pro pecoribus expellendis destinata, mensae eppali obvenientem, pro fabrica ecclae in Blizne cedit Aat. Epp.

II 1589. Varsaw. 1 April. Sigismundus III R. P. Marsionariis ecclae cathedr. Premisl. 10 tunnas salis in żuppis Premisl. qua annuam pensionem insribit. (Annul. canon.)

---

in Radymno et Brzozow, patronatus sui, mensae caplari incorporaret. At scrupulum habuit, quominus hac in re ejus votis veliticaretur. (Act. cit.) Turpiter hallucinatur auctor MS. de vit. epp. Prem. dum scribit: eum anno 1583 conclusionem de bonis Capituli personis saecularibus non arendandis, approbasse, nam vol. II, fol. 199 id tantum habetur: In Cap. grli. p. f. S. Joan. B. 1583 celebrato, lectam fuisse caplarem conclusionem in hac materia A. D. 1533 Cap. p. f. S. Joan. B. factam, et per Loci ordinarium— (puta qui tunc fuit Joannes Choiński) — approbatam.

XXI. ALBERTUS
BARANOWSKI

STEMM. JASTRZĘBIEC

E. P.

1585—1591.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Stephan. Bath. † 1586	Sixtus V 1585—1590	Stanisl. Karnkowski.
Sigismud. III	Gregor XIV † 1591.	

Archi-Epp. Leopol.

Demetrius J. Solikowski.

Baranovia, ad lacum Gopło in majori Polonia sita, gentis Baranoviae, quae armis Jastrrzębiec utebatur, vetusta haereditas fuit. Non est compertum quibus parentibus Albertus noster fuerit ortus, et ubi litterarum studiis operam navaverit, in eo tamen auctôres conveniunt, eum exteras Academias non invisisse, et primordia vitae publicae in aula Sigismundi Aug. R. P. transegisse. — Pro more saeculi ante infulam plura beneficia possidebat, videl. Cantoratum in eccl. Metrop. Gnesn., et Scholasteriam Łanciciensem, insuper a Stephano rege major regni Secretarius renunciatus est. Cum apud Joannem Zamoyski, regni Cancellarium, qui apud Stephanum regem multum

valebat, gratiam invenisset, ejus patrocinio post fata Joannis Borukowski tum episcopatum Premisliensem tum regi Vice-Cancellariatum velut haereditate quadam adeptus est.[1]) Id quidem multis displicuit;[2]) at Baranowski in munere Pro. Cancellarii mox laudabilis integritatis documentum exhibuit, dum dona, a quadam haeretica civitate, causam in aula habente, sibi oblata, repudiavit, et offerentes pro tentata sui corruptione asperis verbis objurgavit.[3]) Etiam facundiae cujusdam nativae famam sibi conciliavit, quandoquidem ipsi 1586 honorifica provincia commissa est, Sigismundum III regem electum, dum e Suecia veniens Gedani navi egrederetur, nomine ordinum reipublicae salutandi, idquod non sine laude executus est.[4]) A. D. 1589 congressui regis cum patre suo Joanne, Sueciae rege, Revaliae in Livonia celebrato, praesens inter-

---

[1]) Vid. Piasecki Chron., Łubieński in Płoc. Damal. in Vlad. et Gnesn. Niesiecki korona, Siarczyński obraz wieku Zygmunta III. Łętowski Catal. Can. Cracov.

[2]) Vid. Piasecki in Chron. fol. 12, ubi observat: alios ad hoc munus et ad eppatum habiliores et digniores fuisse judicatos.

[3]) Hoc comperto Stephanus rex incorruptam hominis justitiam collaudavit, eique vinum, repudiato non minus praestans, de suo cellario misit. (Niesiecki.)

[4]) Cf. Siarczyński, in „Obraz wieku Zygmunta III.“ — Łubieński in Płocensibus ita de eo scribit: „Pari cursa in quo„vis honoris gradu assequendo cum Petro Tylicio con„tendisse videbatur. Utriusque non alia doctrina et eruditio „fuit, nisi quam in Cancellariae negotiis tractandis usu et con„suetudine sibi paraverant. Neuter illorum vel. philosophiae vel „Theologiae, aut etiam jurisprudentiae initia in scholis hau„serat. Sed Tylicius longe ingenio Baranovio praestabat, id„que privato studio fuerat consecutus, ut elegantia tam Latini, „quam Poloni styli polleret, ac in Senatu molli quodam et tem„perato sermone, citra cujusquam offensam sensum animi sui „explicare sciret, cum e contra Baranovius, etiamsi vel joco „ludere vellet, nonnisi acrius verbis pungere videretur et in „Senatu non omnibus ejus grata esset oratio.“

fuit, et scriptum ejus diarium in actis regni reliquit.[1]) Displicuit Romae, quod in epla, nomine regis in Angliam expedita, Elisabethae reginae „defensatricis fidei“ titulum attribuerit.[2]) Regi quoque Sigismundo III ob intimos cum Zamoscio nexus suspectus, et minus gratus esse coepit, ideo anno 1591 eum ad eppatum Płocensem promovit, ut hoc artificio a munere Vice-Cancellarii et ab aula dimoveretur.[3])

Eppatum Premis. anno 1585 auspicatus est.[4]) Mansionariis ecclesiae cathedr. a Sigismundo III pensionem

---

[1]) Siarczyński libr. cit. ubi addit: Kobierzycium in historia Vladislai IV R. P. hoc diario usum fuisse.

[2]) Excusat se hoc in puncto Baranovius epla dd. Varsav. 18 Decembr. 1589 ad Alexandr. Perrettum, Cardinalem de Montealto, regni Poloniae protectorem, data, quam vid. apud Theiner in monum. hist. pol. tom. III, fol. 123. Asserit, litteras se inscio per quemdam Secretarium reg., hominem acatholicum, regni Cancellario ad latus positum, expeditas fuisse. Deinde hujus quoque reatum extenuare contendit, observans, titulum illum Henrico Angliae regi, Lutheri oppugnatori, a Sede Aplica concessum, a regibus Anglicanis etiam etiam Schismate introducto mordicus servari, ita ut periculum fuerit, ne litterae sine hoc titulo expeditae, repudiarentur, quod sane non in decus regni Poloniae cederet. — Eadem epla rogat intercessionem Cardinalis, ut praecpturam Płocensem, sibi ad annum concessam, diutius retinere possit.

[3]) Ita Siarczyński libro cit., ubi observat hunc eppatum Baronovio fuisse collatum, quamvis antea Goślicio a rege fuerit promissus.

[4]) A. D. 1584 die 11 Jul. Capitulum Rmum. in Christo Pr. Albertum Baranowski, Cantor. Gnesnen. Scholasticum Łancic. et R. Pol. Secretarium majorem (nondum ergo fuit Vice-Canc.) a Reg. Majestate ad eppatum Prem. designatum, litteris ad Gregorium P. XIII, in forma solita expediendis, pro hoc eppatu postulandum decernit. (Vid. Act. Epp. sub. an. cit.) Dies inthronizationis non adnotatur. Testantibus vero Actis Capituli anno 1585 in festo S. Hieron. Presb. (ult. Septbr.) prima vice ecclam cathedr. ingressus juramentum de statutis et consuetudinibus observandis emisit. — Ea occasione Capitulum, inhaerendo constitutionibus synodalibus, ab eo poposcit: ut factores suos, in bonis eppalibus constitutos, ad praestan-

decem tunnarum salis de żuppis Prem. impetravit,[1]) privilegia fraternitatis litteratorum Brzozoviae roboravit,[2]) ecclesiae in Blizne censum e pascuis pro fabrica cessit,[3]) ecclesias parochiales in Sokołow et Wola-Rafałowska erexit,[4]) ecclesias in Jawornik, Rymanow, Dubiecko et Oleszyce ab haereticis recepit,[5]) ecclesiam in Strzałkowice, reg. patronatus, Collegio Mansionarum ad ecclesiam Sambor. erigendo incorporari, a Sigismundo III obtinuit.[6])

In diebus ejus (1589) Synodus provincialis Petricoviae congregata fuit.[7])

---

dum coram Capitulo juramentum inducceret, et obstringeret, idque eum in effectum, ut si, et in quantum haec eccla cathedr. quoquo modo, vacaverit, castra praedia et bonorum eppalium tenutas ultro et sponte citra omnem renitentiam in manus et dispositionem Capituli resignent, de iisque cedant, atque subditos ecclesiasticos, ad mensam eppalem spectantes, insolitis, et antea nunquam fieri consuetis laboribus, oneribus, angariis, datiis, aliisque exactionibus et quibusvis molestationibus non afficiant, neque opprimant. Ad hanc petitionem Capituli se praemissa deliberatione responsurum promisit, et in sui discessus ex hac civitate existens procinctu, locum Capituli ingressus, reposuit: „factores suos ad hujusmodi juramentum non prius, quam id per Rmum. D. AEpum Gnesnen. et alios DD. Eppos comprovinciales in ipsorum factoribus inceptum fuerit, adstringi debere. Lustrationem etiam seu revisionem bonorum eppalium, aut injuriarum, si quae fuerint, petitam cognitionem nonnisi in decursu abhinc trium annorum admittendam esse. — (Hoc spatio ergo injuriae a subditis in silentio sustinendae erant!)

[1]) Vid. Alembek in annulo canonicali fol. 227, ubi testatur: privilegium Sigismundi III R. P. fuisse dd. Varsav. 1 April 1589, illudqun a se in Archivo Mansionarium visum esse.

[2]) Vid. Act. Cap. 1589 fol. 213. — Acta Goślicki vol. Epp. XX, 148.

[3]) Vid. docum. nro. I.

[4]) Vid. Schemat. dioeces.

[5]) Vid. Schemat. sub. ecclis nominatis.

[6]) Vid. libr. Visit. Szembek et Sierakowski. Privilegium regis fuit dd. 8 Januar. 1589.

[7]) Acta hujus Synodi 1590 typis excusa sunt, et quia in collectione Wężyk. constit. synodal. omissae fuerunt, nunc valde

PP^es^. Soc Jesu in Collegio Jaroslaviensi, non ita pridem fundato, suscepta in ecclesia collegiata verbi divini praedicatione, et juvenum ad statum sacerdotalem adspirantium educatione, dioecesi optatos fructus ferre coeperunt. [1])

A. D. 1590 oppidum eppale Brzozovia ingenti incendio in cineres redactum fuit. [2])

Prout supra retulimus Baranowski anno 1591 eppatum Premisl. cum Płocensi commutavit, [3]) inde, favore regis paulisper recuperato, 1608 ad sedem Vladislavien-

---

rara sunt. Praesidebat Stanisl. Karnkowski AEpp. Gnesn.— In ea clero Polono dupla contributio imposita est pro bello contra Turcas, quorum Sultanus a Sigismudo III R. P. tributum, more Vasallorum pendendum, poposcerat.

[1]) Vid. compositionem inter Melchiorem Petricovium, Med. Drem. Praeptum Jaroslav. et R. P. Joannem Campanum S. J. in Polonia Praeptum provincial. initam, et Actis eppalibus ex anno 1587 inscriptam. Dictus Praeptus Collegio S. J. ad S. Joann. pro hoc labore decimam e Wysocko cedere voluit, at PP. Jesuitae hanc mercedem acceptare recusarunt, dicentes, sibi per regulam suam pro praedicatione verbi Dei ullam remunerationem recipere non licere. Penes memoratum Collegium S. J. fuit quoque bursa pro pauperibus studiosis, quam ideo hic ecommmorandam ducimus, quia deficiente Seminario dioeces. multos Candidatos, eosque bene instructos, ad exercendam curam animarum et ministerium altaris suppeditabat. Vid. Act. Cap. vol. XX, pag. 12.

[2]) Vid. Acta eppat. Laur. Goślicki, qui tristem illius oppidi conditionem, ex illa conflagrations oriundam, pro viribus alleviare studuit. — Sub eodem anno 1590 in Actis Capituli prima mentio fit electionis deputati ad regni tribunal. (Vid. dict. sub. epp. Sobiejuski.)

[3]) In Actis Eppalibus ad an. 1591 post 5 April. legitur: „Hic „jam vi tranlationis e Premisl. ad eppatum Płocen. Rmi. Adalberti Baranowski jurisdictio cessavit.“ – Cf. Łubieński (in Płocen.,) quo teste ecclae illi 15 annis praefuit. Qua Eppus Płoc. limina Aplorum visitavit, et a Clemente VIII, quocum, dum sub nomine Hipolyti Aldobrandini in R. P. Nuncius Apl., fuerat, familiaritatem contraxit, benigne exceptus, ac honorifice tractatus fuit.

sem,[1]) hinc vero eo ipso anno ad Sedem primatialem Gnesnensem[2]) transiit, in qua septennio post exspiravit.

Teste Łubienski (in vit. epp. Płoc.) et Damalewicz. (in vit. epp. Vlad. ac AEpp. Gnes.) fuit moribus gravis, ubi res poscebat, liberalis, quin et pius, in moribus cleri ad canonum praescripta componendis zelosus, verumtamen nimis imperiosus et rigidus, ut in eo Cato Censorius revixisse videretur.[3]) Timeri praeferens quam amari, nec a clero nec a proceribus diligebatur, quare cum ad eppatum Cracov. adspirans voto suo frustratus fuisset, omnium cachinnos et sarcasmos in se convertit.[4])

Iacet in eccla Metrop. Gnesn. ubi monumentum ejus sequenti inscriptione est insignitum:

Albertus Baranowski *mortalitatis onus hic deposuit. Sigismundo Aug. rege in aulam ab Academia venit. A Stephano Bathor. Secretarius primum major, deinde regni Vicecancellarius simulque eppus Premisl. creatus. A Sigismundo III eppus Płocen., post Vladislaviae et Pomeraniae, tandem AEppus Gnesn., legatus natus. R. Poloniae Primas, primusque princeps. Pius, rectus, prudens, gravis, constans,*

[1]) Vid. Damalewicz in Vladisl., ubi testatur, eum in ipso epatus Vladisl. auspicio ad AEpatum Gnesn. promotum esse.

[2]) Vid. eund Damalewicz (in Gnesn.) quo testante 1607 ad hanc Sedem ascendit.

[3]) Idem auctor in „Monitis Pstrokońskianis de recte gerendo „eppatu“ Baronovium a sedulitate in dioecesi visitanda laudat, ita ut hujus amplitudo cum minime deterrere potuerit, quominus id munus in propria persona exequeretur.— At mox subjungit: „Cujus tamen rigidiores animandversiones et ex„acta quaedam censura morum non omnibus probatur. Nempe „in aula regia educatus, et qui nunquam alios vidit hoc mu„nus obeuntes, suis nititur experimentis.“ (Libr. cit. pag. 98.)

[4]) Vid. Siarczyński „Obraz wieku Zygmunta III.“ „Po śmierci „Jerzego Radziwiłła 1600 piął się na biskupstwo krakowskie. „Nie przepuszczono mu tego; rozrzucony po Krakowie wiersz „napisany przez Grochowskiego „*Babie koło*“ najwięcej Ba„ranowskiego dotknął.

animosus,in bonos munificus, in malos severus, ecclesiae laudabiliter praefuit, rempubl. amavit, consilioque juvit, domum ordinate gubernavit. Haec immortalitatis gloria celebrabit, tu quisquis es, ingemisce sidus patriae, ac columen ecclesiae, aeternumque ut vivat apprecare. Obiit Lovicii A. D. MDCXV d. XXIII Sept. aetatis suae LXI, AEpatum gubernavit annis VII.

DOCUMENTA AD EPISCOPPATUM LAURENTII GOŚLICKI

I 1591. Varsav. 10 Jan. Sigismundus III instat aqud Gregorium P. XIV pro translatione Laur. Goślicki a Chełmensi ad Prem. eppatum, cum facultate retinendi Abbatiam clarae-tumbae (Mogiła). aqud Thein. t. III p. 190.

II 1596. Rom. 7 Febr. Clemens P. VIII eppis Pol. Ruthenis de eorum ad ecclam Rom. reditu gratulatur, mandatq. ut decretum unionis in Synodo provinicali mox convocanda ab omnibus recipi faciant. Ibid p. 250.

III 1596. Rom. 24 Febr. Clemens P. VIII Metropelitae Ruthenorum concedit facultatem consecrandi eppos sui ritus ecclesiis vacantibus, qui tamen Metropolita a Romano pontifice debeat confirmari. Ibid p. 260.

IV 1596. 8 Octob. vet. Styli — Decretum Synodi Brestiaé Ruthenorum celebratae quo unio ecclesiae Ruthenae cum Romana recipitur et promulgatur. Ibid p. 266.

V 1596. Varsav. in Convent. regni gen. 4 Maji. Sigismundus III R. P. beneficium paroch. in Lubaczow, reg. patronatus, mensae eppali Prem. pro erectione Seminarii adjungit (Vis Sierak).

VI 1596. Crac. 16 Novemb. — Laurentius E. P. intercedit apud Clementem VIII, ne Dominicanos Russiae a provincia Poloniae separari sinat. (Act. Epp).

VII 1598 Prem. 11 Febr. Laurent. E. P. dat consensum pro incorporatione beneficii paroch. in Drohobycz ad mensem Capituli cathedr. Chełmens. Act. Epp.

VIII 1598. 6 Mart. — Idem unit ecclam in Borek cum eccla Tyczyn. Ecclesiam in Wojutycze cum eccla in Rybotycze. A. Epp.

X 1598. 22 Jun. Idem epp. publicat unionem ecclae Ruthenae cum Romana, item excommunicationem Vladicae Prem. Mychaiło Kopystyński, et Leop. Hedion Bałaban, unioni resistentium, per Metropolitam Kijov. Mychaiło Rahossa latam. Act Eppatus.

XI 1601. 9. Januar. Idem Eppus unit ecclam in Strzelczyska cum eccla paroch. in Mosciska. A. Epp.

XII 1601 in crast. Circumcis. D. — Laurentius E. P. scultetiam in Domaradz ad mensam Capituli cathedr. pro augmento distributionum incorporat. Trzeb. p. 125.

XXVII. LAURENTIUS

GOŚLICKI

ARM. GRZYMAŁA

E. P.

1591—1601

Contemporanei:

Reges Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Sigismund. III.	Gregor. XIV † 1591.	Stanislaus
	Innocent IX † 1591.	Karnkowski
	Clemens VIII	† 1603.
	1592—1605.	

Archi. Epp. Leop.

Demetrius Joan. Solikowski † 1503.

Laurentius Goślicki, in Masovia natus, primam juventutem in Academia Cracov. litterarum studiis exegit, quo tempore cum Joan. Demetrio Solikowski, postea AEppo Leopol., qua condiscipulo, intimam necessitudinem contraxit. Uberiorem eruditionem in academia Patavina quaesivit, ubi cum viro celeberrimo Joanne Zamoscio, qua studiorum socio, familiaritatem coluit. His fundamentis futurae activitatis publicae laudabiliter positis, a Sigismundo Aug. in Secretariorum reg. numerum est cooptatus,

quod officium sub Stephano Bathoreo continuavit. A Sigismundo Aug. praepturam Cracov., Cancatum Kielecensem et Scarbimiriensem, a Stephano vero Decanatum Plocensem ceu praemium meritorum suorum retulit. [1]) Multum huic regi profuit in conciliandis Gedanensibus, qui ejus electioni resistentes Maximiliano Austriaco tenaciter adhaerebant, [2]) multis etiam legationibus exteris ejus nomine functus est, [3]) quae obsequia idem monarcha condigne remuneraturus eum eppum Camenecensem et Abbatem Clarae tumbae (M o g i ł a) nominavit. [4]) Post obitum ejus Sigismundum III nomine statuum regni Cracoviae salutavit. Quum ab hoc novo rege ad eppatum Chelmensem postulatus fuisset, ejus confirmatio Romae obstaculis non caruit, eoquod tempore interregni confoederationi Catholicorum cum Dissidentibus de mutua pace servanda subscripsisset. [5])

---

[1]) Uberior notitia de Goślicio ante eppatum petenda e Chronica Piasecii, Niesiecki „Korona polska.“ Siarczyński „Obraz „wieku Zygmunta III k. P.“ Łętowski katal. kanon. Krak. Hic ultimus etiam refert: eum a Stephano R. P. Cancellarium pro principatu Transylvaniae constitutum esse.

[2]) Etiam post fata Stephani Regis, quum Sigismundus, Joannis Sueciae regis filius et Maximilianus Austriae Archidux de Poloniae sceptro contenderent, cum Archiduce, Joannis Zamoscii armis victo, et Crasnostaviae in captivitate detento, pacis tractatum composuit, quo ille praetensionibus suis ad coronam reg. Pol. renunciavit.

[3]) Scil. legatione ad principes Germaniae nomine Stephani R. pro impetrandis subsidiis ad bellum cum Moschis, — in Sueciam nomine Sigismund. III ad patrem ejus Joannem, — ad ducem Brunsvicen. in negotio haeredtiatis post Sophiam ducissam, regis Poloniae filiam, quae improlis decesserat.

[4]) Utrobique Martino Białobrzeski, viro erudito successerat — (de quo vid. quae diximus sub. Dziaduski.)

[5]) Confoederationi huic tempore interregni post obitum Stephani regis his verbis subscripsit: „Laurent. Goślicki eppus „Camenecen. propter bonum pacis subscribo.“ (Załuski in libro „Dwa miecze“ etc. pag. 328 perhibet eum ad subscriptionem armatis dissidentium precibus compulsum fuisse.) Actum hunc, quo exprobrationes confratrum epporum incurrit, uteun-

E Chełmensi porro ad Premisliensem eppatum progressus est (1591).[1])

Fuit vir ingenii felicissimi, doctrinae[2]) et eloquentiae magnae,[3]) operibus tam soluto quam ligato sermone scri-

que emendaturus, electioni Sigismundi III assensum suum his verbis apposuit: „L. G. E. C. excepta confoederatione.“ (Vid. act cit.)

[1]) Dies inthronizationis ejus non adnotatur; at mense Julio 1691 occurit Mathias Wyszemirski Canonicus, qua Vicar. in spirit. et officialis gralis R. in Christo Pr. Laur. Goślicki E. Prem., cum antea inde a 5 April. ejusdem anni Paulus Zajączkowski, Archidiaconus qua Administator spiritualium Sede eppali vacante occurrat. Unde inferendum, Goślicium ante mensem Julium 1591 dioecesis regimen adiisse.

[2]) In Theologia, philosophia, jure can., linguis Latina et Graeca versatissimus fuit. Autores classicos impense adamabat, quorum lectione pietatis exercitia ac muneris eppalis labores intercalabat. (Janocki, Niesieki, Starowolski.)

[3]) Pro ea, qua pollebat, ingenii acie, intricatissima negotia uno velut oculi ictu perspiciebat. In exprimendis mentis suae conceptibus magna facilitate praeditus erat, ita ut eloquentia ejus, a verborum phaleris fucisque remota, nativa simplicitate niteret. Hinc in rebus maximi momenti Rex et regni ordines ejus eloquio utebantur. Quum an. 1596 Clemens P. VIII Henricum, Card. Cajetanum in Poloniam misisset, ut Sigismundum III R. ad foedus cum Imperatore contra Turcam ineundum perduceret, proceres reipubl., qui tum ob incertam pacem cum Suecis, a bello Turcico alieni erant, oratori Pontificis Joan. Zamościum et Laur. Goślicium opposuerunt; qui posterior Cardinali et Imperatoris legato nomine consessus ordinum regni, qui tunc Varsaviae agebatur, responsa dabat, argumenta ab iis allata discutiendo, et scite non minus quam argute refellendo., ut erat vir eruditus ac eloquens, et ingenio cumprimis amoeno ac liberali. Vid. Piasecki, in Chronica pag. 142, ubi addit, Cardinalem, etsi ob legationem secus, ac optaverat, expeditam, nonnihil offensus esset, tamen splendorem Polonae hospitalitatis et cultiorem, quam putaverat, gentis morem laudasse, imprimis vero eruditorum copiam admiratum esse, qui ejus orationem, longo studio insigniorum eloquentiae Latinae magistrorum Romae elaboratam, extemporalis responsi elegantia aequabant, et nonnulli etiam superabant. Acta Archiconfr. Sacerdotal. Crosn. ac Sanocen. annotant: eum in ecclesia Brzozov. sellae, juxta baptisterium positae insidentem, concionari solitum fuisse.

ptis [1]) inclytus, non minus vero genuina erga deum pietate et ardenti zelo pastorali animatus, [2]) quibus virtuti-

---

[1]) Janocki in „Excerptis litteraturae Polonae“ vol. I, pag. 91 haec ejus opuscula commemorat:

a) de Victoria Sigism. Aug. Seren. ac potentiss. R. P. M. D. L. ex Moschorum 40 millib. caesis parta 26 Januar 1564. Patavii 1564 in 4°. (Est carmen heroicum non invita Minerva scriptum.)

b) de *Optimo Senatore* libri 2, in quibus magistratuum officia civium vita beata, rerumpubl. felicitas explicantur,— Venetiis apud Jordanum Zilettum 1568 4°. Hoc opere praestantissimo, summorum philosophorum ac legislatorum doctrina referto Goślicius civium suorum oculoo in se convertit, et judice Tretero in vitis eppor. Posn. viam sibi ad dignitates munivit. — Altera editio a mendis Venetianae repurgata lucem vidit Basileae 1593 in 8° sumt.Leonardi Ostenii typographi — In Załuskiana biblioth. Varsav. adfuit Anglicana huj. operis versio ab Oldisworthio s. t.: The accomplished Senator in two books etc. Lond. 1737 in 4°.

Quem autem Goślicius stylo descripsit Senatorem, eam postea moribus suis ad vivum expressit, ait Nicol. Zalaszowski in vit. eppor. Posnan.

c) Oratio vernacula pro ordine ecclesiastco habita. Extat in postulatis ord. ecclesiastici universi coram S. M. Reg., ordine Senatorio et equestri in comitiis gralib. Varsav. 1585 propositis, quae prodierunt Posnaniae ex officina typogr. Joannis Wolrabi; item in collectione opusculorum, tam ecclesiasticorum, quam equestris ordinis nobilium virorum, compositionis inter status negotio servientium, quam jussu et auctoritate Joan. And. Prochnicki AEppi Leopol. adornavit Melchior Stephanides J. U. D. Leop. Chelmen. canonicus, scholast. Zamość. Cracoviae in offic. Andr. Petricovii 1632 4°.

d) Oratio vernacula, qua Sigismundo III imperii auspicia procerum et nobilium nomine gratulatus est. Cracov. apud Lazar. 1587 in 4°.

e) De haereticis discursus, — opus auctoris morte interruptum, M. S. 4° possidebat bibl. Załusciana.

Praeterea Starowolski (qui eum clarum carmine pangendo vocat) varia ejus poëmata occasionalia commemorat, plerisque ea tempestate viris illustribus inscripta.

[2]) Teste Niesiecki in Chelmensi cathedra constitutus verbum Dei e s. pulpitis sedulo praedicabat, in Premisliensi nosoco-

bus cum magnanima liberalitate [1]) et morum comitate [2]) sociatis, optimam sui memoriam in hac dioecesi reliquit.

E multiplici rerum ab eo praeclare gestarum copia haec qua insigniora depromimus.

Pro reformatione Cleri sui Synodum dioecesanam celebravit, [3]) encyclica ad clerum intra et extra muros civitatis Premislien. varia monita curam animarum et propriae perfectionis studium attinentia sacerdotibus inculcavit, [4])

---

mia ac hospitalia pauperum crebro invisebat, largis muneribus egentium miseriam solabatur.

[1]) Eum in pecunia ac thesauris non sperasse, et beatius duxisse dare, quam accipere, successor illius Math. Pstrokoński in Monitis „de recte gerendo eppatu," a Stan. Łubieński editis, his verbis commemorat: (pag. 49) „Laur. Goślicki, pro„xime Premisl. Eppus, ad Posnan. translatus ecclam, cum prae„textu redituum eppatus Prem. semissem a me petere potuisset, „jocatus aliquantisper mecum, quasi aliquid esset exacturus, „postremo non tam meis rationibus, quam rei veritate et acqui„tate adductus, fassus est, minime aequum videri, tali pen„sione egentiorem eppum Premisl. ab eppo Posnan. gravari." Acta Archi-confraternitatis sacerdot. Crosn. et Sanocen. continent: „A. D. 1594 za tego biskupa Brzozow zgorzał. Tak „był miłosierny, że żałując poddanych, rozkazał, kto się wprzód „ochotnie chciał budować, kazał na plac przywieźć po pół „kopy drzewa, i po 10 kóp gontów."

[2]) Vide etiam Siarczyński „Obraz wieku Zygmunta III" ubi inter alias ejus qualitates comitatem morum laudat („był w obco„waniu uprzejmy.")

[3]) Haec Synodus Premisliae a 3—13 Januar. 1594 in eccla cathedr. celebrata fuit. Sermo Eppi inauguralis Actis ejus fol. 55, 56 insertus est. In hac Synodo decanatus rurales juxta antiquas constitutiones synodales praesertim Joannis Prerembii, AEppi Gnesn. de an. 1561 ordinati, et Synodi decanales, bis in anno celebrandae, instauratae sunt. — Reliqua conclusa peculiari libro descripta, hodiedum non extant.

[4]) Vid. encycl. dd. 13 Junii 1597 ad clerum intra et extra muros civitatis Premisl., qua duos poenitentiarios constituit, facultate absolvendi, a casibus Sedi ordinariae reservatis instructos. (Casus hujusmodi erant: 1) adulterium notorium 2) homicidium 3) usura 4) veneficium 5) peculatus testamentorum, 6) ablegatorum defraudationes, 7) permissio comessationum noctibus Sabbati per cauponarios.) — Mandat

legum ecclesiasticarum contra pluralitatem beneficiorum observantiam ursit,[1]) aliasque constitutiones synodales, hucusque passim neglectas, in praxin deduxit,[2]) Psalterium et antiphonarium in usum suae dioecesis Cracoviae imprimendum curavit,[3]) regulares extra justos limites in

---

porro: ut Clerici suas confessiones tantum coram dictis concionatoribus poenitentiariis, aut coram 3 aliis nominatim designatis, (quorum unus fuit Canonicus honorar. alter Mansionarius, tertius Vicarius) peragant, — ut in eccliis missas non turmatim, i. e. plures ad semel, sed successive et certo ordine, singulis horis bini vel terni, celebrent, — ut religiosi diebus paschae nullius confessionem audire praesumant, nisi in Quadragesima primam confessionem apud ecclam cathedr. fecerit, et ut in suis concionibus populo praecepta salutis necessaria, et de Sacramentis ecclae percipiendis exponant.

[1]) Anno 1597 (mense Majo) provocans ad decretum S. Concil. Trid. Sess. 7 de refor. cap. 4, 5 omnes in sua Dioecesi plura beneficia possidentes monuit, ut ad instantiam procuratoris fisci eppalis intra 18 dierum spatium coram officio Loci-ordinarii comparentes, facultatem, a S. Aplica impetratam, sub poena privationis producerent. Neque vanum terriculamentum hujusmodi passus fuit; siquidem Goślicius ipsum Archidiaconum cathedralem, Paulum Zajączkowski, in hoc puncto legibus ecclesiast. sese non conformantem, beneficio paroch. in Radymno privavit.

[2]) E quibus est constitutio Concil. Trid. Sess. 25 cp. 6, — de duobus Canonicis quotannis per Capitulum de gremio suo eligendis, qui una cum eppo confratres suos deviantes judicent et corrigant (cf. Acta Cap. 1593, fol. 220, 1595 foi. 227,) porro constitutio Synodalis de bonis mensae eppalis quovis triennio per delegatos Capituli visitandis. (Vid. const. Synod. Petricov. 1557 in collect. Wężyk fol. 100,) quam antecessores Goślicii (vid. nos. sub. epp. Baranowski) sub variis praetextibus eludebant, quamque Goślicki primus in bonis mensae suae exequendam curavit. (Cf. Act. Capit. 1504, fol. 225.)

[3]) Librorum hujusmodi in dioecesi Premisl, magna fuit penuria, eo quod antiquae editiones vetustate et usu quotidiano detritae essent; igitur Goślicius typhographis Cracov. facultatem dedit, novam editionem Psalterii et Antiphonarii Romanii, e praescripto SS. Concil. Trid., sub. titulo et stemmate ipsius imprimendi, ac pro Clero Dioec. Premisl. venum exponendi. Novam hanc editionem Eppus Clero suo s. 4 Aug. 1599 promulgat, et ad ejus comparationem ecclarum rectores provocat.

functionibus sacris audacter evagantes in ordinem redegit, [1]) ecclesias decanatus Sanocensis personaliter, [2]) Samboriensis vero per delegatum [3]) visitavit, et abusus in iisdem reformavit, templa parochialia in Sanok et Hyżne, item templum hospitalis Brzozov. s. t. S. Sophiae et Capellam S. Annae in eccla Minoritarum conventualium Premisliae consecravit. [4]) Ecclesiam in Borek cum eccla in Tyczyn, Wojutycensem cum Rybotycensi et Strzelczyscensem cum Mosciscensi univit, in Tyczyn, Krosno

---

At hodie nullum hujusmodi editionis exemplar Premisliae visitur.

[1]) Decreto dd. 4 Jun. 1597 prohibet, ne in festo SS. Corp. Christi et in Octava processio cum ven. Sacramento peragatur per circulum civitatis nisi ab eccla cathedrali. Mandat porro, ut religiosi hujusmodi processioni intersint vestiti vestibus sacris, et cum reliquiis SSorum D. 15 Jun. 1600 vetat Dominicanis et Minoritis Premisl., ne vigilias circa corpora defunctorum canere, et tegumenta e serico villoso (axamit,) quae antiqua consuetudine titulo spolii ad Vicarios ecclae cathedr. pertinebant, accipere audeant.

[2]) Vid. en cyclicam dd. 15 Jan. 1599, qua ecclesiis decanatus Sanoc. visitationem post fest. Convers. S. Pauli Apli assumendam indicit, ubi ait: se pridem desiderio eas videndi flagrasse, at, quominus ad eas accederet, continuis reipublicae negotiis fuisse impeditum. Alios Decanatus per Gregor. Piotrowski, paroch. et Decan. Sanoc. visitavit, nam sub. 23 Novemb. 1599 Decanos Brzozoviam convocat pro conferentia super exequenda visatione (i. e. deliberandis remediis pro reformatione cleri et populi) per dictum. Piotrowski peracta.

[3]) Vid. litt. dd. 24 April 1599, quibus ad visitationem Decanatus Sambor Jacobum Mroscovium, Praeptum Riboticensem delegat.

[4]) Vide de his Schemat. dioec. sub. dictis ecclesiis et Conventu FF. minor. Prem. — Ad Capellam S. Annae in eccla Minoritarum Premisl. Goślicius etiam confraternitatem S. Annae introduxit, idque vigore privilegii, a fundatore capellae, Joann. Demetr. Solikowski, AEppo Leop. concessi, qui cum Romae legate regii munere fungeretur, inter varias facultates etiam hanc a Summo pontifice impetravit, ut confraternitatem sub invocatione S. Annae ubivis erigere posset. (Vid. Skrobiszewski in vita ejus. Vid. Acta Goślic. sub. 13 Jun. 1597.

et Rybotycze Collegia Mansionariorum in laudem B. M. V. erexit.[1]) Confraternitatem SS. Corporis Christi in eccla cathedrali item xenedochia Premisl. et Crosnen: reformatis statutis regulavi,[2]) Collegium Vicariorum cathedral. duobus presbyteris auxit,[3]) confraternitatis litteratorum Brzozoviae privilegia, anterioribus igne exustis, renovavit,[4]) ecclesiae paroch. in Radymno jus liberae moliturae,[5]) ecclae vero in Golcowa agrum quemdam et decimam de agris novalibus concessit.[6])

Capitulo cathedrali pro anniversario suo scultetiam in Domaradz inscripsit[7]) inter Decanum et Praeptum in

---

[1]) Vid. Schemat. dioec. sub. ecclesiis cit.

[2]) Vid. Acta Cap. 1596 fol. 229.

[3]) Id fecit occasione confirmatae per se incorporationis beneficii paroch. in Stryj (de qua vid. dicta sub Valent. Herborth.) — Statuit scil., ut numerus Vicariorum (qui novem tunc erant) aequaret numerum Capitularum i. e. 11. (V. Alembek in annulo canon. fol. 334, ubi allegat ejus decretum dd. 1 Jun. 1507.) Prius jam Goślicius antiquam instauraverat consuetudinem, ut Vicarii quavis fer. 4 Missam in eccla S. Petri legant. (Act. Cap. 1593 fol. 223, 229.) Ejus demum interventioni adscribendum videtur, quod Sigismundus III R. P. anno 1595 domus et hortulanias Vicarior. ab oneribus et exactionibus civilibus liberaverit, eisque in domibus suis liberam vini, mulsi, cremati ac cerevisiae epocillationem, ac salis venditionem concesserit. (Privileg. vide Act. Cons. vol· XLIV. pag. 122.)

[4]) Vid. Acta Gośl. sub. 3 Jun. 1597. Fraternitas haec devotiones suas in Capella Convers. S. Pauli Apli peragebat.

[5]) Act. Cap. 1501, fol. 158.

[6]) Vid. Acta ejus sub. 4 Jan. 1599, ubi dictae ecclae agrum Garbaczowski applicat, quoad decimam v. libros visit. Szembek et Sierakowski tum Acta Goślic. ex anno 1601.

[7]) Vid. priv. in Summario nro. XII adductum, Vehementer angebat Goślicium, quod Canonici tam raro ad ecclam cathedralem residerent. Ut huic malo aliqua ex parte mederetur, idem remedium, quod antecessor ejus Val. Herborth, sed exiguo effectu tentaverat, adhibendum duxit, scil. augmentum proventuum pro distributionibus quotidianis destinatorum. Itaque in Capitulo d. 1 Febr. 1593 celebrato, contra conclusum

villa Przikut de limitibus certantes pacem composuit,[1]) ac pro beneficio paroch. in Drohobycz Capitulo Chełmensi incorporando consensum dedit.[2]) Curiam eppalem Premisliae ampliavit et in Radymno novam exstruxit, Ecclam cathedr. restauravit, turricula supra tectum prominente et horologio instruxit, Brzozoviae capellam aedificavit.[3])

Novae eo sedente ecclesiae parochiales ortae sunt in Izdebki, Besko, Sarzyna, ecclae vero in Kalmbornia et Zarzecze de manibus haereticorum revindicatae.[4])

Anno Dni 1597 Rutheni in Polonia unionem cum S. Romana ecclesia inierunt, quam Goslicius inter hanc

---

in praeced. Capitulo Circumcis. D. formatum: „ut beneficium in Dolina (cujus reditus refectionibus praesentium destinati eravit) semper Seniori de Capitulo, erga certam pensionem massae caplari solvendam, conferretur, protestatus est, ac effecit, ut Capitulum inde ab anno 1598, accedente facultate AEppi Leopol. Solikowski, ecclam Dolinen. per Vicarium perpetuum administraret, proventus vero ex hoc beneficio fluentes, detruncato salario Vicarii, divisionibus inter praesentes impenderentur. (Vid. Act. Cap. vol. II, fol. 219, 221, 266.) Porro ulteriori distributionum incremento consulens Capitulo summam 3,700 fl. pol. pro advocatia in Domaradz e manibus laici possessoris eximenda donavit, imposita attamen obligatione, ut Canonici cum Vicariis singulis quatuor temporibus anniversarium pro anima ipsius absolvant. — Tempore Vencesl. Sierakowski Capitulum hanc advocatiam cum villa eppali Lubatowa commutavit.

[1]) Compositio haec legitur in Act Cap. vol. II, fol. 222, 223 sub. anno 1593.

[2]) Vid. docum. nro. VII. Hoc instrumento Goślicius roboravit et executus est privileg. Sigismundi Aug. R. P. pro incorporatione hujus beneficii reg. patronatus ad mensam Capituli Chełm., dd. Crasnostaviae in festo Assumpt B. M. V. 1558 editum.

[3]) Has structuras, respective instaurationes, ei attribuunt praenotationes in libris Consistorialibus penes seriem epporum occurrentes.

[4]) Vid. quae sub. his eccliis in Schematis. dioecesano notantur. — Sub. Goślicio prima quoque mentio occurrit Conventus Monial. O. S. Dominici Premisliae. Vid. vol. XVIII Act Ep. sub. 12 Jan. 1598.

nationem nostris in regionibus., Vladica Premisliensi schismati pertinaciter adhaerente, pro virili tuebatur, promovebatque. [1])

[1]) Unio ecclae graecae cum lat. in Concilio Florentino inita, a multis Ruthenor. eppis, sceptro regis Poloniae subjectis suscepta, a Moscovitis vero i. e. Russis, magno Duci Moscoviae subditis, repudiata est. (Vid. nos. sub. epp. Petr. de Chranstow.) Horum exemplo etiam Rutheni in ditionibus Polonicis ad schisma redierunt, quod potissimum conatibus Helenae Alexandri R. P. conjugis et Moscoviae Czari filiae, adscribitur. Orta saec. XVI sacrorum reformatione Dissidentes in Polonia omnem lapidem movebant, ut Rutheni cum ipsis unirentur, et quamvis unio quoad dogmata nec facta sit, nec fieri potuerit, tamen quaedam unio politica inter utramque partem coaluit; nam nobilitas Ruthena ex odio erga ecclam Romanam in omnibus majoris momenti negotiis cum factione novatorum conspirabat, et contra Catholicos in publicis regni consessibus validam phalangem formabat. Rebus ita constitutis Catholicorum non poterat non interesse, ut hocce foedus dissiparent, unde conamen unionis Ruthenorum cum eccla latina hoc saeculo majori cura reassumtum est. Ast labor inanis fuit donec Societas Jesu in Poloniam introducta solita dexteritate operi magnum admovit. Inter PP. hujus ordinis nemo majori zelo hac in parte desudavit Petro Skarga, placidis moribus praedito, ingenti prudentia et suavissima facundia conspicuo, quae ei hrysostomi Polonici nomen merito conciliavit. Hic jam anno 1577 Vilnae in Lithuania libellum irenicum in 8° edidit: „O jedności kościoła Bożego pod jednym „pasterzem, i o greckim od tej jedności odstąpieniu, z prze„strogą i upominaniem do narodów ruskich, przy Grekach „stojących, rzecz krótka na trzy części rozdzielona.“ Opusculum hoc Constantino Duci Ostrogiae, schismaticorum in Polonia coryphaeo, dedicatum, quantumvis clerus Ruthenus ejus propagationem impediret, tamen futurae unioni viam stravit. Protectio Sigismundi III, magni Societate Jesu fautoris, et alia favorabilia adjuncta arduum hunc laborem multum alleviabant. Nimirum A. D. 1588 Jeremias, patriarcha CPnus., a Turcis depositus, in Poloniam venit, et spe pecuniae illectus, Michaelem Rahoza Metropolitam Kijov. ordinavit. Hic Praelatus in scholis Jesuiticis Vilnae educatus, unioni favebat; qua de causa 1590 Brestiae Lithuanorum cum suffraganeis suis Synodum celebravit, in qua Clero Rutheno, ut sublata communione cum simoniaco patriarcha CPlitano, et

Rara ejus diebus, et nostro aevo vix practicabilis controversia inter Dominicanos exarsit, cum de nova

creatura ejus Patriarcha Moscoviae, Pontifici Romano sese subjiceret, auctor fuit. Non displicuit consilium, sed ne res praecipitanter gesta tumultum excitaret, PP. ecclae Ruthenae nobilitatis et cleri inferioris animos ad hunc passum paulatim praeperandos duxerunt. Conatibus eorum succurrit memoratus Petrus Skarga, edito novo opusculo s. t. „O rządzie „i jedności kościoła Bożego pod jednym pasterzem, i o greckiej o tej jedności odstąpieniu“ Cracov. 1590, typis edito, ac Sigismundo III R. P. dedicato. Interim Michaël Rahoza Metropolita, et Hippatius Pociej, eppus ruth. Luceoriensis cum proceribus gentis congressus agebant, et cum eis Leopoli ac Lublini consilia inibant. Nobiles non invits auribus propositiones Metropolitae excipiebant, ipse quoque Dux Ostrogiensis sese unioni non adversum exhibebat, at negotium communiter cum magno Duce Moscoviae tractandum arbitrabatur, id quod Eppi nulla ratione probare poterant, bene gnari, hunc principem e motivis politicis unioni semper contrarium fore. Igitur animis jam satis dispositis Metropolita novam Synodum Brestiam Lithvanor. 1594 indixit, ad quam, volente Sigismundo III. Joannes Demetrius Solikowski AEppus Leop., Bernardus Maciejowski, Luceoriensis, et Stanislaus Gomoliński, Chełmensis lat. r. eppi venerunt. Hic decreta Florentina renovata, et unio cum ecclesia Lat., reclamantibus licet quibusdam nobilibus, instaurata est. Hippacius Pociej, Luceoriensis et Cyrillus Terlecki, Vladimiriensis Vladicae tamquam legati Synodales ad Clementem P. VIII missi, qui nationem ruthenicam ad unionem cum S. R. Ecclesia solenniter admisit, relicta eidem libertate, liturgiam sacram ritu orientali et lingua Slavoniaa celebrandi, ac Symbolum fidei absque particula: „filioque“ recitandi, dummodo dogma de processione Spiritus Sancti a Patre filioque non inficiarentur. Vid. docum. in Summario in nris. II, III. IV citata. — Legatis Roma reversis Michaël Rahoza, Metrop, Kijov. novam Synodum 1596 Brestiam convocavit, ubi unio inita solenniter promulgaretur. At nunc Constantinus Dux Ostrogiae, suas propositiones rejectas fuisse aegre accipiens, monitionibus Metropolitae et Epporum sese opponere coepit, cujus exemplum etiam multi nobiles et clerici, in his duo quoque Vladicae nimir. Michaël Kopestyński, Premisl., et Gedeon Bałaban, Leopoliensis, imitati, stimulantibus emissariis M. Moscoviae Ducis, et Patriarchae CPlitani, ac Dissidentibus Polonis, unioni totis viribus resistebant. Dum igitur Rahoza

provinicia pro conventibus Russiae formanda ageretur.[1]) Magno animorum aestu res ista tractabatur, nobilibus et

---

cum suis Suffraganeis Synodum in eccla cathed. celebrat, unionem proclamat, ei refragantes tanquam Schismaticos anathematizat, Kopystyńskius et Bałaban contrariam Synodum (ut fama fert in templo haereticorum) coltegerunt, ac Metropolitae ejusque asseclis talionem reddentes, ipsum et omnes unioni Romanae accedentes excommunicarunt ac deposuerunt.

Goślicius anathema, quod Michaël Rahoza contra Michaël Kopestyński Premisl., et Gedeon. Bałabau Leopol. Vladicas fulminavit, per dioecesin Premisl. publicavit (dd. 22 Jun. 1598,) et quia multi Rutheni, maxime in terra Sanoc, unionem amplexi sunt, eique non obstante Eppi defectione constanter adhaerebant, Goślicius ipsos, ne sine pastore essent, suo ovili adjunxit, constituto pro eis „in dioecesi Sanoc.“ Vicario generali, Erasmo Dubicki, Presbytero Rutheno unito. (Vid. Act. Eppatus vol. XX, pag. 311, 315.) —

Schematismus Dioec. ruth. Premisl. in an. 1867, pag. 7 dicit: „Michaël Kopystyński in Synodo Brest. 1596 actum uni„onis non subscripsit, qua de causa Eppatus Premisl. penes „Graeco — orientales (Schismaticos) mansit. Nihilominus re„ges Poloniae opus unionis promovere adlaborantes, Eppos graeco-catholicos, ut eorum auxilio in hac disunioni adhaerenti „Dioecesi *unio introducatur*, e *brachio suo* Premisliam mise„runt, quo factum, ut Sedem Prem. uno eodemque tempore „bini Praesules occuparent.“ Haec relatio non est veritati consona. Nam I reges Pol. licet Eppos catholicos praesentarent, eos tamen *e suo brachio* ad Dioeceses non mittebant, sed a Sede Aplica instituebantur 2°. Non unionis introducendae causa Eppi graeco- catholici Premisliam mittebantur, nam licet Eppus Kopystyński unioni non accesserit, ex ejus Dioecesanis tamen, ut e supra relatis paret, non pauci eam amplexi sunt, pro quibus Eppus graeco-unitus erat necessarius ne essent grex pastore carens, aut quod supra vidimus., ab Eppo catholico alterius ritus regerentur.

[1]) Dominicani Russiae rubrae olim peculiarem provinciam constituebant, at ubi reges Poloniae Russiae domini facti sunt, cum Dominicanis Poloniae in unam provinciam coaluerunt. Aucto successive conventuum tam in Polonia quam Russia numero in Capitulo ordinis generali, 1596 Valentiae in Hispania celebrato, provincia Russiae s. t. S. Hyacinthi instaurata est, Hoc non placuit Dominicanis Poloniae, qui, ab Eppis adjuti., nihil Romae intentatum reliquerunt ut ila separatio tolli posset.

praelatis regni in factiones divisis. Goslicius a partibus eorum stetit, qui rem in priori statu relinqui volebant, at praevaluit factio contraria, cujus antesignanus fuit AEppus Leopol. Solikowski, atque ita provincia Russiae ordinis fratrum praedicatorum suam originem accepit.

Altera lis, quae non minus animos commovit, concernebat Academiam Cracov., in cujus segetem PP. Collegii Cracov. Soc. J e s u, apertis scholis publicis, falcem mittere coeperunt. In hac controversia Goslicius Academiae patronum egit, et quidem meliori successu quam in Dominicanos [1])

Goślicius noster scriptis ad Clementem P. VIII et varios Cardinales eplis, quae in Actis ejus s. a. 1596 leguntur, eorum studia fervidissime adjuvabat, jamque anno 1598 rescriptum a Summo Pontifice impetratum est, quo executio separationis suspendebatur. — (Vid. Act. Eppal. vol. XIX, fol. 21.) Frustra! Nam Dominicani novae provinciae Russiae hominibus armatis in claustra sua subintroductis, P. Felicem de Siradia, Provincialem Poloniae, qui Conventuum Russiae possessionem capturus advenerunt, vi adhibita ejecerunt. Ob hanc violentiam Goślicius Dominicanos Premisliae et Mosciciae interdicto subjecit, at AEppus Leopol. contrariae phalangis antesignanus, eos qua Metropolitanus a censura sublevavit. Vid. Acta Ep. vol. XIX, f. 10.) Vicit demum pertinacia eorum, at Goślicius finem hujus dramatis non vidit, utpote 1601 ad eppatum Posnan. transgressus. Sub ejus successore Mathia Pstrokoński Sedes Aplica novo rescripto Conventus Russiae, licet auctoritati magistri provincialis Poloniae subjectos, peculiarem congregationem constituere permisit (1605,) quae demum, ira ab utraque parte paulatim defervescente, in provinciam Russiae conversa fuit (1612.)

[1]) Vid. Piasecki in Chronica ad an. 1633 fol. 459, ubi testatur litem hanc non prius quam sub Vladislao IV R. Poloniae ita finaliter decisam fuisse, ut Academiae Crac. jus tenendi scholas publicas *privative quoad alios quoscunque* vindicatum sit. — Cf. quoque Siarczyński lib. supr. cit. ubi scribit: „W zatargach „Akademii krakowskiej z Jezuitami wdaniem się swojem do „Stolicy rzymskiej w obronie Akademi ocalił ją, i przy da„wnych prawach utrzymał.

Pro educatione cleri junioris juxta praescripta Concilii Tridentini Seminarium erecturus, a Sigismundo III R. P. beneficium paroch. in Lubaczov. mensae eppali incorporari obtinuit,[1]) attamen consilium suum quoad Seminarium, translatione ad aliam Sedem impeditus, in effectum deducere non potuit. Caeterum memoratu dignum est, circa haec tempora alteram in regno Poloniae Academiam, et quidem cum speciali respectu ad indigentias Russiae, Zamosciae, haerede loci Joanne Zamoscio, viro belli et pacis artibus clarissimo, sumtus liberaliter conferente, erectam fuisse (1594).[2])

Inter calamitates, quae Eppi nostri temporibus regnum Poloniae et dioecesim nostram afflixerunt, referimus pestilentiam[3]) (1600) hominibus et jumentis exitialem, incendium, quo Jaroslavia (1600) vastata est, bellum Valachicum[4]) (1600) et Suecicum[5]) (1601), quod postremum

---

[1]) Vid. docum. nro. VI. Incorporatio haec nonnisi post obitum ultimi possessoris, qui fuit Stanisl. Sieciński. (Cf. Act. Epp. Siecin.) effectum nacta est.

[2]) Hanc Academiam Joannes Zamojski R. P. Cancellarius et exercituum regni dux supremus, A. D. 1594 fundavit. Vid. Cichocki in alloquiis Osiec.

[3]) Acta Conrii ad an. 1600 notant: „Hoc anno pestis in Po„lonia multis locis grassabatur, et homines moriebantur, cum antea boves et pecora ubique fere extincta fuerint.

[4]) Ibid. (Act. Epp. ad 1600) additur: „Michaël Palatinus Mol„daviae cum coadunato exercitu Transylvania et Valachia po„titus, Sereniss. Sigismundi III auspiciis per Joan. de Zamo„ście regni Cancell., et exercituum imperatorem, fusus, pro„fligatus et miro Dei beneficio fugatus est, Valachiamque si„mul cum Moldavia feliciter possedit idem rex inclytus, duo„bus fratribus ibidem, Hieremia et Simone in Palatinos Wa„lachiae et Moldaviae cum certis conditionibus constitutis.“ Add. Piasecki Chron. ad an. cit f. 188, 188. — Cum. eventibus hac et praeced. tum et sequenti nota memoratis nexum habet; „processus eppi pro supplicationibus 40 horarum ec„clae Prem. concessarum ob pericula regno impendentia, ad. „quae avertenda rex comitia Varsaviam convocavit.“ (Acta Epp. s. 12 Febr. 1600.)

tunc quidem inchoatum, sed longo tempore postea continuatum est.

Eodem anno 1601 Goślicki ad cathedram Posnaniensem translatus [6]) est, cui praesidens A. D. 1607 in bona senectute plenus meritorum decessit. [7])

---

[5]) Joannes, Suecia rex, pater Sigismundi III R. P. 1592 fatis succubuit. — Igitur Sigismundus illuc profectus anno 1595 die 1 Martii Upsaliae jure successionis regni diadema suscepit. Per annum integrum in Suecia commoratus facta incolis regni sponsione de libera professione confessionis Augustanae, et patruo suo Carolo, duce Sudermanniae, regni Vicario constituto, in Poloniam rediit. Sed natio Lutheri doctrinam profitens regi Catholico diffidebat, et Sudermanniae dux aperte coronam affectabat. Anno ergo 1600 Sigismundo regi conditio posita est: ut sedem suam in Sueciam transferet, et filium suum Vladislaum in religione Lutherana educari permitteret. Quas conditiones cum ille acceptare nec vellet nec posset, regnum ipsi ablatum et ad Sudermannum translatum est. Nolebant equidem ordines Poloniae his negotiis Suecicis sese ingerere, at cum Sueci vicinas Poloniae provincias Livoniam et Esthoniam invasissent, ad bellum ipsis indicendum coacti fuerunt. Vid. Piasecki in Chron. — Rege absente Polonia in testinis discordiis agitabatur, et Tartari, Turcis foederati, per provincias regni ad ditiones Romanorum Imperatoris, cui cum Turcis bellum erat, viam sibi armorum vi aperire volebant. Ad avertenda pericula inde ingruentia Goślicius anno 1594 devotionem 40 horar. a Dom. Oculi triduo continuandam per dioecesin indixit. Similiter anno 1598, 8 April supplicationes ordinavit: ut Deus motus omnes in Suecia componat, conatusque et actiones regis terra marique secundet.

[6]) Ambierat eppatum Vladislaviensem, at cum hic Joanni Tarnowski obtigisset, Posnaniensi acquiescere debuit. In collationem hujusmodi dignitatum tunc PP. S. J. non exiguum in fluxum habebant, hi autem Goślicio ob protectionem, Academiae Cracov. contra ipsos exhibitam, succensebant. — Obtentis bullis translationis die 11 Maji 1601 bona mensae eppalis per instrumentum publici Notarii Capitulo tradidit, et ad suam abbatiam Claraetumbae discessit. Act. Epp. s. an. cit.) De indole ejus recolantur supra dicta, quibus hoc loco addere juvat, eum passim fama hominis justi, et ab omni partium studio alieni gavisum esse, quo fiebat, ut litigantes eum libenter jurgiorum suorum arbitrum eligerent. Acta ejus s. 17 Aprilis 1597 continent sententiam arbitralem, quam una cum Petro

Ejuis epitaphium in eccla cath. Posnan.

D. O. M.

Illmo ac Rmo Domino Laurentio Goślicki gente Grimalio, territorii Plocen., viro pietate singulari, ingenio praestanti, consilio excellenti, candido, aperto, animoso, reipubl. et communis, praesertim eccles. libertatis amantissimo, eloquentia rara. Qui scientiarum insignibus publice decoratus, et ab aliquot sereniss. regibus Poloniae in pretio et honore habitus, post multa, varia et eximia in rempubl. merita ad complures in gravissimis et difficillimis regni negotiis pari fide et felicitate obitas legationes primo Camenecensi, paulo post Chełmensi ecclesiis utiliter eppus praefuit. Deinde ad ecclam Premisliensem promotus simul Claraе tumbae monasterium laudabiliter administravit. Postremo ecclae Posnaniensis Praesul factus cum eam feliciter annis sex, mensib. circ. quatuor rexisset., demum designato et adscito sibi legitimo Coadjutore et successore septuagenario major vivida senectute gangraena nervorum fractus in pede dextero sensim occupante ad extrema deductus, animam Deo religiose commendavit et plenus spei reddidit Ciążyni A. D. MDCVII ult. mens. Octobr.

Tylicki (tunc Epp. Culmen.) occasione controversiae inter eppum Vladisl. Hieronym. e Rozdrażow et Capitulum Cracov. ab altera parte super limitibus bonorum subversantis, pronunciavit; porro sub 25 April. 1599 sententiam arbitralem in causa variarum differentiarum inter consules Prem. ab una, civitatem Premisl. ab altera parte — latam.

7) Singulari favore prosequebatur Paulum Piasecki, Canonicum Posnan., postea eppum Premisl. cui testamento MSta. sua legavit.

DOCUMENTA AD EPISCOPATUM MATHIAE PSTROKOŃSKI.

1602. Brzozov. 7. Jun.— Mathias E. P. confirmat incorporationem scultetiae in Domaradz ad mensam Capituli cathedr., per Laur. Goslicki decessorem suum factam. Trzeb. p. 127.

1603. 3 Aug. w polu na miejscu różnic. Porównanie różnic między Surowiznym wsią Mikołaia Sienińskiego, Poliany rzeczoną, y Posadą y Skliarami wsiami biskupstwa Przemyskiego. Trzeb. 272.

1603. 23 Julii. Mathias E. P. dat consensum pro fundando Conventu Carmelitarum calceat. prope villam Głęboka (in Sąsiadowice) s. t. S. Annae. Act Eppat.

1604. ult Sept. Mathias E. P. fundat et erigit hospitale paup. in Jasliska (Act. Epp.)

1607. 18 Febr. Mathias E. P. per delegatos suos Georg. Branecki, Praeptum, Martin. Brzeski Custodem, et Adamum Podgórny, Canonicum Premislien. PP. ord. Min. S. Franc. de observ. (Bernardinos) ad Capellam B. M. Virg. in suburbio oppidi Leżaysko, pro erigendo ad eam hujus ord. Monasterio introducit. (Act. epp.)

1608. 20 Decembr. Mathias E. P. villas eppales Cergowa et Jasionka ad mensam Capituli cathedr pro

incremento distributionum quotid. incorporat. Trzeb. 131. —

XXVIII. MATHIAS
De BUŻENIN
PSTROKONSKI

ARM. PORAJ

E. Pr.

1601 — 1609.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim R. P.
Sigismund. III	Clemens VIII † 1605. Leo XI † 1605. Paulus V.	Stanisl. Karnkowski † 1603. Joan. Tarnowski † 1606. Bernard. Maciejowski † 1609. Albert. Baranowski.

AEpp. Leopol.

Demetr. Joan. Solikowski † 1603.
Joann. Zamojski.

Poraitarum gens, cujus insigne rosa est, e Bohemia originem suam repetit, et praeter alios inclytos suae stirpis viros etiam S. Adalberto eppo et martyre gloriatur. Cum vir sanctus ob incorrigibiles Bohemorum mores Sedem Pragensem deseruisset, traditio perhibet, tres ejus fratres vindictae studio a Bohemis trucidatos fuisse, quartum au-

tem in Poloniam fugisse, et hic familiae Porajorum, quae in plures surculos excrevit, fundamenta jecisse.

Ab uno e Porajis oppidum Bużenin in territorio Siradiensi conditum est, unde posteri ejus agnomen (Bużeńscy) acquisiverunt.

Joannes de Bużenin, cui temporibus Casimiri Jagellonidis in divisione paternae haereditatis villa Pstrokonie obtigit, primus ab ea Pstrokoński nuncupatus est.

Noster Mathias de Bużenin Pstrokoński patre Sbigneo et matre Barbara de Gajewniki in palatinatu Sirad. natus est. — Pater ejus in expeditionibus hungaricis cum laude stipendia meruerat, mater vero Joannem Lubrański, eppum Posnan., et academiae, ab eo denominatae fundatorem, cognatione attingebat. Quantumvis vero genus ejus illustre esset, magis tamen virtute et pietate, quam bonis fortunae clarebat.

Infans mirabili modo a morte salvatus, piae matris voto ad statum ecclesiasticum destinatus fuit.

Primis litterarum rudimentis in scholis Vidaviensi et Siradiensi combibitis, pro ampliori in eloquentia et philosophia profectu ad Academiam Cracov. missus est, ubi inter alios magistros etiam Stanislai Socolovii, viri doctissimi, et postmodum Stepani R. P. Theologi institutione gavisus est. Cum parentibus res domesticae angustae essent, patruus ejus, Joannes Pstrokoński, Castellanus Konariensis, pro eo, quo commodius studiis vacare posset, a Sigismundo Aug. praeposituram Junivladislaviensem impetravit, quam tamen ille conscientiae scrupulis actus, quod praebendae, cujus officiis explendis impar esset, fructibus aleretur, insciis ac invitis parentibus resignavit.

Cum in latina ac graeca lingua eximium progressum fecisset, et styli latini nitore Joanni Sierakowski, Pa-

latino Łanciciensi, sese commendasset, is Cancellariae suae cum praefecit, post nepotibus suis studiorum causa in Germaniam proficiscentibus, socium et moderatorem addidit, qua occasione ille ad combibendam linguam teutonicam uti non praetermisit.

Adolescentem, in proposito statum spiritualem amplectendi, firmiter perseverantem, Sieracovius, patronus ejus Stanislao Carncovio eppo Vladislaviensi commendandum censuit, qui ipsum pro theologia et jure canonico penitius addiscendis Romam misit. — Insigniter hic Pstroconius in utraque disciplina profecit, simul vero sub celeberrimo ea aetate artis dicendi magistro, M. Antonio Mureto, eloquentiae studium continuavit.

Carncovius, ut absentibus accidere solet, clientis sui oblitus est, nec sumtus, sustentationi necessarios, Romam submittebat; unde Mathias rei domesticae penuria laborare coepit, cumque studiorum cursu exacto, insuper et corporis viribus, noxio climatis Romani influxu attritis, in patriam redire vellet, commeatu necessario carebat.

Ex hac perplexitate divina providentia opportune eum liberavit; nam eo ipso momento Petrus Dunin Wolski eppus Płocen, qua Stephani R. P. ad Gregorium XIII legatus Romam appulit, qui cognita ejus indigentia et infirmantem sumtu pro valetudine curanda providit, et sanitati redditum proprio vehiculo in patriam reduxit, ac inter familiares suos adlegit.

Quum Carncovius modo jam AEppus Gnesn., quadam occasione cum eppo Płocensi convenisset, et inter domesticos ejus Pstroconium conspexisset, cum que ex ore eppi multa de bona hominis indole et dexteritate percepisset, eum denuo in curiam suam assumsit, ac sacerdotio initiatum primum praepositura Collegiatae Łoviciensi situm canonicatu Gnesnensi decoravit.

Ab hoc tempore Primas regni ejus consilio et adminiculo in rebus summi momenti, ac maxime arduis utebatur, eumque ob magnam fidelitatem, diligentiam et in negotiis extricandis peritiam in dies magis suspiciebat.

Cum post fata Stephani regis de successoris electione ageretur, Archieppus, Maximiliano Archiduci Austr. favens, Pstroconio authore ad partes Sigismundi, Joannis Sueciae regis et Catharinae Jagellonicae filii, animum flexit. Non potuit hoc novum Monarcham latere, quem cum Pstroconius nomine Archipraesulis in portu Dantiscano salutasset, inter Secretarios regios cooptatus fuit.

Absoluta legatione ad Rudolphum II Imperatorem, in qua Hieronymo Rozrarzewski, Eppo Vladisl., socius et adjutor adjunctus fuit, Decanatum Varsav. in praemium accepit.

Mox Bernardum Maciejowski, tunc eppum Luceoriensem, regis nomine ad Sixtum P. V ablegatum comitari debuit, qua legatione durante Joanni Tarnowski, regni Vice-Cancellario, qua regens Cancellariae additus est.

Semel iterumque regem in Sueciam comitatus, commentarium itineris, et periculorum in eo exantlatorum descriptionem confecit, quod manuscriptum deperditum esse, dolendum est.

Licet a Sigismundo multa peculiaris gratiae specimina obtinuisset, variisque sacerdotiis, nimirum Canonicatu in eccla Cracov., praepositura Gnesnen. et Łanciciensi, auctus ac in numerum Referendariorum relatus fuisset, tamen aulae strepitum relinquere vehementer desiderabat, eo potissimum motivo ductus, quod se a Petro Tylicki, qui Tarnovio in regni Vice-Cancellariatu successerat, qua peculiari favore regio distinctum, limis oculis adspici observaret.

Damnatus est mox voti; nam cum Laurentius Goślicki a cathedra Prem. ad Posnan. translatus fuisset, hi

ipsi, quibus Pstroconii praesentia in aula molesta erat, regem precibus urgebant, ut eum ad eppatum Premisl. promoveret, quod ille, suapte commendato favens, facile sibi persuaderi passus est. (1601). [1])

[1]) Vid. Stan. Łubieński: De ortu, vita et morte Mathiae de Bużenin Pstrokoński, Cracóviae 1641 in 4°. — Litterae, quibus Rex Capituli Pstroconii nominationem ad eppatum Premisl. insinuat, sunt dd. Varsaviae 6 Sept. 1600. Earum exemplar hic apponere visum est, cum ostendant, Capitulo tunc adhuc quidpiam juris circa Epporum electiones relictum fuisse. Sic ergo habet epla regia: „Sigismnndus III D. g. R. P. M. D. L. „etc. nec non Suecor. Vandalor. Gothorumque haeredit. Rex. „Venerabiles, devoti, nobis dilecti! Evecto nuper R. in Chri„sto Pr. Laurentio Gośliczki E. P. ad eppatum Posnan. „nostrarum partium esse arbitrati sumus, ne vacans ista ep„palis sedes tanto pastore diutius destitueretur, providere. „Quocirca cum venerabilis M. Pstrokoński, Lencziciens et Łovi„czien. Praepti, regnique nostri Refferendarii praeclara pie„tatis commendatio, religionis cultusque divini studium, ac in „sacerdotali vita vigilantia, tum et generis nobilitas, vitae, „omniumque actionum integritas, nec non caeterarum virtutum „ornamenta, (quae cum omni alia occasione, tum iprimis eo tem„pore, quo regendae Cancellariae nostrae regnique refferenda„riatus muneri praefuit, longe evidentius demonstravit) abunde „nobis cognita perspectaque essent, efflagitare quodammodo „praeclara illius virtus id a Nobis visa est, ut hac ipsa oc„casioneex ercendae ipsius virtuti ampliorem campum praesta„remus, ad ipsumque eppatum Premisl. deferremus; jamque in „Dei nomine deferimus, ac eundem venlem M. Pstrokoński, et „ad eppatum Prem. nominamus, Devotionibusque Vris. in „eppum Prem. eligendum proponimus, quem jam „et Sanctissimo Domino, ut nominationem Nostram ratam gra„tamque esse velit, litteris Nris diligenter commendavimus. De „caetero Devotionibus Vris. gratiam Nram benigne deferimus, „eosque bene valere cupimus. D. Varsav. ut supr. Sigis„mundus R.“ Eplam regiam ad Capitulum pertulit Nuncius reg. nobil. Martin Kościecki, una cum epla nominati in haec verba scripta: „Ad modum Rdi. Dni. et fratres in „Christo charissimi ac observandi! Non alienum a mea hac „praesenti vocatione et a Rdar. Dtionum Vrarum. pietate fore „existimo, si, cum hac occasione Regia Majestas litteris suis „me Dominationibus Vris in Eppum Premisliensem nominat „et commendat, ego quoque, qui me tantae dignitati minime

Confirmato a Clemente P. VIII [1]) clienti suo consecratrices manus imposuit regni Primas, Stanisl. Karnkowski; consecratus vero illico in Archidioccesi Gnes. cum Ordinarii licentia ecclesias recenter constructas dedicans, et populo variis in locis Sacramentum confirmationis dispensans muneris pontificalis tirocinium pie transegit, antequam, invocato in eccla Częstochoviensi ad thaumaturgam imaginem Deiparae virginis superno auxilio, ad ovile suum se conferret, [2])

Suscepto Dioecesis gubernaculo [3]) Pstroconius, a curis saecularibus jam eliberatus, totum se ecclesiae servitio impendit. Non quidem in eo tanta ingenii sagac tas, doctrina et facundia eluxit, quantam in ejus antecessore Laurentio Goślicki, orbis Polonus suspexit; [4]) attamen

„parem esse agnosco, petam hoc ab illis, ut suis suffragiis „et orationibus hoc efficiant, ut gratam et acceptam Nram „hanc electionem clementissimus Deus sibi imprimis, nobis„que ac universae eccliae suae salutarem esse velit. Ad me „quod attinet, velim ita sibi persuadeant Dnes. Vrae., quod „dignitate quidem Deo propitio eppum, at studio et officio „fratrem et cooperarium, affectu vero ipsaque voluntate pa„trem sint habituri. De Qunrum amore ac benevolentia om„nia vicisim m hi amicissima ego polliccor. Quasdiu et bene „valere cupio. Bożencini die 13 m. Octob. A. D. 1600 M. P.“ (Vid. Act. Cap. vol. II, fol. 247—250.)

[1]) Bulla confirmationis est dd. 24 April 1600. In qua quia circa datum error obrepsit, atque annus 1600 pro 1601 fuit positus, procurator eppi, Mathias Lubieński, eam coram Capitulo producens, cautionem praestare debuit, eam esse genuinam. (Vid. Ata eppat. Pstrokoński.)

[2]) Łubieński in libr. not. I cit.

[3]) Post adventum ad dioecsim Brzozoviae sedem suam fixit. Die 16 Maji 1601 in persona Mathiae Łubieński, Canonici Gnesn. et Cancellarii Curiae suae in eccla cathedr. solenniter inthronizatus est, ac per eundem procuratorem juramentum de statutis ecclae observandis praestitit, quod in Capitulo p. f. Circumcis. D. N. J. C. 1602 celebrato personaliter repetiit. (Vid. Acta Cap. vol. II, fol. 259, 262.)

[4]) Piasecki in Chronica fol. 224 pronunciat: „Pstrokońskium „moribus quidem integrum probumque fuisse, sed scribendi

prudentia, zelo pastorali et pietate ipso non fuit inferior, multisque tituli egregii antistitis laudem meruit. Dioecesin personaliter visitavit.[1]) — Decanis ruralibus, — quorum numerum creato novo decanatu Sokołov. auxit,[2]) ut ecclesias districtuum suorum singulis annis lustrarent et congregationes juxta statuta provincialia statis tempo-

---

„et loquendi facultate, quod ad munus Cancellarii maxime „requiritur, minus instructum, et religioso magis otio, „quam negotio idoneum.“ Judicium hoc nimis durum est. Quis credat, Pstroconium — qui fortunae suae ipsemet faber fuit, viris non omnino illiteratis et imperitis, Stanislao Carncovio AEppo Gnesn., Petro Wolski epppo Płocen., ipsi denique Sigismundo regi adeo probari potuisse, si nulla in negotiis tractandis dexteritate polluisset, et potius ad vitam asceticam, quam diplomaticam habilis fuisset. Lubens concesserim, eum Joanne Zamościo, et Laurentio Goślicio fuisse inferiorem; at talium virorum numerus semper exiguus fuit, nec cuiquam vitio verti potest., quod splendorem hujusmodi magnorum luminarium adaequare haud potuerit.

Pietatem ejus et vitae integritatem nec ipse Piasecki, qui ipsi, nescio qua de causa iniquior fuit, negare poterat. Zelus ejus pro domo Dei aeque ac intrepidus animus Pontifice dignus eluxit occasione profanationis coemeterii ecclae cathed. per duumviros nobiles ac potentes (de quo facto vide infra dicenda.) Liberalitatem ejus, quae praecipue pestis tempore, dum Corcini ad latus regis moraretur, eluxit. Stanisl. Łubieński, in vita ipsius cum laude commemorat. Hic idem auctor, (eppus Płocensis) se cum fratre suo Mathia (eppo postmodum Vladisl. tandem AEppo Gnesn.) a Pstroconio, avunculo suo, artem ecclesiae bene regendae didicisse profitetur, ac „*Monita de recte gerendo eppatu*“ ex ore ejus hausta, Cracoviae 1635 in 4° typis edidit.

[1]) Vide edictum generale visitationis ecclae cathedr. et aliar. ecclar. dioec. dd. 26 Decemb. 1601, quo hortatur, ut, qui qualemcumque defectum circa aliquam ecclam observaverint, eum tempore visitationis ad ipsum deferre non omittant. Coeptam visitationem anno seq. continuavit, quam tamen pestilentia aliquandiu interrupit. — In instructione, quam 1607 Stanislao Sieciński, nuncio suo ad Synodum dioeces. dederat, testatur: se fere totam Dioecesim suam visitando peragrasse.

[2]) Vid. Prolegomena sub II.

ribus convocarent, invigilavit. [1]) Pro reformando clero Synodum dioecesanam coëgit. [2]) Capitulum et Vicarios Col-

---

[1]) Vid. edictum ad Decanos dd. 12 April. 1603, ubi etiam eis informatio suppeditat, hujusmodi congregationes decanales fructuose instituendi. Confraternitati sacerdotali Crosnen. et Sanocen., ut Acta ejus annotant, ipsemet accessit. Parochos hortbatur, ut parochianos suos sedulo visitarent, pro quo opere ipsis pariter sub 22 Decemb. 1603 normam communicat.

[2]) Quum Bernardus Maciejowski AEp. Gnesn. A. D. 1607 Synodum provincialem indixisset, Pstroconius huic Synodum dioecesanam praemitendam censuit, pro qua terminum in d. 24 Sept. 1607 praefixit. In litteris convocationis provocat Decanos, ut operata ultimae suae parochiarum visitationis ad Synodum adferant, ac preces et Sacrificia pro fausto successu Synodi provincialis offerri mandat. Quoniam vero ipse gravibus reipubl. negotiis ad latus regium detentus, Synodo dioecesanae interesse, eamque dirigere non poterat, suo nomine Nuncium ad eam ablegavit Stanisl. Sieciński, Posnan., Pultov. et Lubaczov. Praeptum (suum postea in eppatu Prem. successorem,) cui scriptam dedit instructionem, de quibus articulis in Synodo tractandum sit. Conclusa Synodi non supersunt, attamen ex memorata instructione colligitur, de quibus rebus in ea actum sit. — Instruit vero Eppus delegatum suum:

a) Ut clero dioecesano status dissensionis inter statum spiritualem et ordines regni saeculares, qui clericos juribus et immunitatibus suis privare velint, fideliter exponatur; ut in Synodo dioec. nuncius ad Synodum provincialem eligatur, qui, priusquam Petricoviam discedat, sese super privilegiis ecclarum in dioecesi Premisl., super injuriis, quibus ecclicae personae hinc inde a saecularibus afficiuntur, templorum profanatione, bonorum ecclae occupatione et injusta detentione, debite informet. (Cf. infra dicenda.)

b) Ut status ecclae cathedr. et ecclarum parochialium totius dioeces. sollicite indagetur, et in specie: an statuta, tam antiquiora, quam recentissime per ipsum — (Pstroconium) — peragrata fere tota dioecesi condita, observentur? quorum executio, si opus fuerit, reinculcetur.

c) Ut in scandala publica inquiratur, et super iis tollendis consilia ineantur.

d) Ut decretorum S. Concil. Trid. de residentia et pluralitate beneficiorum. (Sess. VI. c. 2. Sess. VII, cp. 4, 5) observatio urgeatur.

legiatae Jaroslav. praemissa visitatione salubri reformatio ne regulavit. [1]) Ecclesias in Mosciska, Nozdrzec, Izdebki, Babice et Rogi dedicavit, [2]) ecclesiae Sambor. [3]) et parochiae in Jasionka [4]) dotem auxit. In Nienadowka novam

---

e) Ut videatur, ne clerici praefecturas bonorum apud saeculares quaestus causa, porro ne patrocinia et tutelas, nisi forte causa pietatis, exerceant.

f) Ut constitutiones antecedentium Synodorum dioecesanarum, quae Sacrorum dispensationem et disciplinam ecclicam respiciunt, renoventur, praesertim decreta contra usurarios seu foeneratores lata. (Ipse Pstrokońskius sub. 8 Febr. 1604 decretum publicavit contra hos: qui defendunt, quemadmodum aliis mercatura, agricultura, opificio, ita sibi pecuniae locatione quaestum facere licere.)

g) Ut querelis et gravaminibus omnium detur locus, et prout justum fuerit, medela afferatur.

Reliqua prudentiae delegati relinquit.

[1]) Vid. decretum reformationis in Actis s. 1604 pag. 362, ubi inter alia prohibet: ne mercatus nundinarum tempore in coemeterio eccliae collegiatae exerceantur, et ne merces ibidem sive in fornicibus ad parietem ecclae constructis asserventur et venum exponantur, idque sub poena suspensionis per Praeptum et Vicarios ipso facto, et excommuuicationis latae sententiae per quascumque saeculares personas hunc abusum directe vel indirecte promoventes, incurrenda, denique sub interdicto ipsius ecclesiae.— Magnum emporium Jaroslaviam tunc fuisse, in Schematismo dioec. notatur, quod et ipse tenor praesentis decreti confirmat. Ex mercimoniis circa ecclam Praeptus cum Vicarii non modicum lucrum capiebant: sed sanctitas loci profanata nullo questu temporali excusatur.

[2]) Vid. libr. visit. Szembek et Sierakowski.

[3]) Quia beneficium in Strzałkowice per Sigismundum III futuro collegio Mansionar. ad ecclam Samborien. incorporatum, (vid. nos sub. eppatu Baranowski) huic fundationi non sufficiebat, Pstroconius dd. 6 Maji 1604 in complementum dotis decimas novales de villis Izajcze, Ozimina et Prussy addidit, ipsumque Collegium Mansionariorum canonice erexit.

[4]) Visit. Szembek allegat ejus privilegium dd. Brzozov. 12 Jun. 1604, quo parocho in Jasionka jus liberae incisionis in sylvis eppalibus concessit, et aliud dd. 17 Febr. 1608 quo dotem ecclae uno laneo agri „Wałaszowskie“ dicti ampliavit.

parochiam erexit,[1]) ecclesias in Krakowiec ac Pruchnik, haereticis ereptas, catholicis rectoribus providit.[2]) Lites Dominicanae, quae sub Goslicio tantum strepitum excitaverant, Pstroconio nostro operam conferente utcumque compositae sunt,[3]) nova vero monasteria ordinis S. Francisci de observan. in Leżaysk, et Carmelitanam in Sąsiadowice surrexerunt.[4]) Bona eppalia Jaśliska a vicinis possessionibus Nicolai Sieninski Eppus noster limitibus innovatis distinxit,[5]) oppidum Jasliscense muris et loricis

---

[1]) Vid. Schematismus.

[2]) Vid. Schemat. dioec. — Quoad ecclesiam in Krakowiec Stanisl. Łubieński in vita Pstrocon. haec memoriae prodidit: „Cum parochus loci illius, quibus templum illud recens resti„tutum egeret, episcopo explicasset, ille non subducta ratione „pecuniae quantum tunc haberet, jubet numerare centum flo„renos in subsidium ecclae impendendos. Dissuadenti fratri „meo Mathiae Łubieński, eo tempore Canonico Gnesn., qui „et Cancellarius ejus erat, et privatas ejus rationes tractabat, „ostendentique, quantum adhuc in perlustranda dioecesi itineris „et sumtuum faciendum esset, et quam exigua Summa pecu„niae (400 erant circiter floreni) eppo superesset, ac proinde „differri oportere petitionem parochi, dum domum eppus re„diret, assensit ille quidem, idque aegre, caeterum commina„tus est, brevi eventurum, ut illum ipsum sui consilii poenite„ret. Dicto eventus respondit; nam sequenti nocte arculam „in qua et eppi et fratris mei pecunia erat, fur abstulit. Quod „ut intellellexit eppus, ne minimum quidem rei jactura per„motus, nimiam tantum erogandi in pios usus parsimoniam „castigatam esse professus, ut quam primum domo pecunia „in subsidium ecclae promissa mitteretur, mandavit.“

[3]) Vid. dicta sub. eppatu Goślic. Okolski in Russia florida pag. 35—40. Stanisl. Łubieński in vita M. Pstrokoński fol. 195, 196 — Provincia Russiae anno 1612 formata in dioecesi Prem. unicum tantum Conventum Mościscensem possidebat; nam Premisliensis, Samboriensis et Łancutensis provinciae Polonae relicti sunt.

[4]) Vid. Schemat. dioeces.

[5]) Documentum dislimitationis dd. 3 Aug. 1603 Alembek in Trzebin. fol. 272—276 recenset.

cinxit, ac hospitali paupérum instruxit.[1]) — Incorporationem scultetiae in Domaradz ad mensam Capituli per decessorem suum concessam non solum ratam habuit, sed et villas eppales Cergowa ac Jasionka pro distributionum quotidianarum incremento adjecit.[2]) Sanctitatem ecclesiae cathedralis contra profanatores, quantumvis potentes, severe vindicavit.[3])

Sigismundus III obsequiorum, quae Pstroconius, in minoribus positus, reipublicae fideliter navaverat, bene memor, ipsum, licet pluribus annis ab aula absentem, nec promotionis cupidum, ad Vice-Cancellarii, mox etiam ad Cancellarii gradum evexit.[4])

---

[1]) Łubieński libr. cit. pag. 135: „Oppidum Jaśliscense, in finibus Hungariae situm, mercatu vini nobile, muris cingere „aggressus, non mediocri parte ejus operis perfecta posteris „ejus munitionis perficiendae exemplum reliquit."

[2]) Litterae confirmationis quod scultetiam in Domaradz sunt dd. Brzovov. 7 Jun. 1602 (vid. Trzebinian. fol. 127.) Villas Cergowa et Jasionka a mensa eppali alienatas fuisse observamus sub. epp. Kościelecki, Sobiejuski, Borukowski. Pstroconii tempore ad eppi dispositionem redierunt, qui eas documento dd. Cracoviae die 20 Decembr. 1609 (recte 1608) Capitulo pro augmento quotidianarum distributionum incorporavit, exceptis duntaxat advocatiis utriusque villae, et jure patronatus ecclae in Jasionka, sibi ut suis successoribus reservato.

[3]) Stanisl. Łubieński in vita ejus factum a nobis indigitatum ita refert. „Accidit, ut templum cathedrale Premisl. orta inter „Joannem Thomam Drohojovium, regni Referendium et Capi„taneum Prem., et Stanisl. Stadnicki de Lesko, pugna, tor„mentorum ictibus ac caede nonnullorum in ipsa templi sacra „area (coemeterio) violaretur. Indigne eam rem ferens eppus „personarum respectu seposito omnibus aditu ad ecclam ca„thedral. interdixit, et eum qui seditionis auctor erat i. e. „Capitaneum Premisl. anathemate feriit, qui licet ab initio „censuram eppi floccifacere videretur, mox tamen compunctus „sese humiliavit, et Praesulis, in pontificali habitu ad portam „ecclae egressi, pedibus advolutus, absolutionem petiit."

[4]) Vice-cancellariatum 1606 post. Joan. Zamojski obtinuit. — Eodem anno 1066 rex ei quoque Praeposituram Miechovien. contulit. (Vid. Nakielski in Miechovia fol. 819.)

Sub ejus eppatu inter statum equestrem et ecclesiasticum vehementes agitabantur controversiae super decimis et jure epporum causas decimarum judicandi, super immunitate ecclarum ab oneribus publicis praesertim militaribus, super libertatibus scultetorum in bonis ecclesiasticis et cet., quibus componendis Synodus provinc. 1607 Petricoviae celebrata remedium quaesivit. [1])— Praeterea pestilentia [2]) iteratis vicibus (1602 et 1604 dioecesin, univer-

---

[1]) Cum in ultimis regni comitiis de his materiis summo animorum aestu certaretur, Eppi, ne culpa salutis reipublicae, in tantis quibus tum laborabat, periculis neglectae, in clerum devolveretur, permittere coacti fuerunt, ut praecipua differentiarum puncta, postquam in Synodo prov. rite discussa fuerint, conventione cum ordine equestri, per deputatos ab utraque parte delegandos, componerentur. Hoc consilio ergo Bernardus Maciejowski AEppus Gnesn. pro die 8 Octobr. 1607 Synodum provinc. Petricoviam convocavit. In hac Synodo (cui nomine cleri dioec. Prem. Albertus Klothneus, parochus Petricov. J. U. D. interfuit) deputati status ecclesiastici ad proxima Comitia pro tentanda dicta compositione electi sunt, e quorum numero fuit Andreas a Lipe Lipski, tunc Scholast., (postmodum eppus Cracov. qui ea occasione luculentum opus scripsit sub t. „Decas quaestionum publica „rum regni, in quibus eccclesiae jura, et immunitates eccles. „status elucidantur Cracov. 1616 in 4°.“ — Plures dissertationes hanc materiam discutientes in unum volumen auctoritate AEppi Leop. Pruchnicki collegit Melchior Stephanides, Canonicus Leop. et Chełm., J. U. D. Cracoviae 1632 in 4°. Caeterum pax tentata inter litigantes minime coaluit, eandemque controversiam adhuc saeculo 18° viguisse, inferius observandi nobis occasio dabitur. Ceterum cfer. Skrzetuski: „Prawo polityczne narodu polsk.“ tom. III, pag. 32 seq.

[2]) Acta Consist. ex anno 1602 adnotant: „Ab illo tempore — „(post. 6. Aug.) — nullae actiones et causa peragebantur propter pestem in et extra civitatem grassantem, usque ad diem „lunae 2 Decembr. — Anno porro 1604 ult. Sept. publicae „preces ac supplicationes ordinantur ob publicas regni calami„tates, scil. seditiones intestinas, pestilentiam multis in „locis grassantem, Tartaror. incursiones, qui nuper in Podolia „et Russia multas regiones ferro et igne vastarunt, et ma-

sum vero regnum bellum tum intestinum, [1]) tum Suecicum [2]) afflixit.

„gnam hominum multidudinem in servitutem abduxerunt, de„nique ob bellum in Livonia cum Suecis, qui etiam Scythas „i. e. Turcas ad bellum regi Poloniae inferendum subornabant. Anno intermedio 1603 magni Jubilaei indulgentiae trimestri spatio in Polonia celebrabantur, quas Clemens VIII anno saeculari 1600 Romae peractas, nunc ad istud regnum extenderat. (Vid. Act. Epp. sub. 13 Mart 1603.)

[1]) Quum Sigismundus III semel atque iterum uxorem ex August. domo Habsburgicea (Annam sc., tum Constantiam Archiducissas Austriae) accepisset, factiosi homines ei varia, libertati Polonae adversa, consilia adscribere coeperunt, quasi videlicet Rom. Imperatoris auxilio Vladislaum, filium suum, regni successorem constituere, ac sublata libera electione regnum suae familiae haereditarium efficere moliretur. Caput factionis fecit Nicolaus Zebrzydowski, Palatin. Cracov. Cum factiosi non tantum comitiis a rege indictis seperata conventicula opponerent, sed etiam arma et exercitus compararent, res tandem ad bellum civile devenit, at victoria penes regem fuit, qui anno 1607 turmas rocossianarum (sic enim vocabulo ab Hungaris mutuato vocitabantur) ad pagum Guzowo, non procul Radomia, capitali clade affecit. Pstroconius ea tempestate magnae in regem et republ. fidelitatis specimina dedit. In proelio ad Guzovam praesens exercitum regium obequitebat, militibus ad strenue dimicandum animum addens. Quum juvenem equitem (Starzyński,) cognatum suum hosti vehementer urgenti cum vexillo, quod manu tenebat, tergum vertere animadvertisset, eum ad pugnam redire coëgit, manu protensa succlamans: Non hic, sed illic hostilis acies est! — Haec ironia (quasi nimirum hostem quaerendo aberraset) ruborem adolescenti expressit, et nutantem virtutem ejus erexit. Quod denique Rex post relatam victoriam in seditiosos summa moderatione usus sit, ac ab omni vindictae studio abstinuerit, id passim sapientibus Pstroconii consiliis adscribitur, qui noverat parcere subjectis aeque ac debellare superbos. — Vid. Piasecki in Chron. — Siarczyński obraz wieku Zygmunta III in artic. „Pstrokoński."

[2]) Occasionem hujus belli sub eppatu L. Goślicki indigitavimus. Anno 1605 Chodkievicius, exercitus Poloni dux, celebrem ad Kircholmiam de Suecis victoriam retulit, at discordiae domesticae et bellum intestinum officiebant, quominus ex hac victoria optatus fructus referri posset. Trahebatur ergo bellum, donec 1614 induciis ad incertum tempus suspenderetur.

A. D. 1608 Pstroconius ad ecclesiam Vladislav. translatus [1]) vix salutata nova sponsa naturae tributum exsolvit. —

Ejus epitaphium in eccla Vladisl.

D. O. M.

Meruit Mathias Pstrokoński *de Bużenin, dum viveret, summi decoris laudem. Natus illustri Rosarum familia, fuit Regens Cancellariae, Referendarius, Eppus Premisl., Vice-Cancellarius, supremus Cancellarius regni, eppus Cujaviensis, Senator consilio pollens, eruditus, in omni actione constans, prudens, magnanimus, magnis negotiis par: patriae, quam bello civili turbatam suis consiliis pacavit, et Regis amans, bonis ob virtutem amabilis, Sacerdos pius, conscientiosus, in egenos munificus, zelo divini honoris propagandi ardens. Id agentem mors anno aetatis LVI, Christi MDCIX die 3 Cal. Julii in arce Raciążensi non incautum, sed in ipso exitu pie divinae voluntati obsequentem interecepit. Ejus memoriae hoc monumentum* Mathias Łubieński Pomianus, *e consobrina Sorore nepos, ab ineunte aetate alumnus, avunculi virtutes aemulatus, e Posnan. in Vladisl. eppatum XXII° post mortem ipsius anno successor, cliens patrono, posuit, suumq eidem tumulo post mortem corpus supremis tabulis, si ita divinae voluntati placuerit, inferendum ordinavit.*

---

[1]) Act. Cons. vol. XIX adnotant: Die 12 Jan. 1069 ob translationem Rmi in Christo Pris. M. Pstrokoński, E. Pr. ad eppatum Vladislav. Paulum Zajączkowski, Archidiacon. cathedral. Administrat. in spiritualibus et temporalibus electum fuisse. — Capitulum Prem. ab executoribus defuncti Pstroconii 100 f. p. pro anniversario ejus accepit, quod olim in crast. SS. Aplor. Petri et Pauli absolvebatur, at Summa fundationis deperdita, pridem extinctum est.

DOCUMENTA AD EPPATUM
STANISLAI SIECIŃSKI.

I 1610. fer 3 post f. Visit B. M. V. Joannes Swiętoslawski, Succamerar. Prem. figit limites inter oppidum eppale Radymno et villam Ostrow Trzeb. p. 226.

II 1612. 14 Julii. Stanislaus E. P. unit ecclam paroch. in Gać cum eccla in Kańczuga, simul ad ecclam Kanczug Colleg. Mans. erigit. Act Epp.

III 1612. 24 Jul. Idem ordinat confraternitatem, sartorum Radimnensium (ibid)

IV 1613. 25 Sept. Stanisl. E. P. edocet Pontificem Paulum V de misera dioecesis conditione, ac de laeto Ruthenorum in eadem unionis progressu Apud Thein. t 3. p. 357.

V. 1614. 18 Octob. Stanisl. Eppus Capitulo cathedr. decimas eppales e districtibus Sanoc., Dynov. et Krosn. cedit, loco census 38 marcarum de Golcowa et Rowne (Act epp.)

VI 1618. fer 2 p. f. Sti. Franc. — Andreas de Zakliczyn Jordan Camerar. castri Cracov. figit limites inter villas eppales Dalejowa et Lipowiec ab una, porro inter bona Mfici Męciński de Dukla, ac bona Mokowicensia in regno Hungariae parte ab altera. Trzeb f. 278.

VII 1518. 24 Januar. Stanisl. E. P. erigit Collegium Psalteristarum ad ecclam cathedr. Prem. (Act. epp.)

VIII 1618. 22 Sept. — Stanisl. E. P. Capellam SS. Trinit. in suburbio Prem. trans fluv. San Conventui Monialium O. S. Benedicti Jaroslaviae incorporat, pro erigendo Conventu filiali. Act. epp.

IX 1618. 24 Sept. Stanisl E. P. cum consensu Capituli sui PPbus Societ. IESV ecclam Premisl. s. t. S. Petri cedit (Act. epp.)

X 1619. 17 Martii. Stanislaus E. P. erigit Collegium Mansionariorum ad ecclam Collegiatam Jaroslav. Act. epp.

XI 1619. 26 Maji. Idem erigit Colleg. Mansionariorum ad ecclam paroch. in Rymanow. (Act. epp.)

XII 1619. dd Jarosl. 12 Junii. — Stanisl. E.P. PP. S.I. Collegii Jaroslav. ambonam Collegtae Jaroslav. tradit cum potestate verbum Dei praedicandi (Act. epp.)

XXIX. STANISLAUS
SIECINSKI

STEMM. ROGALA

E. P.

1609—1619.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim. R.
Sigismund. III.	Paulus P. V.	Albert. Baranowski † 1615
		Laur. Gembicki

Archi-Eppi Leopol.

Joann. Zamoyski † 1614.
Joann. Pruchnicki.

Siecinia gens, (a principali possessione sua Siecin vel Sieczyn denominata) in terris Dobrinensi et Premisliensi domicilia habuit. Siecinii terrae Prem. ab oppido Krasice, seu Krasiczyn, Krasiciorum nomen assumserunt. Habebant dignitatem Comitum S. Romani imperii, ad quem titulum addebant epitheton „de Murzynowo."

Stanislaus de Siecin,[1]) patre Andrea et matre Gorzechowska natus, studia theologica Romae absolvit, et cum se egregia animi indole Sigismundo III R. P. pro-

[1]) Uberiorem de eo notitiam praebent Niesiecki in „Korona polska." Siarczyński „Obraz wieku Zygmunta III." Łętowski, „Katalog kan. krak..

batum reddidisset, in numerum Secretariorum ejus adlectus, variisque beneficiis ecclesiasticis, sc. Canonicatu cathedr. Cracov. et Posnan., Praepositura Pultoviensi, Scholasteria Sandomiriensi, Canonicatu Crusviciensi, item beneficio parochiali Lubaczoviensi provisus est.

Post translationem Mathiae Pstrokoński (fortasse non sine hujus influxu) [1]) eppatus Premisl. Stanilao nostro obtigit (1609), [2]) retenta praeptura Pultoviensi et beneficio Lubaczov.

Suscepto clavo dioeceseos [3]) principalis ejus cura in eo versabatur, ut haeresim et schisma eliminaret. Ideo

---

[1]) Pstroconium singularem in ipso posuisse fiduciam vel illud innuit, quod eum 1607 suo nomine Synodo dioecesanae Premisliae praesidere voluerit. Cf. dicta sub. epp. Pstrokoński. Cum vero Pstroconius apud Sigismundum III magna gratia polleret, conclusio nostra: Sicinium ipso commendante ad eppatum Prem. fuisse promotum, probabilitate non destituitur. P. Niesiecki refert: Sigismundum Rościszewcki, Scholastic. Vilnen., Canonicum Cracov. ad eppatum Prem. electum, ante possessionem ejusdem fatis cessisse. Cujus mors, cum teste Łętowski in annum 1611 inciderit, relatio illa falsitatis convicitur, nam, ut mox videbimus Siecinius 1609 eppatum Premislien. adeptus est, quem usque ad 1619 possedit.

[2]) Litterae nominationis reg. ad Paulum P. V, tum Cardinales Borghesium et Montaltum directae, sunt dd. Cracov. 24 Mart. 1609. Petens confirmationem nominati simul. intercedit, rex, ut cum eppatu Prem. praepturum Pultov. ac beneficium paroch. in Lubaczow retinere possit.

[3]) Litterae confirmationis Pauli P. V. sunt dd. 3 nonas Aug. 1609 (quas vid. in Actis eppatus Siecin. ab initio.) Dies inthronizationis in Actis Capituli non adnotatur, ast Acta Eppalia pandunt, eum die 27 Sept. 1609 jurisdictionem suam ordinariam fundasse, ac Stanisl. Mieszkowski Canonicum Leop. ac Premisl. Vicarium suum in spirit. constituisse. Anno seq. 1610 Capitulo generali, p. fest. circumciss. D. N. J. C. celebrato, personaliter interfuit, et Paulum Zajączkowski, Archidiaconum, qua Sede vacante in spiritualibus et temporalibus Administratorem ad rationem de perceptis et expensis bonorum mensae eppalis reddendam provocavit, quam cum hic denegaret, allegans se ad calculum non obligari, cum de censibus eppum concernentibus nil attigerit, sed allodiis, molen-

Collegium Soc. Jesu ad antiquam ecclesiam S. Petri fundavit, [1]) pro Ruthenis vero unitis mortuo eppo schismati-

---

dinis, piscinis — qui fructus minuti vi constitutionum Synodalium ad administratorem spectant, contentus fuerit, — inde lis enata est, quae tandem 1611 (vid. Act. Capituli ex h. anfol. 5) per Paulum Dąbski, Eppum Laodic. Suffrag. Cracov. et Hieronym. Łęczalski, Archidiaconum Cracov., qua arbitraos electos, amicabili compositione terminata fuit.

[1]) De Seminario Cleri erigendo cogitans, e Collegio S. J. Jaroslav. coloniam Premisliam deducere, ac PPbus. hujus ordinis directionem educationemque alumnorum committere decrevit, id quod multiplici sub respectu difficultate non caruit. Magnae tunc erga Jesuitas querelae et calumniae per haereticos in Polonia spargebantur, ad quas refellendas P. Johannes Argentus, S. J. in Polonia Praeptus provincial., libellum scripsit s. t. „De rebus S. J. in regno Pol. ad Sereniss. Sigismundum III Cracoviae 1615 in 8°. — At eo non obstante multi ex Catholicis, imo e Clero cath. Jesuitas torvis oculis adspiciebant. Quum igitur eppus Capitulo consilium suum manifestasset, Capitulares non quidem assensum suum hac in parte ipsi denegebant, attamen rogabant, ne plures quam duo Jesuitae Premisliam arcesserentur, ne secus propriam ecclesiam habere vollent, et sic ecclesia cathedralis desolaretur! — Manum operi Siecinius 1610 tanto zelo admovit, ut in defectu commodae pro Jesuitis habitationis, propriam aulam Premisl. eis cedere voluerit, (nam Eppi Brzozoviae potissimum residebant.) Cum vero tali proposito Capitulares, praesertim vero Achacius Grochowski p. t. Canonicus Prem., resisterent, domum lapideam, Sadowska dictam, emit, ac Societat. Jesu documento dd. 5 Octob. 1613 donavit. Interim PP. in eccla cathedrali sacris operabantur, at serius, cum jam animi Capitularium erga eos mitius dispositi essent, Eppus eis antiquam ecclesiam ad S. Petrum cessit. (Vid. Acta ejus sub. 24 Sept. 1518,)— et penes eam collegium seu potius residentiam lapsu temporis in collegium mutatam fundavit. Ad dotationem cum ipso concurrebant varii benefactores, nominatim Adamus Stadnicki, palatin. Belzens., et Hieremias de Siecin Krasicki eppi cognatus, Praeptus cathedr. Premisl. Primus rector residentiae Prem. 1619 fuit P. Joan. Biesiekierski. (Vid. Argentus opere cit., tum Acta Eppalia s. an. 1618 et 1619.) — Siarczyński refert: Siecinium etiam adolescentes litterarum studiosos adjuvisse, et typographiam adornasse. Caeterum eodem fere tempore cum Premisliensi Collegium Krosnen. S. J.

co, Michaële Kopystyński, Vladicam unitum, Athanasium Krupecki, pastorem constitui a Sigismundo rege impetravit, qui non tantum hominum gentis suae et rit. sui in dioecesi Premisl., sed et Ruthenorum unitorum in vicina Hungaria curam gessit. [1]) Ipse quoque Siecinius invitante nobili Hungaro Georgio de Humennagi, ab haeresi converso, Catholicis in septemtrionali regni illius parte ab oppressione haereticorum nonnihil respirantibus, quantum potuit, subsidium pontificale praestitit, [2])

---

erectum est, de cujus origine vid. Schemat. dioeces. sub. parochia Krosnensi.

[1]) Vid. docum. nr. V. ubi haec leguntur: „Post decessum Copistinski eppi schismatici seu Vladicae. Prem. cum litteris „ad S. Reg. Majest. regni proceres, tum prehensationibus in„feriorum, negotium s. unionis confirmandi et schismatis eli„minandi promovere coepi, ac post diuturnas molestias, non„nullorum, auri sacra fame clanculum impedientium, superatas, „venerabilem Athanasium Crupecium, unioni s. addic„tissum, in locum demortui eppi schismatici surrogari perfeci, „et si fides ac pietas in his esset, in quibus summa esse de„beret, plebs tota terrae istius rit. graec. huic s. unioni mini„me adversata dudum fuisset: spem tamen concipio maximam, „laborem in eo negotio a me susceptum, qualis ille est, divini „numinis ope haud inanem futurum. Nec me fallit opinio. „Etenim nobilissimus Hungarorum Georgius de Humen„nagi, non ita pridem ex heretico conversus et factus catho„licus, pro suo erga fidem catholicam zelo ac ejusdem unio„nis promovendae studio populorum suorum, qui in ejus comi„tatibus vivunt ritus ejusdem graeci a me aliquotias litteris „contendit, ut eundem Crupecium ad confirmandos in unione suos „subditos ablegarem: quod equidem ante aliquot dies re ipsa „jam praestiti: qui hinc in Hungariam discedens petiit a me, „ut hanc suam petitionem perscriberem Sanctitti Vrae Sup„plicat S. Vae., ut in eccla S. Salvatoris — (Spas) — prope „Samboriam in dioecesi mea pro festo transfigurationis Do„mini indulgentiam plenariam ac perpetuam obtinere possit; „existimat enim, id incentivum fore maximum ad amplecten„dam unionem iis, qui eidem adhuc adversantur.“

[2]) Vid. eplam not. praec. cit. ubi ait: „Idem Georgius Hungarus et PP. S. J., quos Cracovia evocavit, a me petierunt, „ut Hungaros, quos ad me destinaverit, ad S. ordines promo-

Nec conatibus ejus quoad extirpationem haeresis effectus defuit; nam duos in dioccesi sua haeresiarchas, Bolestrassicium et Lisacovium, ope PP. S. I. ad fidem catholicam convertit.) Nec minus gaudium ipsi attulit conversio filiorum pientissimae matronae Annae de Stemberk, ducissae Ostrogiensis, qui a patre inde a teneris unguiculis in schismate educati, mortuo eodem ad ritum lat, transierunt (1610), et PP. Jesuitis pro ulteriori educatione traditi sunt.[2])

In adgressu muneris eppalis quidquam simultatum ipsi fuit cum nonnullis personis capitularibus, nimirum cum Paulo Zajączkowski ADiacono, qui cum Sede vacante bona eppalia administrasset, novo eppo calculum ponere recusavit,[3]) tum cum Matthaeo Kurkowicz Canonico qui cum vi praebendae suae Concionatoris extraordinarii officium implere deberet, huic labori se subtrahebat, et plura beneficia, nulla ad id dispensatione Aplica producta, possidebat. At prior discordia per complanationem partium composita est, altera quoque fauctum eventum habuit, cum Kurkovicius eppi judicio sese decenter sub misit.[4])

Alii memorabiliores actus eppatus ejus hi fuere:

„verem, idque extra tempora; quod facere, cum nequaquam „per leges canonicas sit integrum, id mihi concedi a S. V. „supplex peto.“

[1]) Ibidem: „Haeresiarchas duos Bolestrasicium et Lisacovium „ante biennium opera PP. S. J. — ad gremium S. matris ec„clae, aliis, a fide alienis, factum demirantibus, reduxi.

[2]) Ibid. Filii „ducissae (Annae de Stemberk) in fide catholica, „quam, ab ineunte aetate a patre Schismatico enutriti, asper„nabantur, ante triennium a me confirmati, mirifice (eam) am„plectuntur, et in studiis apud PP. S. J. ibidem manendo in„stituuntur.“

[3]) Vid. supr. not. 3. pag. 364.

[4]) Vid. Act. Consist. vol. XX sub. 24 Jul. 1619.

Ad ecclesiam cathedr. Collegium Psalteristarum, [1]) ad ecclas Jaroslav., [2]) Kanczugensem et Rymanov. [3]) Collegia Mansionariorum erexit, statuta Collegii Vicar. Jarosl. revidit et reformavit, [4]) Synodum dioecesanam annis 1612 et 1613 celebravit. [5]) Ecclas paroch. in Kanczuga, Dednia, Strachocina, Besko- Lubaczow, et Capellam in arce Krasiczyn. consecravit, [6]) Premisliae Conventum filialem monialium ord. S. Benedicti instituit, [7]) ecclesiae paroch. Le-

[1]) Joannes de Humniska, et Catharina Marina de Dobrinice, conjuges, fundationem pro Collegio Psalteristarum praebuerunt, quorum esset: laudes Dei diu noctuque in dicta ecela canere, ut, quoniam foris ab hominibus nomen Dei jugiter blasphematur, saltem in eccla majestas ejus continuo celebretur, et ut non desint in terris Angelorum coelestium, Trisagios incessanter clamantium, imitatores. Eppus fundationem acceptavit, et Colleg. Psalteristarum instrumento dd. 24 Januar. 1618 erexit ordinavitque.

[2]) Fundator fuit Janussius, Dux in Ostrog, Comes in Tarnow., qui hac fundatione animae dilecti fratris, Adami Constantini Ducis in Ostrog, in ipso aetatis flore defuncti subvenire, et cultum erga B. V. M. promovere intendit. Erectio eppalis est dd. 17 Martii 1619.

[3]) Schemat. d. sub. his eccl.

[4]) Visit. Sierak. visit ex an. 1743, fol. 78—81.

[5]) Prima Synodus habita est 14 Junii 1612, in qua Sigismundo III pro continuatione belli Moscovitici subsidium charitativum decretum est. Altera convenit 18 Aprilis 1613, in qua contributio simpla pro stipendiis militaribus laudata, et Nuncii dd Synodum provincialem, per Albertum Baranowski, AEpum Gnesn. Lovicii celebrandam, delecti sunt: Mathaeus Kurkowicz S. T. D. Canonicus cathedral. cum Thoma de Pyzdry, Parocho in Błażowa.

[6]) Vid. libr. visit Sierak. har. eccl. — De eccla Lubaczov. Siecinius, cum rector ejus esset, optime meruit; nam et villam Bihale ad eam revindicavit, ac postmodum eppus Prem. factus illam consecravit. (Alembek in statu ecclar.) Etiam ad praepturam hospitalis Lubaczov. advocatiam in Załuże, ab eadem avulsam, recuperavit. (Vid. Acta ejus sub. 24 Maji 1619.

[7]) De prima origine hujus Conventus vid. Schemat. dioeces. Decretum Eppi, quo ad ecclam SS. Trinit. Conventum Monial. ord. S. Benedicti congregationis Culmensis erigit, et Conventui ejusdem ord. Jaroslav. affiliat, est dd. 5 Novembr. 1618.

zayscensi hostili incursu Stanislai Stadnicki de Łancut, hominis haeretici, expilatae et exustae, nova dotationis privilegia procuravit. [1]) Ecclae ruthenicae in Szczutkow fundationem renovavit. [2])

In bonis mensae eppalis limites inter Radymno et villam Ostrow, [3]) inter villas eppales Dalejowa et Lipowiec ab una, et inter bona Dukla ac Makowice ab altera parte restituit. [4]) Capitulo cathedrali pro censu e Golcowa et Rowne decimas eppales e districtibus Sanocensi-Denov. et Krosnensi assignavit. [5])

A. D. 1618 in terris Germaniae bellum religiosum, a duratione sua tricennale dictum, exarsit. [6])

Regi Poloniae eo tempore cum Moscis bellum fuit, satis fortunate aliquamdiu gestum, quin tamen finaliter optatum fructum adferret. [7]) In patriam redux miles sti-

[1]) Vid. Acta Cons. sub. 14 Martii 1615.

[2]) Vid. Acta Sarnowskiana ex anno 1674 pag. 533.

[3]) Vid. Trzeb. fol. 226, ubi recensetur actus granicialis per Joan. Świętosławski, succamerarium Prem. dd. fer. 3 post fest S. visit B. M. V. 1610 confectus.

[4]) Trzeb. fol. 278, ubi occurit aitus granicialis Andreae de Zakliczyn Jordan, Camerarii castri Cracov. dd. fer. 2, post f. S. Francisci Conf. 1618.

[5]) Census 28 marc. e bonis Golcowa et Rowne pro fabrica ecclae, Collegio Mansionionariorum et pro pensione Vice-custodis cathedr. praestabatur, cujus loco Sieciniu dictas decimas Capitulo cessit. Vid. Act. Cons. sub. 18 Oct. 1614.

[6]) Durante hoc bello Sigismundus III R. P. Ferdinando II Imperatori suppetias misit equites Lissovianos (Lissowczyki,) quod Cosacorum genus erat. Hunc famosum equitatum in transitu ad Hungariam regiones submontanas terrae Sanocensis peragrantem Acta Confrat. Sacerd. Krosnen. et Sanocen. commemorant.

[7]) Occasionem huic bello dedit Russus quidam Sycophanta nomine Gregorius Otrepiew. Is in variis magnatum Poloniae aulis famulatum exercens divulgaverat, se esse Demetrium M. Ducis Moscoviae filium, quem Borissius Godunow, ad imperium in Russia adspirans, occidi jussit qui vero alio infante, a matre in sui locum callide substituto, in vita

pendia retenta ferociter exigens, bona nobilitatis et ecclesiastica intolerabilibus contributionibus opprimebat, insuper durante cleri cum ordine equestri ratione decimarum et messalium controversia reditus ecclesiastici magnae diminutioni exponebantur. [1])

---

servatus sit. Haec phantasiam Polonor. accenderunt, per illum, si in Patria rerum potiretur, religionem catholicam inter Russos promotum iri, confidentium. Georg. Mniszech, palatin. Sandomir., vir ambitiosus, eum ad occupandam Russiam exercitu in Polonia contracto instruxit, ea conditione: ut dominatum adeptus filiam ipsius, Marinam, regni et thalami consortem efficeret. Res prospere cessit, nam Pseudodemetrius exercitum Borissii fudit, et a Russis „Czar“ proclamatus est. At homo abjectae mentis victoria uti nesciens, duramque tyrannidem in subditos exercens, paulo post obtruncatus, imperii vero summa ad Basilium Szujski delata est. Mox alter Pseudo Demetrius in lucem prodiit, et hoc pariter neci dato plures alii emerserunt, quo factum est, ut tota Moscovia turbis intestinis concuteretur. Ea occasione Sigismundus R. utendum censuit, ut coronam haereditariam, quam in Suecia amiserat, in Russia recuperaret. Igitur cum exercitu Polono regionem intrat. Russi victricibus regis armis pressi Vladislaum ejus filium Czarum proclamant (1610,) ea tamen lege: ut sacra graeca amplecteretur. Non potuit Sigismundo III hujusmodi conditio probari, et bellum, continuatum est. Moschi electionem Vladislai rescindunt, Theodorum Romanovium, Metropolitae Rostov. filium, Czarum creant 1612. Sigismundus exhausto aerario bellum continuare non valens, Smolenscia, Severia, Czerniechoviaque regno Poloniae cessis, pacem cum Russis facit. (Vid. Piasecki in Chronica.) Durante bello Moscovitico Tartari, Turcae et Valachi Russiam, Podoliamque depopulantur (1616) et magnam hominum multitudinem cum divite praeda in servitutem ducunt. Vide Acta epp. sub. 2 Mart. et 1 Jul. 1617, ubi Siccinius pro avertendis periculis, quibus tunc regnum fuit obnoxium, supplicationes 40 horarum indixit.

[1]) In eppla ad Paulum. P. V. dd. 25 Sept. 1613 Siccinius scribit: „Res eppatus mei maleficio et injuriis militum confoederatorum adeo fractae et debilitatae sunt, ut non modo „eppalem et senatoriam dignitatem — (sustentare nequam) — „verum etiam unde cum clero meo vivam, et quo nos sustenetemus, vix habeamus.“ Ad pacificandos milites in Synodo

Annus 1519 Siecinio fuit postremus, [1]) qui Sponsae suae, quam vivus dilexit, etiam extremae voluntatis tabulis varia legata inseripsit. [2])

---

dioec. contributio simpla cleri decreta fuit. (Vid. Act. Epp. s. 29 Mart. 1613,) cum autem haec non sufficeret, 4 Januar 1614 nova contributio a clero exigebatur. (Cf. Piasecki in Chronica ab an. 1613 et 1614.) Per legatus anno 1613 ad Synodum provincialem Łovicien expeditos clerus de variis injuriis et incommodis conqueritur, quibus per saeculares inde a septennio afficiatur, et de egestate sua, ad quam ob non-extraditionem decimarum et messalium, difficilem justitiae administrationem et contributiones bellicas redactus sit. — Quantam denique cladem ecclesiis intulerit bellum civile, inter duos Magnates Lucam Opaleński Capit. in Leżaysk, et Stanislaum Stadnicki haeredem in Łancut, praefata Siecinii epla ad Paulum P. V nos edocet, ubi haec leguntur: „Ante sexen-„nium— (i. e, anno 1607)— dissidia animorum: inter duos vi-„cinos equites: Lucam Opalinium catholicum, et Stanislaum „Stadnicium, haereticae labis inter primos quosque asser-„torem acerrimum, illo superiorem, isto parem non ferente, — „exorto, depopulatione civitatum et villarum hinc inde inter-„veniente, ecclarum parochialium tredecem profanaturum ho-„stilem depraedationem bellum intestinum regni (Zebrzydo-„vianum sc. sub. epp. Pstrokoński) confirmaverat etc.

[1]) Acta Cons. post 11 Sept. 1619 hanc continent inscriptionem: „Tandem interveniente morte Illustrissimi— (prima vice „talis titulus eppo tribuitur)— et Rndssmi. Dni. Stanislai Sic-„ciński E. Prem., qui viam universae carnis ingressus est 16 „Octobr. 1619, omnes causae et judicia siluerunt.“ Brzozoviae „obiissse videtur, (saltem testamentum ejus ibi coditum est. Confirmant hanc illationem Acta Confraternitatis sacerdotalis, Krosn. et Sanoc., cujus membrum Siecinius fuerat, annotantia die et anno ut supra cum Brzozoviae mortuum, at Premisliae et quidem d. 5 Decembris ejusd. anni sepultum esse. In Capitulo partic. 30 Oct. 1619 Hieremias Krasicki Praeptus Prem. Administr. spiritualium et temporalium electus fuit, et litterae ad clerum dioecesis directae, ut singuli presbyteri pro anima defuncti Praesulis 2 missas absolvant, Vigilias decantari faciant, porro ut pro electione futuri eppi litaniae cum processionibus more solito feriis 2, 4, et 6, festo duplici vel semidupl. non impeditis, peragantur. — Auctor MS. de vit epp. Prem. scribit, Siecinium apud PP. S. J. sepultum esse. At in testamento suo disposuit: ut in eccla cathedr. ante majus altare sepeliatur, nisi peculiarem Capellam ad hunc finem ex-

DOCUMENTA AD EPPATUM
JOANNIS WĘŻYK.

I 1520. Prem. 6 Julii. Joannes Wężyk E. P. praebet consensum Mfco Martino Krasicki, Castell.

truxerit, vel serius aliter disposuerit, quorum neutrum subsecutum est, cum biduo post e vivis excesserit.— Igitur in eccla cathedrali quiescere videtur.

2) Vid. testamentum ejus dd. 14 Octob. 1619 Brzozoviae conditum, et Actis Consistorii sub. 10 Jul. 1620 inductum. Dicit ibi: se bona patrimouii sui jam pridem Stanislao Sieciński, Dapifero Dobrinensi, nepoti e fratre Alberto coram Actis Varsav. cessisse. (Huic etiam villas eppales Rowne et Lubatowa in arendam perpetuam elocavit vid. Act. Cap. e 1619, contra quem actum ejus successor Joan. Wężyk protestatur Act. Cap. 1621, pag. 57.) Jubet statim a morte sua 2000 fl. pol. sacerdotibus saecularibus et regularibus pro missis distribui, 6 gr. in quamlibet missam numerando. Pecuniam in usus juridicos et alios nobilis olim Mart. Sieciński, e fratre Mathaeo nepotis, erogatam, additis ad eam 2000 fl. pol. pro Mansionariis in Siecin fundadis destinat. Sponsae suae ecclae cathedrali, quam stante vita pro viribus exornare conatus fuerat, legat 2 antependia, 2 pluvialia, 2 planetas 4 dalmaticas ex altembasso, tum alias rubei coloris cum armis et insigniis suis, tunicellas 2 itidem rubei coloris cum sandaliis binis et faldistoriis, Pontificale romanum in 3 partes divisum, aulaea damascena, rubei et glauci coloris, non ita pridem Neapoli advecta, pro parietibus ad majus altare in festis exornandis, crucem argenteam valoris marcarum 200, jam pridem pro usu majoris altaris cencessam Ecclesiae in Siecin, a se nuper extructae, duo candelabra argentea post mortem Bernardi Card. Maciejowski emta, 3 casulas adamascenas: albi, viridis et flavi coloris, calicem argenteum deauratum cum velis, — PP. Societ. Jesu Premisliae 1000 fl. pol., Conventui Francisc. Prem. 50 fl. Dominican. Prem. 50 fl. pro ecclesiis et collegiatis, ubi praecpturas habuit, scil. Cracoviensi 200 fl. pol. Posnan. 200 fl., Pultoviensi 100 fl., Crusvicien. 160 fl. pol., —

Leop., Premisl. Luboml. et Bolemov. Capitaneo pro fundando Premisliae monasterio PP. discalceatorum B. V. Mariae de monte Carmelo. Act epp).

II 1621. Brzozov. 20 Maji. Joann. E. P. publicat interdictum generale Premisliae, ob violatam et sanguine conspersam ante 3 dies ecclam cathedr. Prem. (ibid)

III 1621. 3 Jun. — Idem praemissa Visitatione ordinat res Conventus Sambor. Monial. ord. S. Brigittae (ib.)

IV 1622. 6 Febr. Idem eppus ordinat fraternitatem S. Annae in eccla Brzozov. (ib.)

V. 1623. 24 Jun. Gregorius P. XV gratulatur Sigismundo III R. P. victoriam de Turcis et Tartaris relatam, promittitque diem 10 Octobr. anni elapsi memorialem hujus triumphi solemnibus orationibus celebrari facere, quod etiam

---

pro anniversariis fructus mensae eppalis vigore constitutionum Synod. ad massam suam pertinentes: vaccas, equos, currus, libros, vestes ac aliam supellectilem in auro, argento etc. nepoti suo suprafato Stanislao Sicciński. Executores testamenti consituit: Martin Krasicki, Castellan. Leop. Capitan. Premisl. Hieremiam a Siecin Krasicki, Praeptum cathed. Prem., Stansl. Mieszkowski Canonicum Prem. et Officialem suum, et Adam. Podgórny, Canc. Prem. Executores testamenti pro anniversario Summam 400 fl. p. assignarunt, quae super domo lapid. Premislice locata est. Absolvebatur olim die emortuali 16 Octobr., nunc Summa fundationis pridem deperdita, d. 8 Aug. in communi cum aliis absolvitur.

Indolem hujus Praesulis quod attinet P. Niesiecki ejus modestiam et doctrinam summis laudibus effert. Nec parcior in eo laudando est Cichocki in alloquiis Osiecensibus, ubi non tantum cum a religionis et pietatis fervore, amore item erga Societ. Jesu, sed etiam a juniun reipubi. exacta notitia, et negotiorum, quae passim in comitiis tractantur, profunda cognitione emomendat. Nihil denique, nisi laude dignum de eo commemorat Siarczyński in opere saepe cit.

peculiari diplomate eppis Pol. faciendum injungit. Thein. t. 3. p. 369.

VI. 1623. 2 Septbr. Joan. E. P. ecclae paroch. in Sąsiadowice comendam PPbus ejatis Convent. S. Annae — ord. Carmelit. — tradit ad preces Mfci Nicolai a Żurow Daniłowicz, suprreg. thesaurarii ac Curatoris per reg. Majest. Erasmo de Fulsztyn Herborth constituti. Act epp.

VII 1523. in Claratumba 4 Octob. Joan. W. E. P. publicat bullam Gregorii P. XV dd Romae 23 Jun. 1623, qua festum introducitur die 10 Octobr. cujusvis anni celebrandum in memoriam victoriae ad Chotimum de Turcis reportatae. Ibed.

VIII 1624. 17 Decembr. Joan. W. E. P. dat consensum Mfco Constant. Korniakt, haeredi in Sosnica pro fundando monasterio Carmelitar. antiquae observantiae (excalceator.) in campo florido ad oppidum Hussakow in terra Prem. (ibid.)

IX 1624. 8 Mart. Urbanus P. VIII eppo Prem. concedit facultatem super pluralitate beneficiorum dispensandi — ad spatium triennii (ibid.)

XXX. JOANNES

WĘŻYK

STEMM. Wąż

E. P.

1620—1624.

Contemporanei:

Reges Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Sigismud. III	Paulus V † 1621	Laur. Gębicki
	Gregor XV 161—1623	† 1624.
	Urban. VIII.	

Archi. Epp. Leop.

Joan. Andr. Pruchnicki.

Famila Wężyk in palatinatu Siradiensi lares domesticos habuit. Er. Nicolaus, ord. praedicator., ex hac stirpe oriundus, temporibus Vladislai Jagellonis Lithvanis ad Christum convertendis egregiam operam impendit.

Joannes de Wola-Wężykowa Wężyk, [1]) de quo nobis sermo est, natus est ex Hieronymo, et Dorothea Zaleska conjugibus, magis probitate vitae quam opulentia conspicuis. Ad sacerdotium destinatus rudimenta litterarum in scholis Calissiensibus PP. S. I. tum in Academia Cracov.

[1]) Notitias biographicas de eo suppeditant: Demalewicz, in vit. AEp. Gnes. Niesiecki: Korona polska, Siarczyński: Obraz wieku Zygmunta III, Łętowski: Katalog. kanon. krakow.

didicit, deinde sublimioris culturae causa Romam petiit, ubi septennio commoratus tam in S. theologia, quam utraque jurisprudentia, philosophia, quin et in medicina notabiles progressus fecit.

Redux in patriam Joanni Tarnowski, ab eppatu Vladisl. ad AEppatum Gnesn. ascendenti, pallium attulit. Eximia viri eruditione, et morum candore delectatus Archipraesul eum in curiae suae Cancellarium assumpsit, eique ad assequenda aliquot beneficia eccles., nempe Canonicatum Cracov. et Sandomir. item Archidiaconatum Lublinensem viam complanavit.

Cum ejus in negotiis gerendis dexteritas, et linguarum exoticarum, germanicae praesertim, peritia Sigismundo III R. P. innotuisset, eum post obitum Archieppi Secretarium suum nominavit, mox et abbatia Claraetumbae (Mogiła) providit.

Mortuo Stanilao Sieciński idem rex Joannem nostrum ejus successorem esse voluit, [1]) ad quam Sedem Paulus .P V, regis desiderio satisfaciens, ipsum evexit (1620). [2])

---

[1]) Litterae regis ad Capitulum directae sunt dd. Varsaviae 10 Decembr. 1619 — quas vide volum III Act. Capit. fol. 42, 43.) — Simul etiam Sigismundus III favore nominati sui litteras intercessoreas ad summum pontificem et ad Robertum Card. Bellarminum — (cujus olim discipulus fuerat Wężyk) — expedivit, ad quas responsio Cardinalis legitur in collectione eplarum ejus, Cassoviae 1770 in 4 typis edita, nro. 162 fol. 265. Ipse vero electus Capitulum sequenti epla interpellavit: „Admodum Rdi. Dni., amici et fratres observandissimi! Że „Pan Bóg z woliey swey świętey serce J. K. Mci Pana na„szego tak sprawił, że mimo innych Ich Mciów., godnością „i zasługami przedemną godniejszych, mnie napodleyszego „na urząd tak wielki, jaki jest biskupi WW. Mciom. Panom „mianować raczy: Panu Bogu najprzód niegodne dzięki od„dawszy, Jego łasce świętey y miłosierdziu niedołężność „swą poruciwszy WW. MM. moim MM. Panom przy poszy„łaniu nominatiey moiey J. K. Mci. ozywam się y opowiadam „z chęcią braterską do usługi WW. MMciow wszystkich pil-

Consecratus a Laurentio Gębicki AEppo Gnesn— (qui ea occasione praedixisse narratur, eum aliquando successorem suum in sede primatiali fore) — eodem anno (1620) ad cathedram suam accessit, [3]) et munus pastorale quadriennii spatio zelosissime exercuit, id quod sequentes ejus actus pontificales ostendunt.

A. D. 1621 Synodum dioccesanam congregavit. [4]) Sequenti anno ecclesiam cathedr. canonice visitavit. [5]) —

„nie prosząc, żebyście mię w łasce swoiey chowającz modli-
„twami swemi rathować raczyli, żebym, gdy da Pan Bóg za
„przychyleniem chęci WW. MMciow do nominatyey Jgo K.
„Mci od Stolice świętey potwierdzony na urząd ten będę,
„mógł y umiał znosić ciężar tak wielgi ku czci y chwale Bo-
„żey, pożytkowi kościoła Jego, y dioecezyey tameczney, u-
„słudze Oyczyzney y WW. MMciow wszystkich, którym służ-
„by me uprzeyme pilno oddawam. Z Warszawy d. 11 Dec.
„1619. Admodum RR. Dtionum VV. amicus ad inserviendum
„Joan. Wężyk nomin. Prem. Abbas Mogilen.“ Etiam Franciscus Diotallenius eppus S. Angeli et Bissaciorum p. t. in Polonia Nuncius Aplicus in negotio electi ad Capitulum litteras dedit, — quod in congregatione generali die 2 Jan. 1620 nominatum unanimi suffragio a Sede Aplica eppum postulavit.

[2]) In litteris confirmationis Paulus P. V. simul concedit, ut cum eppatu Abbatiam Claraetumbae tenere possit.

[3]) Die 24 April. 1620, quae fuit fer. 6 post Dom. Paschae in persona Caspari Rożyński Canonici Prem., procuratoris sui, in eccla cathedr. solenniter inthronizatus, eodem anno durante Cap. grli. p. f. S. Joannes Bapt. ad cathedram suam primum fecit ingressum, et per Hierem. Krasicki, Praepositum, nomine Capituli salutatus fuit.

[4]) Acta hujus Synod. typis excusa sunt Jaroslaviae 1622 in 4°. Collecta fuit d. 3 Martii 1621 eo potissimum consilio, ut in ea legati ad Concilium provinciale per AEppum Gnes. indictum deputarentur. — Praemissa Epla Eppi Clero dioecesano commendatur epla Synodalis p. m. Bernardi Card. Maciejowski (1607 edita, et ad calcem actor. praesentis Synodi posita) tanquam norma vitae pastoralis et sacerdotalis. Tum sequuntur conclusa Synodi de sacr. poenitentiae, de sacrificio missae, de matrimonio, de sepultura ecctica (quibus possit et debeat denegari,) de ordinatis et ordinandis ad provisiones paracho-

Altare SS. Corp. Christi in eccla cathedr. non modico sumtu comparavit, et dotationem praebendarii ad illud existentis ampliavit.[6]) Sessionibus Capituli frequenter intererat, et cum eo plures sapientes ac utiles ordinationes fecit.[7]) Respectu juris de substantia Canonicorum, ab in-

---

rum, de privilegiis et fundationibus parochiar., de officio decanor. ruralium. Denique indicantur judices a Synodo electi ad delegandas causas Sede Aplica et examinatores parochorum. Synodus vero provincialis, cujus dioecesana illa prodromus fuit, a die 26 Aprilis 1621 Petricoviae praesidente Laurent. Gembicki AEp. Gnes. cclebrata et Cracoviae 1624 in 4° typis impressa fuit. Huic Concilio Joan. Wężyk E. P. personaliter interfuit, Capitulum vero cath. ibi per Magnum a Grochowce Nijowski Cantor. Cap. repraesentabatur.

5) Indictio visitationis legitur in Actis sub. 2 Januar 1622, at decretum reformationis deficit.

6) Vid. Act. Eppal. vol. XXII sub 4 Jul, 1625. — Altare hoc reconstruxit et exornavit, cum jam eppus Posnan. esset. — Pro ministro vero hujus altaris, qui simul erat promotor Confraternitatis SS. Corp. Christi, Summam 230 fl. pol. inscripsit, cum jam AEpus Gnesn. esset. Vid. Act. Epp. vol. XXIII, sub. 27 Junii 1635. Act. Cap. ex anno 1637 vol. IV, pag. 225. Vis. Sierakowski 1744, fol. 221.

7) Acta Capit. eum in Sessionib. dd. 10 Sept. 1620, 7 Mart. 1621, 2 Jan. 1623, 4 Maji 1624 praesentem commemorant, alias vero postulata quaedam, seu puncta submittere solebat, quae Capitulares in deliberationem assumerent. Quo salubrius de negotiis occurrentibus discuteretur, normam quandam Capitulo praescribendam censuit. Voluit sc., ut ante initium congregationum procurator articulos in ea pertractandos connotaret. Series haec singulis Capitularibus erat communicanda, ut observationes suas praeparare, suamque opinionem declarare possent, quae publice, vel privatim proponi, ac tractari oportere censerent. Prohibuit, ne Capitula particularia et in completa de rebus majoris momenti decideremt, sub actu nullitatis conclusorum, mandatavitque ut, quae ex Capitulis ad personam sive publicam sive privatam diriguntur non sola sigilli capitularis adpressione insignirentur, sed etiam a praesidente nominis et cognominis subscriptionem proviclerentur. In Cap. 10 Septbr. 1620 Caplares hortatur, ut ad ecclesiam cathedr. resideant, vitam piam, sobriam, ac vere sacerdotalem vivant, ita ut exemplo suo clerum inferiorem. populum fidelem et Schismaticos aedificent. Jubet, ut deputatus ad regni tribunal non sine consensu eppi destinetur, cum magni intersit, ut sit vir

testato defunctorum, disponendi, sedis ordinariae jura vindicavit; at etiam in hoc puncto quantum potuit ad vota Capituli se demisit. [1]) Inter Collegium Vicariorum et Mansionariorum discordias quoad jus percipiendi oblationes fidelium sopivit. [2])

---

prudens, in jure bene versatus et ut totum tempus judiciorum Lublini aut Petricoviae transigat. An. 1621 vetat, ne Capitulares in curias suas hospites, magnificos praesertim ac nobiles audeant recipere — (id enim turbis et tumultibus occasionem praebere solebat vid. infra not. pag. seq. in quibus pax et sanctimonia locorum sacratorum periclitabatur,)— ne epocillatio vini, cerevisiae cremati in aedibus capitularibus instituatur ne ex Archivo Capituli originalia cuiquam extradantur, sed tantum in transumptis, sigillo Capituli in fidem munitis. Vid. Act. Cap. sub. an. citt.

[1]) A longe tempore (scil. a tempore Janussii Lubinii, vid. nos. sub. ejus eppatu) viguit praxis, ut Capitulum de bonis confratrum suorum ab intestato decedentium, libere disponeret. Joan. Wężyk jus, in tali casu de relictis disponendi, sibi et successoribus suis in hoc eppatu reclamabat, negans, Janussium Lubinium, aut alios eppos hoc jure aliter, quam pro sua persona et sine praejudicio successorum, sese abdicare potuisse. Pax tandem ita coaluit: ut eppus, quoad viveret, aut dioecesi Prem. praeesset, Capitulo facultatem, de qua agebatur, intactam relinqueret, quin tamen haec concessio ejus successoribus in eppatu derogare posset. Alterum collisionis inter Eppum et Capitulum objectum tale fuit: Post obitum Stan. Sieciński E. P. bona mensae eppalis per Jeremiam Krasicki, praeptum Cap. et defuncti Praesulis cognatum, administrabantnr, cujus sive incuria sive conniventia factum est, ut per successores Siecinii in praediis eppalibus degentes magna pars pecorum in ventarialium consumeretur, et culpa interitus in pestilentiam conjiceretur. Joannes Węzyk regimen dioecesis adgressus dictum Admistratorem ad reddendam rationem villicationis suae provocavit, et ad tribunal suum citavit. Id aegre accepit Capitulum, et privilegium constitutionum Synodalium, quo, ne Canonici post curias epporum in jus vocentur, sed in gremio confratrum suorum judicentur, cautum est, per Eppum violatum esse conquerebatur. (Vid. Act. Cap. vol. III, pag. 59 sub. anno 1621.) – Admisit vero Wężyk remonstrationem Capituli. Quo facto praepositus a Capitulo reus agnitus et ad restitutionem damni illati, damnatus est. (Act. 1622 pag. 61.)

[2]) Vid. Vis. Sierakowski fol. 15. Mansionarii nixi decreto Mathiae Drevicii, qui ipsis altare Grochovianum cum omnibus

Quum aliquot nobiles ecclesiam cathedralem tumultu excitato et sanguine effuso polluissent, totam civitatem interdicto subjecit, donec scandalum repararetur. [1])

proventibus incorporaverat, oblationes et offertoria, quae ad hoc altare fierent, sibi vindicabantcontra privilegium Petri Tomicki, juxta quod omnes oblationes, etiam de Capellis, extra civitatem sitis, Collegio Vicariorum cedere debebant. Wężyk hanc controversiam sub. 26 Martii 1662 ita diremit: ut ex publicis obłationibus et offertoriis, ad altare Masnionariorum fieri solitis, duas partes Vicarii, tertiam Mansionarii percipiant, quod vero absque publica et solenni missarum et exequiarum celebratione offertur, id totum Mansionariis obveniat.

[1]) Vid. Acta consist. sub. 20 Maji 1621, ubi eventus, de quo sermo est, in hunc modum describitur. In Vigil. festi Ascens. Dni in choro minori ecclae cathedr. Premisl. ante vesperas de pace inter pocillatorem Premisl, Petrum Bolestraszycki et militem (i. e. nobilem) quemdam, quem dictus pocillator; ad prandium invitatum, vulneraverat, restituenda tractabatur, (nam nobilitas, quasi domos non haberet, ad rixas suas transigendas domum Dei adhibere non formidabat.) Cum Vesperae ingruerent, nec concordia coaluisset, utraque pars in Capellam Drohovianam, quae nunc est Capella Ciborii) secessit, ubi adjuvante Nicolao de Kurożwęk Kozłowski, judice Sanocen., ac nobili Paulo Zieliński, negotium confectum est. Itaque generosus Korniakt, unus ex arbitris, nuntios ablegavit, qui pocillatorem Prem. arcesserent, frustra vero eum rogavit, ne secum duceret Georg. Krasicki, Capit. Dolinen., hominem turbulentum, in cujus satellitio fuit Sigismund. Stadnicki de Zurawica, armata satellitum manu instructus, in qnibus haud pauci Germani, iique acatholici erant. — Cum igitur Petrus Bolestraszycki comparuisset, cum milite, quem inter epulas et pocula sauciaverat, se mutuo amplexati, ac deprecati sunt. At Capitaneus Dolinen (Krasicki,) qui cum turba armata venerat, cum equitibus praesentibus expostulare coepit, quod unus eorum praeterita die famulum suum indigne tractasset. Non puto, inquit, eum qui hoc fecit, honesto thoro natum esse, sed, ubi famulus meus injuriam suam ulcisci noluit, ego cum eo certamen singulare inire, aut, si magis placuerit, cum sodalibus ejus proelio congredi sum paratus. Quibus dictis clamare coepit, ut laesor famuli sui palam prodiret. Quum ad hanc provocationem nobilis Milżyński nomen suum indicasset, illico de templo ad Capellam slopetum displosum est, et quia utraque pars evaginatis gladiis mutuo se impetebat, ingens tumultus ortus fuit. Ob hoc facinus Eppus Ca-

Ecclesias parochiales in Korczyna, Jasiennica, Hyżne, Sądowa-Wiśnia item Capellam in arce Kamieniec (Odrzykoń) a profanatione haeretica repurgatam, consecravit, in Żołynia vero novam parochiam erexit.[1])

Pro condendis monasteriis Carmelitarum Premisliae[2]) et Hussakoviae[3]) consensum fundatoribus impertiit, Sąsiadovicensi[4]) conventui ejusdem ordinis provisorie curam animarum illius parochiae commisit. Claustrum monialium S. Brigittae Samboriae visitavit et regulavit,[5]) in eccla Brzozov. fraternitatem S. Annae reformavit,[6]) statuta confraternitatis sacerdotalis in districtu Denoviensi revidit, ac pro indigentia temporis modificavit.[7])

---

pitaneum Dolinensnm excommunicavit, ac cunctas ecclas civitatis interdicto subjecit. Ulterior hujus dramatis progressus in Actis Eppalibus non notatur, at Acta Cap. p. fest. Circumcis. D. N. J. Chr. 1625 fol. 89 refurunt, 44 flor. pol. per Stanisl. Mieszkowski, Canonicum et praedicatorem ord. ad cistam Capituli repositos fuisse, qui erant dati a generoso Domino Milżyński pro violatione ecclesiae.“ Quis haec legens temperare sibi valeat a tristissimis auguriis futurarum calamitatum, regno Poloniae imminentium, cujus sortes manibus ejusmodi hominum confisae erant!

[1]) Vid. Schematis. dioec. sub. his eccles.

[2]) Vid. Acta Cons. sub 6 Jul. 1620. — Paulus P. V ordinavit, ne claustra regularium, quae hactemus per respectivos Provinciales erigebantur, deinceps sine consensu Ordinariorum erigi valeant, quod decret. vid. in Actis Wężyk sub. 19 Jun. 1620.

[3]) Cf. Act. Epp. sub. 17 Decemb. 1623.

[4]) Act. Epp. sub. 1 Sept. 1623.

[5]) Vid. Act. Cons. sub. 3 Junii 1621, ubi notatur, hoc claustrum nondum perfecte fundatum et erectum fuisse, id quod primum sub. Achacio Grochowski factum est.

[6]) Vid. Acta sub. 6 Febr. 1622.

[7]) Ibid. sub. 5 April. 1621. Prima institutio hujus confraternitatis cadit in tempora Petri Chrząstkowski E. P. Quia vero haec fraternitas nonnullas praerogativas habuit, quae per Concilium Trid. et seriores pontificum constitutiones solis eppis reservatae sunt v. c. concendendi licentiam, missae sacrificium in

In diebus ejus regnum Poloniae magnis procellis jactabatur. Cum Turcis acre bellum sustinendum fuit, cui tamen 1621 pax Chotimensis gloriosum finem imposuit, ita ut Sedes aplica ejus memoriam perpetuo festo recoli, dignum justumque censuerit. [1])

---

aedibus privatis absolvendi, testamenta confratrum approbandi etc., igitur J. Wężyk his sublatis reliqua confirmavit.

[1]) Huic bello Sigismundus R. intricatus est, eo quod Moldaviae Palatinum contra Othomanicam potentiam tueri ausus est, (1620) Sinistro primum Marte pugnatum est, nec enim exigua, 8 milib. constans, Polonorum manus 100 millia numeranti Turcarum exercitui resistere poterat. Ipse supremus nostratum dux Stanisl. Żółkiewski ad Cecoram occubuit, collega vero ejus Stanisl. Koniecpolski CPlim. captivus ductus est. Hac prima Polonorum acie dissipata Osmannus, Turcarum Sultanus ingentem, ad 400 millia asccendentem, e Turcis et Tartaris conflatum, exercitum contra regnum Poloniae movit, cui Sigismundus III vix 35 millia Polonor., et 30 millia Cosacorum opponere poterat. Ducatum nostris praestabant: Carol. Chodkiewicius, Suecorum ad Kircholmiam victor, — qui tamen in ipso expeditionis primordio morbo confectus est, — Stanislaus Lubomirscius, subpincerna R. Pol., et Vladislaus Sigismundus regis filius, bello Moscico non postremam laudem militarem adeptus. In summo discrimine tunc non solum res Poloniae, sed totius orbis Christiani versabantur, unde Georgius P. XV supplicationes publicas indixit, ad iram divinam placandam, et incolis regni Poloniae, quo ardentiori zelo poenitentiae operibus vacarent, pro 2 septimanis indulgentias plenarias in forma Jubilaei concessit. Christiani numero pauciores, et morbis attenuati, divino praesidio fulti fortiter hostem exceperunt, cujus assultum decies cum ingenti Turcarum strage repulerunt. Hac virtute adeo Osmanni insolentia fracta est, ut qui paulo ante toti Christiano orbi exitium superbe minatus fuerat, accepto falso nuncio, quod Sigismundus Rex cum novis copiis in suorum subsidium appropinuqaret, ad pacem animum flexerit, quam Chotimi conditionibus regno Poloniae honorificentissimis conclusit (1621,) ita ut ne palmus quidem a territorio Polono avulsus fuerit. Ad perpetuam memoriam pacis Chotimensis Gregorius P. XV dd. Romae 23 Junii 1623 ad preces Sigismundi R., AEpporum et Epporum Poloniae, diem 10 Octobr., qua pax illá conclusa est, in toto regno Poloniae in honorem B. M. V. SS. Adalberti, Stanislai, Sigismundi,

Antiquis differentiis cum Suecia nondum compositis resuscitatio belli continuo erat pertimescenda. [1])

Pestilentia [2]) et iterata Tartarorum incursio reipublicae, aliis infortuniis exhaustae, profunda vulnera inflixit,

---

Georgii, Floriani, SS. Elisabeth, Hedvigis, SS. 5 fratrum Pol., SS. Hiacynthi et Casimiri Conf., quorum patrocinio Rex et proceres regni hoc beneficium pie adscribebant, perpetuo sacrum esse voluit, solenni processione et litaniis celebrandum. Quam bullam Joan. Wężyk dd. Claraetumbae 4 Octobr. 1623 per Dioec. Prem, publicavit, eamque, in quantum sine periculo pestis, quae tunc in Polonia saeviebat, fieri poterat, ab una. eccla ad aliam promoveri et communicari jussit. Vid. Act Epp. ad an. 1623.

[1]) Bellum cum Succis ad tempus induciis suspensum fuerat. (Vid. s. Pstrokoński.) His elapsis Sueci, cum Poloni 1621 bello cum Turcis occupati essent, arma resumserunt, et Gustavus Adolphus bellicosus Sueciae rex, lubenter contra Sigismundum III pugnare perrexisset, nisi res Germanicae ejus curas eo avocassent. Sic ergo induciae cum Polonis semel iterumque prologatae, pax autem stabilis inter utrumque regnum firmari non poterat, quia Sigismundus Rex et filii ejus juribus suis ad Sueciae coronam renunciare nolebant.

[2]) Ad placandam iram divinam, et avertendam a regno pestilentiae plagam Eppus sub 20 Maji 1622 supplicationes publicas indixit, cum solenni invocatione SS., quos tum Gregor. P. XV coelitum albo recenter adscripserat: Ignati Loyolae, Francisci Xaver., Isidori, Philippi Nerei (fundatoris congr. Orator.,) et S. Theresiae, (fundatricis Carmelit. discalceat.) conjunctam. — Ast non placuit divinae providentiae hoc flagellum avertere; nam Acta Capituli ex anno seq. haec continent: „A. D. 1623 fer. 2 p. fest. S. Joan. B. quae erat d. 27 Jun. „Capitulum generale juxta antiquam hujus ecclae consuetudi„nem ob pestis Premisliae grassantis contagionem Radimnae „celebrandum indictum erat. Verum minime sperata incursio „Tartarorum illud impedivit. Ea propter rursus Capitulum ad „tutiorem locum nimirum Premisliam translatum, atque in cra„stino Assumpt. B. M. V. indictum fuit. Verum ne hoc qui„dem tempore ob nimis saevientem et invalescentem Premi„sliae pestem, quae neminem sine vitae discrimine in civi„tate commórari passa est, celebratum fuerat. Itaque rursus usque ad annum 1624 in crastino festi Circumcis. Dni „prorogatum et indictum fuit, quo adveniente, ob nondum „bene extinctam pestem Caplares consuilendo securitati vitae,

posterior, praesertim in nostra dioecesi multis ecclesiis vastitatem intulit. [1])

„interveniente etiam ad id auctoritate et speciali mandato Illmi „ac Rmi. D. Joannis Wężyk E. P. hoc idem generale Capi„tulum distulerunt, atque in diem 3 Febr. 1624 indixerunt, „quod et per Dei gratiam celebratum jam fuit.“

[1]) Acta Cap. ex an. 1621 ecclam paroch, Stryjensem (quae Vicariis cathed. incorporata erat) anno praeterito (1620) a Tartaris exustam referunt. (pag. 60.) Porro Acta anni 1622 incursionem Tartaror. in terra Prem. commemorant (f. 65,) et ecclam in Dolina (Capitulo incorporatam) ab iis igni traditam testantur (p. 62,) quae incursio cum ea, quam supra attigimus (anni 1620,) eadem fuisse videtur. Annis denique 1623 et 1624 gravissima incursio provinciam Russiae adflixit. Acta Cap. ex anno 1623 testantur: Capitulum generale, quod post fest. Joan. B. ob pestem Premisliae grassantem in oppido Radymno celebrandum fuerat, inopinato Tartaror. incursu impeditum esse, vid. not. praeced. „Invasio haec, (legitur ibi „pag. 70) veluti inundatio quaedam magno cum impetu ipso „die S. Joannes B., cujus solennitas die Sabbativo celebrata „fuit, accidit. Etenim ipso die, postquam castra ad Premi„sliam (ubi triduo stativa habuere) metati sunt, flumine San „nemine prohibente ad arcem Sosniciam, et ad praedium villae „Byszkowice et alibi trajecto, praefatum oppidum Radymno „una cum eccla et arce, multaque alia oppida ac rura celeber „rimae hujus provinciae Russiae igne ac gladio devastarunt, „funditusque exsuserunt. Multi hominum id temporis caesi, „trucidati, multi capti, atque in execrandam servitutem ad „barbaras ac ferreas gentes, una cum ingenti praeda cito cursu „ac raptim (ah misere!) abacti pulsique sunt.“ (Hoc anno illa praedii caplaris in Buszkowice exustio, quam Acta an. 1625 memorant, accidisse videtur.) Cf. quoque Nakielski in Miechovia fol. 884 seq., ubi testatur: ea tempestate ecclas paroch. in Rudołowice et Tuligłowy omni ornatu suo ac supellectile argentea per barbaros exspoliatas, ac unum e Canonicis regul. SS. Sepulchri Vicarium ecclae Rudołowicen., qui tempestive fugere haud poterat, in captivitatem abductum fuisse. Plurimae tunc eccliae in dioecesi ab hoste truculentissimo fundibus deletae, ditiori apparatu suo exutae, documenta vero et privilegia dotationis exusta aut deperdita sunt. Anno seq. 1624 mense Junio infr. Octav. SS. Corpori Christi Cantimir Murza, Tartarorum regulus (qui ipsorum lingua Chan vocatur) cum 30 suorum miillib. ex Valachia in Russiam rubram se effudit, ac summa celeritate Sniatino Medykam

A. C. 1624 Joannes Wężyk ad cathedram Posnaniensem, [1]) inde biennio post ad summam in regno digni-

usque pervenit, quae villa 2 milliarib. Premislia distat. Ibi castris positis phalanges ejus (hordas illi appellant) in omnes circumquaque regiones longe lateque procurrentes, ultra Jaroslaviam, Brzozoviam, Crosnam, Ressoviam, Sendissoviam rapinis, incendiis innumeros pagos vastarunt, magna plebis multitudine in captivitatem accepta. Acta Archiconfraternitatis, sacerdotalis in Decanatibus Krosnen. et Sanocen. adnotant, in terra Sanocensi oppida Zarszyn et Jaćmirz, Tyrawa, tum villas Nowosielce Długie, Wzdów, Jasionów, Trześniów, Haczów, Wroblik, Wisłoczek, Polauy, Bukowsko, Grabownica a barbaris combustas esse. Eo tempore multae ecclae quae anni praecedentis calamitatem evaserant, incineratae ac dispoliatae sunt. (Vid. eund. Nakielski fol. 903.) Acta praefatae Arcpiconfraternitatis intere xustas commemorant ccclesias in Bukowsko et Grabownica, inter spoliatas vero ecclesias in Trześniow, Iwonicz, Krościenko, Zręcin. De aliis, eandem sortem expertis vide Schematis. Dioeces. In pago Strachocina parochus Adamus Majstroga una cum residentia sua igne periit. At hoc anno 1624 ejusmodi crudelitates hosti non tam impune cesserunt, nam Stanisl. Koniecpolski nuper e Turcica servitute redemptus, quum barbari praeda onusti domum reverterentur, apud Martinoviam, prope Haliciam, cum lecta equitum manu eos excepit, tantaque clade affecit, ut praeda hominum pecudumque dimissa in omnes partes dilaberentur. Cf. quoque Piasecki in Chronica ad h. an.

[1]) In Capitulo die 4 Maji 1624 celebrato Platis ac Canonicis ecclae Prem. valedixit, et si quempiam ipsorum (ut fert conditio fragilitatis humanae) quacumque occasione aut re laeserit vel scandalizaverit, vel etiam alicui eorum in quacumque re non satisfecerit, culpam suam deprecatus est, veniam amice petiit, atque peramanter, profusis lacrymis, unumqueque dulcissimo amplexu exosculando, valedixit, denique in signum amoris et pietatis suae erga suam sponsam priorem, ecclam Prem. ac ejus Capitulum, effigiem Crucifixi ex argento fusam, maximi ponderis et insigni artisificio sculptam, perpetuo donavit. Obtentis bullis pro eppatu Posnan. eplam ad Capitulum vernaculo sermone in haec verba direxit: „Admodum RR. Dni., „fratres charissimi et observandissimi! Com WW. MMCiom w „ostatnim posiedzeniu w kapitule przyobiecał, że jakoby skoro „wziąłem expeditią moją na biskupstwo poznańskie, miałem „WW. MMCiom oznajmić y gotowość moją oświadczyć do „oddania w ręce MMCiów administrationem biskupstwa prze-

tatem, AEppatum Gnesnensem, evectus est, [1]) in qua alma sede variis de utraque republica meritis memoriam suam gratae posteritati bene commendavit. [2])— Obiit A. D. 1638. die 25 Maji.

„myślskiego tam in spiritualibus quam in temporalibus, to jusz „teraz iszczę WW. MNCiom, wziąwszy dnia wczorajszego „Breve ad capiendam possessionem eppatus Posnan. a Sede „Aplica y proszę y żądam WW. MMCiow., abyście in Do„mino ad electionem Administratoris i odebrania od sług „moich bonorum mensae eppalis przystąpili. W czym uży„łem Jgo. MCi X. Proboszcza przemyskiego, aby doyżrał te„go pod niebytność moją podług inwentarza odbierania mego, „rękami DD. Regentium pod on czas pisanego, oddał WW. „MCiom, prosząc, acz rozumiem tego nic potrzeba, żebyście „y w odebraniu y w dochowaniu wszystkiego Jgo. MCi. X. „Nominatowi, memu miłościwemu Panu y bratu, fidem et di„ligentiam suam debitam oświadczyć y zachować raczyli, y „mnie jeżlim w czym zgorszył, jakości nie bez tego, homo„sum peccator, jeślim nie wygodził, obraził, odpuścić raczyli „propter illum, qui omnia nobis donavit, WW. MCiom braci „moiey dziękując za wszystkie chęci, do których miłości a „świętych modlitw jako naypilniey się oddawam. W Mogilie „d. 14 Junii 1624. AA. RR. Dtionum. VV. frater amantis „simus Joannes Wężyk Epp. Posnan.“

[1]) Ad hanc dignitatem 1626 post obitum Henrici Firlej ascendit.

[2]) Qua AEppus Gnesn. Synodum provincialem Petricoviae 1628, et Varsaviae 1634 celebravit, quarum prior 1629, alter 1636 in 4° Cracoviae impressa est. Collectionem quoque constitutionum Synodalium Ecclae Metr. Gnesn. adornari et usibus Cleri Poloni 1630 Cracoviae in 4° excudi jussit. — Nec minus libros liturgicos (Ritualia, Antiphonaria, Psalteria) pro usu ecclesiarum provinciae Gnesn. reimprimendos curavit, quorum exemplaria hucusque in multis ecclesiis visuntur.

Fuit, teste Damalewicz in vit. AEp. Gnes., vultu minaciori atque in autoritatem composito, voce gravis, incessu tardus, ingenio promto, eruditione magna judicio maturo et usu rerum gerendarum exercitato, memoria felici, in amicitia contrahenda facilis, et colenda constans erga seipsum austerus, in mensa et vita privata frugalis, in publica, ut principem decet, magnificus. Pietatis exercitiis solicite vacabat, et functiones eppalis muneris etiam in primatiali Sede collocatus, lubentissime adimplebat, in pauperes effusus, quos etiam moribundus sub-

Epitaphium in sacello B. M. V. Collegiatae Lovicien.

D. O. M.

Divino cultui propagando
Honori virginis matris proferendo
Collegiatae huic adornandae
Corpori humando
Memoriae ad posteritatem trasmittendae
Hoc sacellum
Joannes Wężyk.
AEpp. Gnesn., Primas et Princeps regni Executoribus testamenti exstruere et dotare mandavit.
Peractum A. D. MDCXL.

---

stantiae suae mobilis haeredes instituit. Paucis: erat vir minime vulgaris, Senator et Pontifex egregius.

Non tamen Zoilis caruit. Vitio ipsi vertebatur, quod rebus Constantiae reginae plus aequo addictus, per eam in ipsum Sigismundum III influxum exercuerit. Unde invidia mussitabat, per eum paradisi historiam instaurari, ubi vir feminae, femina colubri tentatione in perniciem ruit. At nunquam certe Wężyk reginae patrocinio ad suum commodum, sed semper ad patriae et ecclae utilitatem usus est; ipsaque ejus ad dignitates promotio si, ut asseritur reginae influxui adscribenda erat, in laudem potius quam in vituperium ejus cedit, nullum enim aptiorem, nullum digniorem Candidatum Constantia Sigismundo commendare potuit.

Pro Anniversario suo in eccla cathed. Premisl. 500 fl. legavit, quod olim fer. 2 post f. S. Stanislai absolvebatur, nunc vero in communi cum aliis die 23 Maji peragitur.

DOCUMENTA AD EPPATUM ACHACII GROCHOWSKI.

I 1602. Brzozov. 6 Maji. Achacius G. E. P. donat Capitulo curiam eppalem in Krosno. (Act. Cap.)

II 1627. 27 April. Idem erigit praebendam S. Crucis in ecclesia Dynov. Act. epp.

III 1627. 23 Jul. Idem admittit introductionem confratern. SS Rosarii in eccla paroch. Ressov. Act. epp.

IV 1627. 5 Sept. Idem confirmat privilegia poponatus in Kamionka, ab antecessoribus suis consessa. Act. epp

V 1627. 15 Septbr. Idem jubet consignari jura et possessiones ecclarum in Szarzyna et Wola-Zarczycka, ob privilegia earum per Tartaros exusta. Act. epp.

VI 1628. Lublini fer 6 post Dom. Exaudi. Tribunal regni Samuelem Swiatopełk— Bolestraszycki ob librum haereticum evulgatum, injuriis in ecclam cathol plenum, authorem ad carcerem sex mensium in turri arcis Prem. sustinendum condemnat, librum injuriosum per lictores publice comburi jubet.

XXXII. ACHACIUS GROCHOWSKI

STEM. JUNOSZA

E. Pr.

1624 — 1627.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim R. P.
Sigismund. III	Urban VIII	Henric. Firlej † 1626. Joann. Węzyk.

AEpp. Leopol.

Joann. Andr. Pruchnicki.

Premislia non procul distat pagus Grochowce, vetusta gentis Grochoviae haereditas. Okolski et Niesiecki originem hujus prosapiae a Bohdano Ruthenorum principe derivant. Petrus Grochowski, judex terrae Premisl. saec. XV primus ex hac prosapia fuit, qui ejurato schismate graeco religionem Romano-catholicam professus est. Is in ecclesia cathedr. Prem. (non ut Niesiecki vult, Collegium Mansionariorum, sed) altare S. Georgii fundavit (non 1452, sed 1442), quod postmodum initio saec. XVI Collegio Mansionariorum incorporatum est. Tanquam benefactrix ecclae cathedr. haec familia in ea sepulchra gentilita habuit.

Achacius Grochowski [1]) filius fuit Adalberti e Sophia Manasterska, frater autem Stanislai, AEppi Leopol.

Absoluto in extraneis Academiis studiorum cursu in aulam Sigismundi III R. P. qua Secretarius adscitus, et diversis beneficiis i. e. Cantoratu Gnesn., Praepositura Lanciciensi, et Sandomir., Canonicatu Cracov. et Premisliensi (1613) provisus est, e quo posteriori postea ad dignitatem Primicerii seu Cantoris progressus est (1618). A, D. 1621, a Rege ad Gregorium P. XV ablegatus, altari familiae suae (Grochoviano), de quo supra mentio facta, (juxta quod majorum ipsius sepulchra erant) jura altaris privilegiati impetravit. [2]) Ibidem a P. Mutio Vitel-

---

[1]) Notitias biographicas de eo supeditant: Piasecki in Chronica, Nakielski in Miechovia, Niesiecki in korona polska, Siarczyński in Obraz wieku Zygmunta III, Łętowski in Cat. Can. Cracov.

[2]) In altari B. M. V. (Mansionar.) in eccle cathed. Prem. sub. imagine Deiparae erat tabella coloris saphirini, sequentem inscriptionem aureis litteris continens: „Omnibus sacerdotibus „tam saecularibus, quam regularibus ad hoc altare Mansionarium „rum missam pro defunctis quandocumque celebrantibus, SS. D. „N. Gregorius P. XV concessit: ut quilibet eorum animam „quamcumque, pro qua sacrificium eo die offert, e purgatorio „liberaret. Quod privilegium perpetuum huic altari applicavit „ad supplicationem illris. et A. Rdi. Dni. Achacii Grochow„ski a Grochowce, Protonatorii Aplici, Cantoris ecclae Metr. „Gnesn., Canonici Crac., Praepti Lancic., et Serenmi. principis „Sigismundi III Polon. et Sueciae Regis Secretarii., Ejusdem„que Majestatis ad supradictum Pontificem Max. Nuncii, qui in „Manes majorum familiae suae, qui ad hoc altare, quod ipsi „fundaverunt, in Domino quiescunt, pius, de successoribusque „suis atque de hac eccla cathedr. universoque populo Chri„stiano bene mereri cupiens, hoc S. pignus in perpetuum ob„tinuit die 31 Jul. 1601.“ Josephus II Imp. omnia altaria privilegiata in imperio Austr. sustulit, et ab ejus temporibus tabella illa disparuit. Pro anno 1701 rescribendum 1621, nam epla Grochovii autographa, qua concernens privilegium Collegio Mansionariorum transmitit est dd. Varsav. 14 Jan. 1622, et Gregorius XV anno 1621 ad pontificatum evectus fuit.

leschi, S. I. Praeposito generali, optatissimumr egno Poloniae munus, caput B. Stanislai Kostka obtinuit, quod Cracoviae in ecclesia S. Petri honorificentissime collocatum est. [1])

A. D. 1624 Sigismundus Rex Achacium nostrum Joannis Wężyk in eppatu Premisl. successorem esse voluit,[2]) quod officium initio anni sequentis 1625 adgressus est. [3])

---

[1]) Vid. Starowolski in monum. Sarmatiae f. 58 Niesiecki.

[2]) Litterae nominationis regiae ad Capitulum directae, et Actis ejus vol. III, fol. 75 insertae, sunt dd. Varsav. 22 Mart. 1654. Eplae uominati at idem Capitulum talis est tenor: „Admodum Rdi. Dni, amici observandissimi! Isz z woli Boży „za fulctią Jgo. MCi. Xdza. nominata Poznan. mego MCwgo. „Pana, z łaski Jego król. MCi. jestem od Jegosz król. MCi. „Pana mego MCiwgo. nominowany na biskupstwo przemyskie, „pewien tego jestem, że się WW. MMć z tego cieszycie, abo„wiem znając obyczaje moje każdy WW. MMciów musi so„bie obiecować wszelką ku sobie uprzeymość chęci i życzli„wości moicy, a k'temu będąc in gremio WW. Mciów., i zna„jąc miłość WW. Mciów ku sobie teraz więtszą sobie każ„dego WW. Mciów łaskę obiecuję, o którą wielkim sposobem „będę się starał. Raczył Jego król. Mość list do WWMciów „napisać oznaymuiąc o swey nominatyey, a żądając, ażebyś„cie WW. Mcie. electionis suffragiis do tejże woli Jego król. „MCi zgadzali się. Nie wątpię, że mi WW. MMć. chęciami „swemi zechcecie favere, którym też wzajemnie zechcę być „obowiązany. Jego Mość X. Dziekan przemyski ten list Jgo. „król. Mci. WW. Mciom. odda przy zaleceniu służb moich, „a przy tym o co WW. Mci. będzie moim imieniem prosił, „nie raczcie WW. Mcie. bydź od tego, abyście dogodzić nie „mieli za assekuratią. Odda się to WW. Mciom. wkrótce „cum favore (foenere?,) ale że wszystkie initia ciężkie każ„demu bywają, mnie muszą bydź cięższe, który na poselstwo „rzymskie niedawno musiałem wielki wydatek uczynić, a zno„wu teraz taki uczynić muszę, przy jakiem niepodobna rzec, „abym miał sobie omnia ad eppalem dignitatem necessaria „sprawić. Czoszkolwiek łaski WW. łaski WW. Mciow. w tym „poznam, będę ią winien WW. MM. wszelkim sposobem za„działywać, do którey się iako naypilniey oddaię. Dat w „Warszawie 24 Martii 1624. — WW. MMciow. uprzeymie „życzliwy przyiaciel y sługa „Achacy Grochowski Nomin.

In aditu pontificatus sponsam suam, ecclam cathed., pretiosis donis ornavit,[4]) et cum dioecesim bonaque eppatus nuper per Tartaros horrendum in modum vastata deprehendisset,[5]) ut plaga illa quantocyus sanaretur, omnem curam adhibuit.

„Przem.“ Ex quo patet, eum non opulentum fuisse in aditu „eppatus, siquidem apud Capitulum debitum contrahebat.

[3]) Anno D. 1625 d. 25 Jan. comparens R. Grabowski Notarius produxit bullas Urbani P. VIII, quibus nominatio regia et electio Capituli confirmabatur. Sequenti die 26 Jan., quae fuit Dom. Septuagesimae novus eppus in persona sui procuratoris Valent. Sobiewolski, Praepti Prem., praestito per hunc solito juramento adhibitis consuetis caeremoniis inthronizatus est. (Vid. Act. Cap. vol. III, fol. 89, 90.) Eodem anno 27 Sept. Grochovius solennem ingressum ad ecclam cathed. fecit, et corporale juramentum de statutis hujus eccliae observandis emisit (ib. fol. 93.)

[4]) Indiculus donorum Actis Capit. ex anno 1625 fol. 99 est insertus. In his primo recensentur vestimenta sacra albi, rubei, fusci et viridis coloris (Pluviale vivid. color. cum armis Junosza intextis usque ad hodiernum diem superest.) Sequitur argenteria: Calix arg. deauratus cum patena, Crux cum effigie crucifixi (ut videtur eadem, quae hodiedum in altari maj. visitur. pariter cum arm. Junosza,) 4 candelabra, vasculum pro S. chrismate, aliud pro hostiis, candelabrum parvulum, ampullae pro vino et aqua, tintinnabulum, pelvis pontificalis pro manuum lotione. Denique libri: S. Biblia cum ligatura holoserico rubri coloris tecta et marginibus argenteis deauratis, duo Missalia et Breviarium Rom. cum similibus marginibus, Pontificale in uno vol. holoserico caerulei color., et Caeremoniale simili holoserico tectum, Breviarum alterum in fol. nigrae compacturae. In fine consignationis subscribit Eppus: „Tho „wszistko kościołowi cathedralnemu przemyszkiemu daje y „daruje, y jusz ex nunc dałem i darowałem, salvo reservato „usufructu pro me ad vitae meae tempora, aut ad beneplacitum meum Praemisliae d. 27 Sept. 1625. Achacius Gro„chowskij E. P. Traditionem horum vid. in Actis Capit. an. „1633. Vol. IV, fol. 135 seq.

[5]) Cf. dicta sub. E. J. Wężyk.

Oppidum Radymno, per barbaros solo aequatum, [1]) et villa Łukawiec [2]) ei reaedificationem suam debent.

Brzozoviae ecclesiam parochialem picturis ornavit, curiam eppalem contra hostiles incursus vallis et fossis munivit et armis providit, aedificia oeconomica restauravit, hortum cum amoenis ambulacris plantavit, balneum aedficavit. [3])

In castro Crosnensi antiquam curiam eppalem Capitulo donavit. [4])

Premisliae pro nova ecclesia S. I. s. t. S^ti Ignatii primum lapidem posuit. [5]) Jaroslaviae ecclesiam collegia-

---

[1]) Oppidum Radymno 1623 per Tartaros solo aequatum est. Ut ergo incolas, qui hostilem gladium effugerant, ad reaedificanda domicilia animaret et novos alliceret, futurae eorum securitati prospiciens, oppidum profundis fossis ac vallis cinxit. Praedium eppale cum necessaris aedificiis de novo construxit, ac vallo munivit, molendina 2 erexit, piscinam extra oppidum neglectam instauravit. Vid. ejus memoriale in Act. Capituli.

[2]) Villa ista post dictam incursionem prorsus desolata ut rursus popularetur, liberalitate et humanitate erga subditos, quibus varias immunitates concessit, effecit. Vid. memor. cit.

[3]) Vid. memoriale cit.

[4]) Vid. Act. Epp. sub. Maji 1626. — Eppi a longo tempore curiam in castro Krosnensi, pro modulo illius aevi sufficienter munito, possidebant, penes fundum et domum advocatiae K[illegible]sn. sitam, ad quam, Brzozoviae plerumque residentes, tempore hostilium, incursionum sese recipere solebant. Postquam autem Grochowski oppidum Brzozow et ejatem curiam eppalem vallis, propugnaculis ac vario armorum genere ad repellendos hostes muniverat, domo illa Krosnen., cujus conservatio non modicos sumtus exigebat, se et successores suos carere posse existimabat. Itaque eam Capitulo donavit, ad quod alioquin beneficium paroch. in Krosno pertinebat.

[5]) Hoc factum est 8 Maji 1627. (Vid. Act. Capit. ex an. 1680.) P. Niesiecki ipsam ecclam ab eo consecratam esse vult, at Acta nostra tantum benedictionis primi lapidis meminerunt. Traditio fert virginem quandam de gynaeceo Annae ducissae Ostrogensis, sumtus pro fabrica hujus templi subministrasse.

tam OO. SS. incendio execratam, reconciliavit, [1]) ecclesiam paroch. Sambor. personaliter visitavit, qua occasione Ursulam, filiam fundatoris Nicolai de Żurow Daniłowicz, thesaurarii R. P. abbatissam claustri monialium S. Brigittae consecravit, ipsumque claustrum novo regulamine instruxit. [2]) Ad ecclesiam paroch. Ressov. confraternitatem rosarii B. M. V. admisit, [3]) Denoviae praebendam S. Crucis et S^ti^ Venceslai M. erexit. [4]) Ecclae in Dylągowa, a jugo haerescos eliberatae, catholicum rectorem dedit, [5]) securitati dotis ecclarum in Szarzyna et Wola-Zarczycka, per Tartaros vastatarum, novo privilegio prospexit. [6])

Orthodoxae fidei zelo flagrans nobilem Samuelem Świątopełk — Bolestraszycki, qui librum vulgaverat, religioni et hierachiae catholicae injuriosum, in jus vocavit, et a supremo regni tribunali condigna poena compesci obtinuit. [7])

---

[1]) Memoriale Grochov. super eppatu suo.

[2]) Vid. ibid. et Act. Epp. sub. 29 Decemb. 1626.

[3]) Act. Epp. sub. 23 Jul. 1627.

[4]) Act. Epp. sub. 25 April 1627.

[5]) Vid. Schemat. dioec.

[6]) Ne dotatio harum ecclarum. pessumdaretur Eppus Mathiam Kołkowicz, parochum Zaczermensem ad jura et possessiones earum juxta depositiones juratorum tertium connotandas, deputavit Vid. Act. Epp. sub. 15 Sept. 1627.

[7]) Samuel Świątopełk Bolestraszycki, stem. Lis, frater Petri B., pincernae Prem., indigena et villae Bolestraszyce haeres pseudoevangelicorum erroribus irretitus, juxta relationem Fr. Siarczyński, tractatum gallicum Petri Molinei s. t. „La nouveauté du papisme“ (Novitas Papatus) Sedani 1613 editum, in sermonem pol. transtulit, et typis excusum vulgavit. Juxta decretum tribunalitium vero libellus hic auctore Molinaeo editus titulum habuit „*Heraclíti.*“ Quidquid sit, libellus ille convitia in religionem Catholicam, in hierarchiam ecclae et omnes fidei romano-catholicae cultores continebat, ideo eppus editorem ad judicium terrestre detulit, unde conventus causam ad regni tribunal devolvi obtinuit. At hic causa cecidit, nam praeter poenam carceris sex mensium, muletam

Disciplinae ecclesiasticae turbulentis illis temporibus labefactatae, instaurandae, et sanae doctrinae accommodate ad captum populi praedicandae sollicite invigilavit. [1])

In diebus ejus lites inter PP. Collegii Cracov. S. I. et ejates Academicos resuscitatae sunt. [2]) — Civitas Jaro-

---

etiam 200 marcarum, sub poena bannitionis persolvendam, incurrit. Insuper liber incriminatus in foro publico et in loco supplicii ad pulsum campanae praetorianae exustus est. Falsum omnino est, quod scribit Wiśniewski hist. lit. pol. tom VI, pag. 98, Bolestrassicium ob hunc librum a tribunali capitis damnatum esse, nam editor nonnisi ea, quam supra retulimus, poena castigatus fuit, in eos vero, qui opus blasphemum imprimere, vendere, asservare, publice privatimve tractare praesumpserint, si equestris conditionis fuerint, poena colli et confiscationis bonorum decreta est.

[1]) Ecclarum visitationem personaliter, uti optabat, peragere non potuit, quia plurimae ecclae per Tartaros eversae sunt, et continui rumores novarum incursionum omnium animos suspensos tenebant. Ideo officium hoc per Decanos rurales et Archidiaconum cathedralem utcunque executus est. Ecclam tamen Sambor. personaliter visitavit (vid. Memoriale.) Abusum oratoria privata in aulis nobilium erigendi, unde pro ecclis paroch. non modica praejudicia nascebantur, pro viribus eliminabat. Curatos, legum eccles. contemptores severis poenis compescebat. Parochum quendam, qui contra decret. Concil. Trid. sponsos alterius parochiae sine delegatione a proprio ipsorum parocho impetrata, matrimonio copulaverat, ad publicam displinam i. e. ad flagellationem sui durante Psalmo „Miserere“in eccla ante Summam missam faciendam et mulctam 20 marcar. condemnavit. — Non parum negotii ipsi facessebant personae, quae durante Tartarorum incursione conjuges amiserant, et ideo ad novas nuptias transire volebant. Acta ejus plena sunt indagationibus, super obitu hujusmodi personarum, ab hostibus caesarum. Neminem autem novum matrimoninm contrahere passus est, nisi ex jurata depositione fide dignorum testium, qui hujusmodi conjuges in captivitate aut occissas aut mortuas vidissent, de earum obitu constitisset. Quod praedicationem verbi divini attinet, Grochovius in Memoriali suo dolet, eloquentiam sacram, quae haud ita pridem in Polonia laetissime floruit, degenerare coepisse, cui malo ipse pro viribus medelam afferre conabatur.

[2]) Vid. Nakielski in Micchovia fol. 906, Piasecki in Chronicv ad an. 1625 et 1635. Controversia haec (de qua vid. dicta

slaviensis, quam 1600 igne exustam notavimus, 1625 in festo S. Bartholomaei Apostoli, nundinarum tempore novo incendio colluxit, tantas jacturas perpessa, ut exinde amplius respirare haud valuerit. [1])

Anno 1626 bellum cum Suecis denuo erupit, diu vario Marte, et sine optato effectu tractum. [2])

Anno 1627 Grochovius ad eppatum Luceoriensem, addita praepositura Miechov., translatus, [3]) 1533 supremum diem obivit. [4]) Jacet Premisliae in sepulchro gentilitio. [5])

---

sub epp. Goślicki) aliquantisper quieverat, ast anno 1622, cum canonizatio S. Ignatii Loyolae solenniter celebraretur. PP. S. J. thesibus ad valvas ecclae suae ad S. Petrum affixis publicam disputationem indixerunt, et scholas publicas aperuerunt, quas discipulis ex aliis Collegiis adductis repleverunt. Magna inde animorum commotio, dum alii pro Jesuitis, alii contra eos certarent. At Epporum plerique Academiam patrocinio suo protegabant, quae tandem post obitum Sigismundi III sub Vladislao IV plenam de adversariis victoriam retulit.

[1]) Vide Piasecki in Chronica ad an. 1625, fol. 381.

[2]) Cf. nos. sub. Joan. Wężyk. — Anno 1627 Sueci Livoniam et Prussiam regiam adgressi sunt. Anno 1629 cum iis rursus induciae ad 6 annos conclusae- — Grochovius, sicut 1625 accepta notitia, quod Tartari novam expeditionem in has regiones molirentur, ad placandam iram divinam supplicationes publicas indixerat, ita etiam recrudescente bello Suecico id ipsum fecit. Vid. Act. Epp. sub. 20 April 1625 et 26 April. 1626, 12 Aug. Acta Epp. etiam Jubileum bimestre commemorant, quod Urbanus VIII regno Poloniae concesserat, quia hujus regni incolae ad Jubileum universale, quod anno praeterito Romae celebratum est, ob patriae suae pericula peregrinari non poterant.

[3]) Vid. Nakielski in Miechovia fol. 911. Nescio cur addubitet Eppus Łętowski, eum tunc factum esse Praeptum Miechov., cum auctor citatus, utique rerum ordinis sui optime gnarus, id tam diserte asserat. In Actis Cap. ex anno 1628 legitur epla qua ad novam sponsam discedens Platis ac Canonicis valedicit. En ejus tenorem: „Admodum RR. Dni. et fratres „charissimi ac observandisimi! Życzyłem ja sobie tego, abym „mogł dłużey na cathedrze przemyskiey kościołowi Bożemu „służyć, y znaczną iaką pamiątkę circa sponsae ornatum zo„stawić, y z WW. Mciami miłą bracią moią długo się ucie„szyć in iugo Dni. cooperando. Ale iż wola Boża nastąpiła

Canonici SS. Sepulchri Hieros. in eccla Miechoviensi ei, qua Praeposito suo generali, lapidem memorialem cum hac inscriptione posuerunt:

„taka, że mię Jego król. Mość przenosi do Łuckiej cathe„dry, przeto muszę successori ustępować, u mnie iednak WW. „Mciów memoria dulcissima perennabit w sercu mym, y nie „tak cathedrą przemyską odieżdzam, abym nie miał chcieć „więcey do niey przydać nad to, com iusz darował. Jeśli „mię Pan Bóg pochowa, rzeczą to samą pokaże. Teraz iusz „Jego król. Mość X. posyła do WW. Mciów Jego Mość X. „proboszcza przemyskiego, spólnego brata naszego z nominatią „Jego Mci X. biskupa kamienieckiego na przemyskie biskup„stwo, żądając WW. MM., abyście go WW. MM. obrali, tedy „y ia proszę, abyście WW. MM. chętnemi w tey electicy „stawili się, gdysz i zacznego człowieka, i zelosum pro bono „ecclae eppum, y takiego który będzie chciał WW. MM. mi„łować, i będzie umiał szanować, podawać Jego król. Mość „raczy WW. Mciom. — Abyście i mnie W. M. miłować nie „ustawali, acz nie wątpię w tym, proszę iednak o co się „ia tesz nie przestanę starać. Mszał i brewiarz oprawne zło„cistą robotą, któren WW. MMciom darował in ingressu meo „ad sponsam przez IMć. X. proboszcza przemyskiego odsyłam „WW. MMciom. Parę tesz lichtarzów WW. MM. własnych, „którycheście mi WW. MM. byli pożyczyli, także odsyłam, „co niech będzie na recognitiey, którą WW. Mciom. napisa„ną — (dałem, zanotowane). — Ieszcze zostawiłem przy sobie „pastorał y trybularz z naviculą, y dwa ornaty y pon„tyfikał, które abym WW, Mciom. iak naiprędzey mógł ode„słać postaram się. Za dogodę na ten czas WW. Mciom bar„dzo dziękuję. I drugie rzeczy, którem WW. Mciom daro„wał, by mię ieno Pan Bóg wspomógł, zechce WW. Mciom. „oddać usus conservationem odstąpiwszy. Oddaję się przy tym „braterskiey miłości WW. Mciom. Dat Brzozoviae 4 Septb. „1627. Admodum RP. DDnum. Vrar. amantis. frater et ser„vitor, Achacius Grochowski E. Prem. Nom. Luccor.“ Cum „hac Epla misit etiam Memoriale seu historicam descriptionem „triennis pontificatus sui, usui sui successoris destinatam, quam ex Actis Capituli item epistolam, tenerrimi erga abeuntem Praesulem affectus testem, hic loci subnectendam censuimus, quae ita sonat: „Illme Domine Domine et patrone colendme! „Łzami się oblała naszemi ta translatia W. Mci. naszego mi„łościwego Pana na insze przełożeństwo, nie stąd, żebyśmy „tego życzyć nie mieli, bo i Stanisława Św. i Woyciecha

Achcius a Grochowce Grochowski Eppus Luccor., gralis Miechov. Praeptus Conventus istius, quem sibi plurimis

„Św. gloria meritorum et heroicarum lumina virtutum WMci. „naszego miłość. Pana sedes promeretur. Ale isz widzimy, „że nie przełożonego, nie pasterza, i pana, ale iak własnego „oyca i dobrodzieya naszego wielkiego zbywamy, iako po„smuceni być nie możemy? Pociechę iednak stego odnosimy „wielką, kiedy to, czego uprzyimie żądamy i wyglądamy „oczyma naszemi da Bóg oglądamy, które teraz płaczą. Niech „Pan Bóg wszechmogący jako zacną i świątobliwą personę „WMci naszego miłościwego Pana długo na świecie piastuje, „tak tesz dać raczy felicissimos rerum omnium successus „WMci. naszemu mił. Pann a Dobrodziejowi, o co gorąco „majestatu iego świętego prosić in nostris sacrificiis et ora„tionibus licet indignis nunquam desinemus. Aleć i ci, któ„rzy po nas będą nie przestaną chwalić Pana Boga z tego, „że ich kościołowi dał był przełożonego takiego, który za„cnego imienia swego ten kościół pamiątką swoią ozdobił, „dobrodziejstwy uraczył, z wielkiej miłości swey zostawio„nemi kleynotami sponsam suam ubogacił, quae sponsi sui „desiderio semper exardescet. Za mszał i za brewiarz tak „WMci. naszemu mił. Panu dziękujemy, żeśmy tesz to w con„stytutie nasze włozyli, aby tylko in solennioribus festis Pla„tis et Canonicis używać się godziło in officio ecclico. Tenże „niski pokłon i dzięka Bogu nasza dzieie się uprzeyma za „dwór krosnieński biskupi WMci. naszemu mił. Panu. Lecz „za to, że nas WMć. Pan nigdy przepominać, y kościół, gdzie „wielcy przodkowie WMci. spoczywają miłować, i yemu za„wsze dobrze czynić obiecować raczysz, dziękować nie umie„my, isz równego temu dobrodzieystwu podziękowania u sie„bie należć nie możemy. Słów u Pana naszego drogich po„życzymy. Ten affect WMci. Pana naszego miłościwego pro „unoque beneficio centuplum accipiat, et vitam aeternam pos„sideat. X. Wilczek z ubostwa swego godzien politowania, „że nie ma na czym i o czym iechuć do WMci. naszego mił. „Pana, ut si qui errores ejus hactenus intercesserunt, aby „indulgentiam WMci clementia WMci. naszego miłościwego „Pana za przyczyną naszą odniósł. — (Daniel Wilczek fuit „tun Canonicus cathedr. Prem. Sub. Ad. Nowodworski ob „contumelias in Achac. Grochowski, quondam E. Prem., jacta„tatas, ad resignationem compulsus:) Jego Mość tesz V Ar„chidiacon — (Jacob. Śliżowski) — compositionem fraternam „z nami uczynił, rozumiemy, że się to WMci naszemu mił.

devinxit beneficiis, qua aucta penu brascatoria, templo et curritoriis pavimento stratis. Amoris gratia grata posteritas posuit. A. D. MDCLIII.

„Panu podobać będzie. Caeterum iterum atque iterum zaleca-
„jąc niskie posługi z modlitwami naszemi WMci. nasz mciw.
„Pan życzemy jako szczęśliwego długiego panowania WMć.
„tak tesz incrementa omnia honoris, dignitatis et fortunae in
„Republ. et Eccla. Ex Capitulo fer. 6 d. 10 Septebr. habito
„Premisl."

4) Post obitum Sigismundi III Dissidentes antiquas contra catholicos querimonias resuscitarunt, et varias imunitates pro se poscebant. Juxta vota eorum in ultima convocatione edictum pacis cum ipsis initae formatum est, cui Grochovius vehementer se opposuit et contra illud manifestationem suam Actis intulit (Piasecki in Chron. ad an. 1632.) Quod cum maximas turbas excitasset, regni ordines belli civilis evitandi gratia protestationem illam ex Actis tollendam judicarunt. Id aegre ferens Grochovius in melancholiam incidit, quam hydropisis et mors subsecuta est. Sic zelus domus Dei comedit eum. Obiit Janoviae in Podlachia A. D. 1633. Idib. Januarii. — Pietatis ejus in Deiparam V. insigne mnemosynon olim adfuit in eccla B. M. V. Starawiesensi, votum argenteum, magnitudine et artificio reliqua superans ad imaginem Beatissimae appensum. Subsequens saeculum in hujusmodi rebus nihil praeter metallum aestimans, votum hoc ad profanos usus conflavit. — Mores ejus Samuel Nakielski in Miechovia fol. 927 ita pingit: „Vir fuit vel solo virtutum merito (ut sublimitas generis seponatur) omni summa fortuna dignus. Quo „vivente in ordine nostro aura secunda mansit, tamque diu „mansit, quamdiu sidus illud luxit, dignus, quem ordo noster „in perpetua memoria apud se habeat, in quo a capite, ut „ajunt, usque ad calicem pedis nonnisi nitor, nonnisi candor „mentis erat. Qui etsi sublimi sua virtute cunctorum animos „sibi devinxerit, me tamen qui haec scribo, arctioris charitatis „ac benevolentiae vinculis ita constrictum tenuit, resque eccle-„siae meae — (Crac. ad S. Hedwig, ita protexit, ut cum omni „genere observantiae, ac orationibus indignis quoad vixero co-„lere non praeternittam." Encomium hoc suppar est illi, quo Cromerus olim Joannem Choinium celebravit.

5) Vid. Nakielski loc. cit. — Ejus Anniversarium, pro quo Summam 1600 flor. pol. legaverat, olim 14 Januar. absolvebatur, nunc 23 Maji cum aliis in communi absolvitur. Varia privilegia ab eo diversis personis collata liber privilegiorum per Capitulum confirmatorum complectitur.

APPENDIX AD EPPATUM ACHACII GROCHOWSKI.

Descriptio historica, gesta triennii Eppatus ejus complectens, ab ipso in gratiam sui in Eppatu Premisl. successoris concinnata, ac ex Actis Capituli volum III desumta:

Sciat Illmus et Reverendissimus Dominus Eppus Premis., me in Eppatu Premisl. tres quidem annos exegisse, sed vix unum et medium circa Eppatum mansisse. Functio enim residentiae circa Regiam majestatem, lege publica cauta, medium annum absumsit. Quatuor vero Conventus grles et totidem conventicula particularia plusquam medium annum excluserunt. Hoc tamen curriculo, quod mihi reliquum fuit ad exercitium eppalis muneris non vixi otiosus, neque occonomum negligentem citra omnem injuriam subditorum gessi et bona non mediocriter meliorata Illmo Domino successori meo reddidi. Quae omnia pro meliori notitia hoc scripto commprehensa esse volui. — Propositum meum imprimis fuit, ecclas omnes visitandi, easque si id opus habuissent aliquae, corrigendi, vel si bonam administrationem Ecclarum et bonorum ad eas pertinentium reperissem (quod quidem testimonium de Dnis Parochis Eppatus Premislien libenter perhibeo, eos et diligentes esse circa curam animarum, regimenque suarum Ecclarum, uti ex visitatione Domior. Decanorum mihi probe constare potuit, et vitam inculpatam agere) Dominos Rectores earum in Synodo Dioccesana collaudandi. — Sed incursiones frequentes Tartarorum, frequentiores vero nuncii de irruptionibus jam a Tartaris imminentibus, ita distraxerunt animum meum metu, qui etiam in quam constantissimum quemque cadere merito potest, ut nullatenus in persona mea intentioni meae optimae satisfacere quiverim, atque ita delegandum mihi fuit hoc munus Dnis Decanis et Domino Archidiacono Premisl., quem ultimo Eppatus mei anno primum institui, qui gnaviter et Decanatus suos et Ecclas quasdam visitaverunt, magnumque fructum visitationis ejus fecerunt. Ipse tamen Ecclam paroch. Samboriensem jam a multis annis neglectam, visitavi, ordinavique plurima, quae essent ex usu et utilitate Ecclae. In eadem civitate monialium regulam S. Brigittae ad meliorem ordinem redegi. Cum enim propter exiguum Monialium numerum, qui tantum e 6 consecratis virginibus constabat, Abbatissa esse non potuisset, 12 una die consecravi, Abbatissamque sequenti die re ipsa Religiosissimam Virginem Venerabil. Dnam Ursulam Danielowiczowna, pientissimi illius viri Illmi Dni Nicolai Danielowicz, supremi Regni thesaurarii, qui quidem monasterium 30 florenorum millibus dotavit, invitissimam et multimode renitentem, totiesque tam vere prae dolore ex renitentia habito, quam summa humi-

litas comitabatur, exanimatam benedixi. Cujus regimen adeo est faelix, ut ad illud proprie nata esse videatur. Dominus ejus labores secundet, et augeat in ipsa suam gratiam. Post decursum vero unius anni descendi Jaroslaviam, ad postulationem sanctae vere viduae Illmae Annae a Sztemberg Ducissae Ostrosiensis, et Palatinae Voliniensis, ubi Collegiatam Ecclam reconciliavi ob exustionem ejus, ac 5 altaria in ipsa, nec non altaria portatilia in maximo numero, cruces et patrias, ac calices consecravi, crucces ac imagines plurimas benedixi, campanas quoq tam in Eccla collegiata, quam aqud PP. Soc. JESU benedixi, confirmavique numerosum populum. Pro eadem civitate destinaveram Moniales regulae S. Benedicti visitare, sed tempus abbreviatum habui propter iter ad comitia instantia. Existimo autem necessariam esse visitationem in eo claustro, retundendamqua praesumtionem Abbatissae loci illius, quae aliquantulum vastiorem gerit spiritum, quam Religiosam deceat, quam etiam ego per quosdam e clero illius Ecclae monui, ut in humilitatis fundamento sua merita esse velit reposita. — Converteram etiam animum meum ad concionatores, reformavi qua, qui saepissime recedendo a vera et propria concionum materia, quae est textus evangelicus, in proscindendis hominibus, aut etiam in mimicis ac histrionicis actionibus tractatibusque nimium saccularibus fructum concionandi reponere consueverunt, unde gravissima scandala oriuntur, odiaqua inter ipsummet clerum ac contra clerum pullulare solent. Multorum itaque talium refrenavi licentiam, cosque ad saniorem mentem reduxi, cancellis evangelici textus ipsos intercludendo. — Inter alia vero, quae multis scandalum juxta iter positum esse vidi, privata sacella fuerunt, et praeter scandala detrimentum ingens propter eo fiebat Eccliis omnibus, praecipue tamen parochialibus, quae non frequentabantur amplius a suis Parochianis propter usum sacellorum, decimas quoque hi sacellani derogabant suis parochis, unde deserabantur parochiae ob victus carentiam, Ecclae quoque desolabantur propter inopiam Parochorum id enim, quod parochis et eorum Eccliis debebatur, inferebatur in monasteria, vel privatis personis curam circa sacella exercentibus impendebatur. Caetera silentio praetereo. Haec ego sacella ferme omnia, praeter ea, quibus Aplica gratia est indultum, sustuli cum maxima molestia nec non invidia. Sed Dei servus non essem, si hominibus placerem. Suadeo etiam Illmo Domino successori meo, ut in sacellis concedendis quam difficillimum se exhibere velit, quod exemplo meo facilius praestare poterit, quam ego usum sacellorum ablatum spatio non integri biennii peregi.— Illud quoque praetermittendum mihi non est, quod schisma Ruthenorum per articulum conventiculi promoveri nullo modo passus sum, neque unquam me praesente Articulus est de promovendo schismate scriptus.

Transeo ad temporalia. Radimnense oppidum omnino a Tartaris vastatum et desolatum cum Eppatu accepi ut vix aliqua casa, vel potius loco casae caula fuerit aedificata. Radimnensis enim ditio nullam prorsus sylvam habet, vix fruteta in ea inveniuntur, quae satis exiguo spatiolo comprehenduntur. Tanto vero cum majori difficultate arbores pro aediculis exstruendis conquiri potuerunt, quod magno infortunio civitas Jaroslaviensis tempore nundinarum suarum primo Eppatus mei anno fuerit incendio ingenti exusta. — E sylvis enim Jaroslaviensibns ligna et arbores ante incendium habebantur, quo subsecuto nulla materia conquiri potuit. Itaque cum oppidi Radimnensis aedificandi quasi spes omnis videretur esse praecisa, incolae eam deserere coeperunt, unde magnum detrimentum Eppo sequebatur. De hac autem desolatione cogitanti mihi venit in mentem, ut prius munitionem ejus oppidi vallo et fossis erigerem, qua erecta incolae tutos se fore intra moenia perspicientes, facilius confluerent, et casulas qualescumque e sepibus limo illitis construerent. Misi ergo Dominum Malicki, Auditorem meum, ejus artis ex naturae dictamine gnarum, qui fossarum profunditatem, et latitudinem, ac valli altitudinem, dimetiretur, propugnaculorumque loca assignaret. Perfecit ille opus, incolae etiam, qui tum perpauci erant praesentes adjuvantibus meo jussu suburbanis, census etiam parte a me ipsis omnibus dimissa, brevi temporis spatio munitionem fecerunt, quae, ut tutior esset, poenas ex judicio super partibus decretas, ad Eppum pertinentes, pro sclopetis et pulvere sclopetario eidem oppido condonavi, atque ita successit feliciter rei desideratae eventus; nam et incole frequentiores confluere coeperunt, suaque spatia pro domibus exstruendis recipiebant. Interim per praeconem publicari jussi, ut, si quis intra certum tempus locum domus suae non occupasset muniaque non obiisset, et onera civitatis non praestaret, talis locus in publicum cedebat, liberumque erat Magistratui eum locum, cui placeret, vendere. Ne etiam sacris carerent A. R. Dominus Georgius Grochowski, Decanus Premisl., Gnesnens., Cracoviensis Canonicus, ac Parochus Radimnensis, nepos meus, magna cura et celeritate hospitalis templum aedificari fecit. — Ibidem extra oppidum duo molendina sumptu meo exstruxi, piscinaeque magnae a multis annis perruptione aggeris desolatae, aggerem magno sumtu erexi, perfecissemque omnia ad piscinae constitutionem necessaria, nisi pluviae grandes operarios impedivissent. Illmus Dominus successor centum ad summum florenis perficiet reliquum opus. Ibidem praedium cum allodiis (holodiis?) et aedificiis necessariis extruxi, et vallo munivi. In villa porro Łukawiec cum multos fundos subditorum desolatos per Scythas reperissem plurimis ex iis, qui residui erant, ex censibus reddendis indulsi per totum possessionis meae tempus, eamque meliorationem ejus villae, ac aliarum ad eam pertinentium feci ut ad praesens vix aliqui fundi

inveniantur desolati, casaeque rusticanae multae sunt aedificatae, ut amplius per Dei gratiam non appareat a Scythis eas fuisse vastatas. In loco curiae pro oeconomo aedificavi habitationem commodam, et pro ejus ac promeis pecoribus pecudibusque stabula et praesepia convenientissima. Eccla cathedralis anteponenda erat omnibus, sed cum mala magis urgeant, ad descriptionem desolatorum quoque bonorum et colonorum in captivitatem abductorum mens solicita calamum meum abripuit. Ecclam cathedralem bene per omnia ordinatam, et tam Praelatos Eccla quam alium universum clerum, Praelatorum in officiis divinis peragendis adjutorem, in bona sacrorum administratione esse, cum ingenti animi mei laetitia comperi. Et Ecclia est pauper, et clerus inops, adjuvante tamen Domino nulla in parte circa debitas devotiones ipsorum desideratur officium. Huic Eccliae ego candelabra satis magna argentea quatuor et crucem his majorem, etiam argenteam, apparatus eppales, quotquot pro tunc habui, omnes infulas varii coloris, annulum aureum cum saphiro eximiae pulchritudinis, pro quo mihi quingenti floreni ultro dabantur, calicem, quo uti soleo, argenteum cum patena vasculum argentum pro hostiis servandis, campanellam argenteam, urceolos argenteos cum scutella itidem argentea, gremialia varii coloris, pulvillos et stragulas faldistorii varii quoque coloris cum ferreo faldistorio, sandalia, calceos, chirothecas, cingula, antependium, Pontificale integrum, caeremoniale Eppale, Missale Romanum, agendam (in serico violaceo hi omnes obducti,) tum Biblia in magno opere in folio, et aliud breviarium (serico rubro uterque hic liber obductus, et argento deaurato adornatus) donavi salvo jure advitalitio mihi super his rebus reservato, quae donatio in Actis Consistorii Premislien manu mea subscripta continetur, donataque omnia specificata. De facto etiam dedi Missale Romanum in folio, et Breviarium Romanum etiam in folio, utrumque librum serico rubro obductum, et argento deaurato in valore octingentorum et paulo amplius florenorum adornatum. Plura ad praesens dare non potui, sed si Deus me conservare aliquantulum dignabitur, experietur ea Eccla majorem meam liberalitatem, daboque imprimis operam, ut quantocyus etiam in rebus donatis usu mihi reservato cedare valeam.

Transeo Brzozoviam oppidum et locum residentiae Eppalis. Hujus oppidi Ecclae duas planetas, rubri et violacei coloris, reservato mihi usu donavi, efficiamque, quantum potero, ut de facto me superstite hae planetae quam citissime huic Ecclae reddantur. In medio ejus Ecclae imaginem crucifixi, mea impensa elaboratam, situavi. Chorum Eccliae, et alias ejus partes ea pictura ornavi, quae elegantior ubique conspicitur. In choro ad partem Eplae stallum penes cathedram meam ex poenali pecunia fieri feci. Curiam Brzozoviensem fossis et vallo circumquaque, ac sepibus, propugnaculisque

munivi, portasque tres eximias, unam super rivum grandem, quem rivum ego impensa mea ampliavi, et aggerem supra eundem rivum ubique erexi, pontem novum super eundem rivum extruxi, alteram vicinam stabulis, tertiam vero oppidum versus aedificavi. In area, quae est circa habitationem oeconomi tres piscinas, luto et faecibus oppletas, mundavi et ampliavi. In altera area, quae est circa mansionem Eppi quatuor pontes elegantes, unum ad culinam, alterum ad veteres, ut eas vulgo vocant, aedes, tertiam ad insulam balnei, quartum ab eadem insula ad hortum extruxi. Portam cellarij, quae ad meridiem spectabat, ob quod vina et cerevisiae corrumpebantur, sustuli, versusque Septemtrionem ingressum ad cellarium ex muro erexi. Mansiones Eppales picturis adornavi, insulam, in qua balneum conspicitur, in meliorem formam redegi, in eaque balneum novum cum hypocausto aedificavi, ex opposito balnei braxatorium, ex quo et deformitas et periculum erat aedibus Pontificiis, ex quo ex impolita et omnino rudi arborum compage compositum, quod jam etiam ruinam minabatur, sustuli, in eoque loco horologium solare, vulgo compassum vocant, efformari curavi. Porro horreum versus exiguus fuit agellus, fructibus ferendis aptus, ubi olera, videlicet cepe, allia, caules, pastinata, petroselinum, vix pro aliquo colono paupere sufficientia, serebantur. Hunc ego locum ampliavi supervecta humo, et coaequato solo, ita ut hortus satis spatiosus in eo potuerit constitui. Hunc ergo hortum cum suis ambitibus umbrosis feci, herbasque et flores diversissimos magno impendio pro eo procuravi, et terrae per diversas formas inserui. Habebit Illmus D. successor ex amoenitate ejus loci solatium. In medio quoque ejus horti solarium grande exstruxi, aestivo tempore magno usui et solatio Illmis Dominis Eppis futurum. Brascatorium vero in loco commodo cum sua Stuba, et desuper propuguaculo erecto aedificavi. Dealbatorium etiam telarum, quod incendio fuit absumtum, novum magna impensa exstruxi cum suis necessariis. — In Jaślicensibus bonis praedium, quod nunquam ante fuit, aedificavi. Colonum neminem ad inopiam redegi, nihilque indebite a quoquam exegi. — Haec triennalis quidem quoad jus et possessionem, non integri vero biennii quoad personalem residentiam functionis meae in Eppatu Premisliensi gesta sunt. Quae non ad gloriationem, vanamque jactantiam scripto comprehendi volui, sed, ne aliquis factorum alienorum malus interpres exacti quoque temporis mei rationes praesumat vellicare. Multo plura et majora in mente mea fuerunt, sed Deus humanorum propositor dispositorum abbreviata mea in hoc Eppatu jurisdictione alio studia mea transferre dignatus est. Acta mea Illmus Dominus successor meus aequi habeat, melioraturus opera et impensis suis, si haec disciplicuerint. Deus autem utriusque intentionem ad majorem sui gloriam acceptare dignetur. Curiae Brzozov. decem sclopeta longa, vulgo janczarki nuncupata, oppido vero Brzo-

zov. duas bombardas, vulgo hakownice vocitatas, dedi donavique. Achacius Grochowski, Eppus Luceoriensis m. p.

DOCUMENTA AD EPPATUM ADAMI NOWODWORSKI.

I 1628. 12 Octob. Adamus E. P. post visitationem ecclae Collegiatae Jaroslav. decretum reformationis pro eadem fert. Act epp.

II 1629. 22 Maji. Idem Ep. ad instantiam Annae ducissae in Ostrog ecclesiam Campo-Marianam Jaroslaviae PP Soc. Jesu tradit. Ibid.

III 1629. 18 Jun. Idem novam statuit ordinationem pro Collegio Psalteristarum in eccla cathedr. Prem. Ibid.

IV 1629. 28 Jun. Idem dat consensum pro erigendo Premisliae Conventu FF. minor. ord. S. Francisci de stricta observ. (vulgo. Recollectorum, alias Reformatorum)

V 1629. 16 Octob. Adam. E. P. dat consensum pro erigenda confraternitate S. Angeli Custodis in eccla Jaroslav. monial. O. S. Ben. act epp.

VI 1629. 29 Jun. Idem innovat privilegia contubernii lanionum in Radymno, anterioribus sub incursu Tart. conflagratis. Ibid.

VII 1630. 31 Januar. Adam. E. P. erigit novam praebendam ad altare SS. Corp. Christi in eccla cathed. fundationis Stanislai Fabricii, plebani in Wesoła. Ibid.

VIII 1630. 9 April. Idem monet Decanos foraneos, ne congregationes cleri curati semestrales, juxta constitutiones synodales celebrandae, negligantur. Ibid.

IX 1630. 5 Aug. Idem Praepturae ad Collegiat. Jarosl. in recompensam damni, e subtractione ecclesiae Campo Marianae oriundi, beneficium parochiali in Laszki incorporat. Ibid.

X 1630. 13 Jul. Adam E. P. approbat venditionem anteactae Curiae eppalis in Krosno per Capitulum cath. factam. Ibid.

XI. 1630. 5 Junii. Idem duos agros desertatos (Chyrkowski et Dubiejskowski) plebano in Krolik cum assensn Capituli applicat. Ibid.

XII 1630. 16 Octob. Idem ecclae paroch. in Łancut, ab haereticis revindicatae, rectorem praeficit Stanislaum Szczepanowski, ad praesentationem Stanisl. Lubomirski, comitis in Wiśnicz Ibid.

XIII 1621. 21 Maji. Idem fundat et erigit Collegium Mansionarior. Brzozoviae. Ibid.

XIV 1631. 18 Decemb. Idem scultetiam in Cergowa ad mensam Capituli cedit. Trzeb fol. 130.

XV 1631. 15 Febr. Sigismund. III R. P. Mansionariis in Krosno beneficium par. in Haczow incorporat.

XXXII. ADAMUS
NOWODWORSKI

STEMM. NAŁĘCZ

E. P.

1628—1631.

Contemporanei:

Reges Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Sigismud. III	Urban. VIII.	Joan. Wężyk.

Archi. Epp. Leop.

Joan. Andr. Pruchnicki.

Juxta relationem Nicolai Zalaszowski (in vitis Epp. Posn) gens Nowodworscia ab antiqua ducum Masoviae linea de „Nowodwor" originem ducit, referente vero P. Casp. Niesiecki (in korona pol) hec familia plures viros inclytos patriae dedit. Dobrogostus Nowodworski ad finem saeculi XIVti Posnan., dein Gnesnensi ecclae praefuit. Aetate vero Sigismundi III Bartholomaeus Nowodworski, Melitensis eques, in bello cum Moscis animi heroici et virtutis militaris splendidum exemplar fuit.

Adami nostri parentes qui fuerint, non memoratur. De juventute quoque ejus et studiis nulla notitia suppetit. Anno 1607 ipsum jam Canonicum Gnesnensem deprehendimus, et ex eorum numero, quos Synodus provincialis Petricov. praeside Bernardo Maciejowski, AEppo

Gnes., celebrata, ad comitia Varsav. pro compositione cleri cum nobilitate tentanda: deputaverat.[1]) Postea Abbas commendatarius Premetemis factus est (Przemęt in pálat. Posnan. Cisterciensium fuit monasterium). Anno 1618 Vladislai Sigismundi, regii principis (qui postmodum nomine Vladislai IV Poloniae rex fuit) in castris ad Smolensciam Secretarius et consiliarius fuit.[2]). Paulo post (1620 vel 1621) eppatum adeptus est Camenecensem, de quo 1627 translatus est ad Premisliensem.[3])

[1]) Cf. quae notavimus sub. epp, Pstrokoński. Vid. porro constit. Synodi prov. Petricov. ex 1607.

[2]) Siarczyński, in „Obraz wieku Zygm. III.

[3]) Sigismundus III R. P. litteris dd. Varsav. 12 Jul. 1627. datis Capitulo nominationem Adami Nowodworski E. Camenec. ad eppatum Prem. insinuat. In hac eppla Rex nominatum tali enconomio ornat: „Eppatum Camenecensem ita ad„ministravit, ut inter hostilium incursionum pericula — (Tarta„ricas invasiones anni 1623 et 1624 intelligit — minime sibi „unquam parcendum putaret, vitam suam periculis objiceret, „et nullum boni pastoris officium inter tot discrimina casusque „praetermitteret.“ — Epla nominati ad Capitulum his terminis concepta erat: „Admodum RR. Dni. fratres cariss. et obser„vandi! Posteaquam translatus est Illmus ac Rmus. D. Acha„cius Grochowski E. P. ad Lucecricnsem a S. R. Matte Do„mino meo clementissimo ego ejus successor pro Premisliensi no„minatus sum. Quambrem R. Dtiones. VV. peramanter re„quiro, ut hanc nominationom S. R. M. Dni. mei clementissimi „ratam et gratam habere dignentur et ea, quae juris sunt, e„xequantur. De me vero sibi id polliceantur, quod convenit „Eppo tot annorum, qui non praecesse, sed prodesse cupit o„mnibus et ecclae. Caeterum bene valere cupio ARR. DD. „VV. Dat. Varsaviae 16 Jul. 1627 AARR. DDVV. amantiss. „frater et servitor, Adamus Nowodworski E. Camenec. No„min. Prem., Abbas Praemetens.“ — Anno seq. 1628 fer. 4 post Dom. Passionis Vener. Daniel Wilczek, Canonicus Prem. exhibita Capitulo bulla Urbani P. VIII translationem nominati ex eppatu Camen. ad Premisl. approbante, et litteris electi confirmati, quibus Magnum a Grochowce Nijowski Cantorem Prem. procuratorem suum constituit, cum in persona dicti procuratoris ad ecclam cathedr. recipi, et in possessionen spiri**rualium aeque ac temporalium admitti postulavit, cui requisi-**

bat. Ex hoc capite regis consilium catholicis Senatoribus et ordini equestri, maxime vero eppis, displicuit. Solus Piasecius, Alexandri regis exemplum allegans, qui Helenam schismaticam, M. Ducis Moscoviae filiam, uxorem habuit, honesto regis amori connivendum censuit, cum experientia teste coarctatio regiae libertatis in uxore ducenda semper noxia fuerit, et non semel extinctioni prosapiarum regiarum ansam praebuerit. — Propter hanc sententiam antistes noster multum vapulavit,[1]) rex vero majori parti sese accommodans, mutato consilio Caeciliam Renatam, Ferdinandi II Rom. Imp. filiam, uxorem accepit.

Anno 1640 Piasecius transiit ad eppatum Chełmensem, inde vero 1644 ad Premisliensem progressum fuit.[2])

[1]) Calumnia est Piasecium spe pinguioris eppatus ductum votis regis velificatum esse; nam nec 1635 eppatum Posnan. obitu Henrici Firlej, nec sequenti eppatum Premisl., promotione Andreae Szołdrski vacantem, obtinuit, sed primum 1640 Chełmensem accepit, ex quo tandem ad Premisliensem gradum fuit.

[2]) Litterae nominationis regiae sunt dd. Cracoviae 8 Aug. 1644, in quibus Vladislaus IV Piasecium tali encomio decorat: Deliberantibus nobis, quemnam in locum nuper defuncti „R. in Christo Pris. Alex. Trzebiński E. Pr., Pro Cancelar. „R., substitueremus, Dominationibusque Vris. proponeremus, fa„cile in oculos Nostros incurrit non tantum emerita virtus, „eximia pietas, singularis eruditio, sed et anteacta in eppatu „Camenecensi ac Chełmensi vita Rdi. in Christo Pris. Dni. „Pauli Piasecki E. Chełm., Abbatis Claraetumbae, de ecclesiae „Dei, deque olim divae memoriae serenissimo parente nostro, „nobisque et tota domu regia nostra optime promeriti, cujus „sive vetustam stirpis nobilitatem consideramus, sive raras „animi et ingenii dotes modestiae sociatas pensamus, sive con„tinuos pro republica, et eccla Dei exantlatos labores, in quibus „prope consenuit, revolvimus, sive denique res non minus docte „scriptas, quam gloriose et praeclare per eum gestas, trutinamus, „iis omnibus dotibus, tam a natura, stirpe, indole, quam a me„ritis et virtutibus eum abundare videmus, quas ad ornandam

Fuit vir eruditus, lucubrationibus suis litterariis optime notus [1]) nec minus pastor zelosus, qui praxin eppalem, quam pro aliis instruendis elaboravit, ad regimen sui gregis prudenter applicabat.

En praecipuae ejus in hac Sede gesta:

„tuendamque non solum hanc dignitatem, sed et majorem „quamque in ecla Dei praeminentiam et functionem necessa„rias judicamus.“ (Vid. Act. Cap. vol. IV fol488, sq.) Die 3 Decembr. 1644 ab Innocentio X confirmatus. 3 Febr. 1645 in possessionem spiritualium in persona Joannis Skrzyński, Canonici Chelm. Praepti. Mielec., solenniter introductus, 21 Febr. 1646 Premisliam advenit, a Capitulo et numeroso populo, qui in occursum ejus festiva processione exiverat, cum laetitia exceptus, in assistentia multorum nobilium tam Senatorii, quam equestris ordinis et inter tormentorum fragorem ad ecclam cathedralem deductus, praescriptum juramentum de statutis hujus eccliae observandis praestitit. (Ibid. f. 532—538.)

[1]) Praeter opus canonicum s. t. „Praxis episcopalis“ a nobis supra cit., ob praestantiam saepius, videl. Venetiis 1613, Coloniae 1615 et 1620, Cracoviae 1627 et 1643 recusum, scripsit etiam opus historicum s. t. „Chronica gestorum „in Europa singularium“ in quo gesta inde a tempore Stephani Bathorei R. P. usque ad Sigismundum III contractius, eventus vero, post coronationem hujus monarchae secutos ab anno 1588 usque ad anno 1645 fusiori calamo exponit. Prima editio lucem vidit Cracoviae 1645 fol., altera ibid. 1648, tertia Amstelodami, sine loci et anni indicio, cum observationibus ad calcem adjectis, quibus quedam loca, ubi author de rebus Gallicis et Belgicis tractans, a veritate aberravit, rectificantur. Opus hoc Piasecius calamo tantum describi nec nisi familiaribus suis patere voluit; at bibliopola Cracov. Franc. Caesarius, in cujus manus MS. inciderat, nefas esse duxit, illud publico usui subtrahere, inscioque auctore illud proelo subjecit. Praefatio directa est ad Jacobum Piasecium, Coadjutorem auctoris in Abbatia Claraetumbae, et e fratre nepotem, cui instituti sui rationem breviter exponit. Hoc libro Piasecius qui jam olim, eo quod connubio regis cum filia electoris Palatino — Rhenani faveret multorum invidiam incurrerat, plurimorum contra se odia concitavit, qui non tantum ipsum, quoad vixit, variis modis divexabant, sed et defuncti familiam persequebantur. At posteri aequiores judices Piasecium, qua candidae veritatis amatorem, melioris notae historicis accensent, ac praesertim eam partem, quae Sigismundi III tempora

Ecclesias Dioeceseos per delegatos lustravit,[1]) excepta Krosnensi, quam personaliter visitavit, et incendio pollutam reconciliavit,[2]) capellam vero ejus cum altari SS. Petri et Pauli Aplor. consecravit.[3]) In eadem ecclesia Krosn. altare „Ecce homo“ cum Collegio Rorantistarum erexit.[4]) Parochiae in Giedlarowa dotem decimis novalibus de praediis in Brzóza et Bidaczov melioravit,[5]) beneficium in Żołynia ab eccla in Łancut separavit, ejus loco vero praepto Łancutensi beneficium in Kosina incorporvit.[6]) Innovatam fundationem Capellae in arce Kamieniec inferiori approbavit,[7]) privilegium Herborthianum pro eccla Ruthenorum in Radymno renovavit,[8]) eique de pastore cum S. Rom eccla unito providit.[9]) Executionem

complectitur, magni faciunt. Non tamen omni naevo auctor caret, ac praesertim PP. S. J. interdum justo iniquior est.

[1]) Vid. in Actis ejus edictum dd. 12 April. 1646, ubi visitationem ecclar. indicit, ad calcem voluminis autem operata visitationum peractarum.

[2]) Reconcilatio haec 3 Novemb. 1646 subsecuta est. (Vid. Act. visit. cit.)

[3]) Vid. visit. cit. Capella haec fundata est a Roberto Porcio Lanxset, gente Scoto, mercatore et S. R. Majest. servitore, qui idem et Concionatoris praebendam fundavit. (Vid. docum. nro. X.)

[4]) Vid. docum. nro. VII.

[5]) Vid. docum. nro. XI.

[6]) Vid. docum. nro. VIII.

[7]) Vid. docum. nro. VI.

[8]) Vid. docum. nro. VII.

[9]) Vid. Acta eppatus ejus sub. 15 April. 1645 ubi haec leguntur: „Wiadomo czynimy obywatelom miasteczka naszego „Radymna religii greckiey, isz zachowuiąc przywileie staro-„dawne, wedle których mają być podawani Popi do Cerkwi „w tymże Radymnie będących, i zapobiegaiąc nierządom, co „po ten czas Popi biegunowie do nich nieporządnie wcho-„dzili i nieporządnie one sprawowali, sacrilegia i święto-„kradztwa czynili, przedaiąc i tracąc ich srebra i ochędostwo „sprawione od parafianów Bazylia Popa urodzonego w Ra-„dymnie, który nam wprzód przysiągł posłuszeństwo, i uczy-„nił przed nami wyznanie wiary katolickiey, że nie inaczey „wierzy i uczyć będzie, jedno wedle nauki katolickiey, i że

constitutionum synodalium quoad bona ecclesiastica,[1]) et contra Judaeos latorum[2]) ursit. Privilegia oppidorum ep-

„zwierzchności Władyki Sylwestra Hulewicza nieuniatskiego „nie będzie przyznawał, ale samey naszey zwierzch„ności podlegać będzie, jako jedyny dziedziczny tey cer„kwi podawca podaliśmy mu na przedmieściu Radymskiem „cerkiew do trzymania i rządzenia, także i drugą cerkiew, „która jest w tymże miasteczku poleciliśmy mu do zawia„dywania, aż drugiego Popa obmyślim do niey, jeżli ten sam „obrzędom iey nie podoła, albo do upodobania naszego.“ — Ex quo concludendum videtur, Premisliae tunc nullum eppum ruthen. unitum adfuisse, adeoque Athanasium Krupecki, cujus obitum Schematismi Ruthenor ad annum 1651 reponunt, anno 1645 jam in vivis non fuisse.

[1]) Magnus abusus irrepsit, ut Eppi, praesertim obtenta ad aliam sedem nominatione, minores bonorum mensae particulas e. g. advocatias, hortulanias, molendina et simila saecularibus clientibus suis conferrent; cui malo mederi intendens Synod. provinc. Łubienskiana ex anno 1643 decreverat: ut privilegia super hujusmodi bonis ab AEppis vel Eppis, etiam cum consensu Capituli data nulla sint, ac eorum successoribus sic alienata reposcere liceat, nisi si collatio AEppi vel Eppi et Capituli consensus 20 saltem diebus mortem vel translationem conferentis praecesserit. Hac lege nixus Piasecius cuncta vasallorum eppatus Prem. privilegia strictae revisioni subjecit, quo facto nonnulla ex eis acceptavit, alia vero uti expirata, aut origenetus robore carentia, sustulit et abrogavit. (Vid. libr. Cap. ex anno 1546.)

[2]) Decreta contra Judaeos, vid. in libro constit. synodal edit. Wężyk ex anno 1630 fol. 265, 266, 268. Piasecius edicto vetat: ne Judeaei pueros, ancillas, feminas Christianas, praesertim nutrices aut obstetrices in domibus suis famulatus, servitii causa aut alio quovis praetextu teneant, — magistratibus locorum sub poenâ interdicti observationi hujus ordinationis advigilare praecipit, Christianos vero, Judaeis famulantes, ab ingressu in ecclam et Sacramentorum susceptione arceri jubet. Nihilominus tamen inter privilegia a Piasecio collata deprehendimus unum dd. Brzozov. 19 Febr. 1646, quo infideli Judaeo Abrahamowic facultatem dat, emendi aream in oppido eppali Radymno, in eaque domum de ligno vel cocto latere, non tamen in circulo oppidi, sed in aliqua platea aedificandi, cum libera propinatione liquorum, videl. cremati, cerevisiae ac mulsi more aliorum oppidanorum Radymn., ea tamen conditione: ne subditis eppalibus pecuniam ad usuram det. —

palium Brzozow [1]) et Jasliska [2]) roboravit. — Fundationem Malicianam pro Votiva Passionis Dni in eccla cath. approbavit, [3]) praebendam concionatoris confraternitatis SS. Corporis Christi [4]) et altariam Podolscianam [5]) ad eandem ecclam cathedr., in Niżankowice vero praebendam S. Annae [6]) erexit.

Ejus temporibus, et ipso ratihabente, Capitulum cathedrale habitum mantoletti, more aliarum in Polonia ecclarum cathedr. assumsit. [7])

Hic videtur fuisse primus Israëlita ad hoc opidum admissus, nam antea nullum ibidem Judaeorum vestigium deprehenditur. Nunc Radimna Judaeis, posteris illus Abrahamidae, scatet.

Ordinationes Capitulum concernentes, quas auctor MS. vit. Epp. Prem. Piasecio attribuit, non sunt illius, sed a Capitulo durante ejus eppatu proprio marte conditae sunt.

[1]) Vid. docum. nro. IV et Acta Cap. de anno 1646 vol. IV, fol. 559.

[2]) Vid. docum. nro. III, quo immunitates ab antecessoribus suis Pstrokoński, Firlej et Szołdrski concessas confirmat.

[3]) Vid. docum. nro. V Act. Cap. vol. IV, fol. 570 seq. Votiva haec nunc quoque quavis fer. 2 absolvitur.

[4]) Vid. doc. nro. I. Fundator fuit Valerian Pysznicki, Paroch. Hussakov. — Concionator ille quavis fer. 5 ante Votiv. de SS. Sacr. sermonem habere, et populum ad devotionem erga SS. Eucharistiam animare tenebatur.

[5]) Vid. docum. nro. IX. Praeter hunc praebendarium altare hoc duos alias habuit ex fundatione eppornm Dziaduski et Wężyk.

[6]) Vid. docum nro. II.

[7]) Capitulares in majoribus festis officio divino cappati i. e. cappis seu palliis longis, absque manicis, induti assistebant. E palliis, pro quotidiano usu decurtatis, orta sunt dalmutia, seu almutia. Tam pallia, quam almutia pro usu hyemati pellibus subducebantur, serius mos invaluit palmutia e pellibus, subducebant, serius mos invaluit dalmutia e pellibus, praesertim armelineis, conficiendi, unde caprcolae (Kozki) dicebantur. (Vid. Acta Cap. ex anno 1543.) — In Capitulo generali pro fest. Circumcis. D. 1645 celebrato conclusum legitur: „DD. Plati et Canonici considerantes, minorem clerum „eundem habitum cum Capitularibus passim deferre, nec „ulla jam in habitu diversitate discerni, tum ob alias ratio-

Tempora Praesulatus ejus, quoad Vladislaus IV vixit, pacata erant, [1]) at Rege fatis sublato, [2]) Cosaci duce Bohdano Chmielnicki seditionem moverunt, Russiamque rubram ingressi, contra catholicos et ecclas latinas immanissime saevierunt. [3]) Premislia ipsa, ab hoste obsidione tentata, singulari providentiae divinae auxilio periculum evasit. [4])

---

nabiles ac magni momenti causas, praesertim, ut inter caplares personas habitus uniformitas habeatur, et cum aliis „Capitularibus aliarum ecclesiarum cathedralium, Premisliensi „inferiorum, vestium aequalitas observetur, concluserunt: ut „omnes et singuli DD. Caplares quamprimum mantoletta sibi „parari curent, eisdemque perpetuo intra et extra dioece„cesin, tam privatim quam publice utantur, nulla tamen „facta mutatione habitus ecclesiastici solennis, ut vi„delicet. superpellicea et dalmutia retineantur in usu ec„clesiastico pro more antiquo secundum praescripta capitula„rium statutorum.“ Statutum hoc Piasecius in suo primo ingressu d. 22 Febr. 1645 approbavit, simulque bona post clericos intestatos relicta fabricae ecclesiae addixit. Ex his patet, intentionem Capituli fuisse, ut Canonici, quo a clero minori in vestitu different, extra ecclam et cultum divinum mantolettis— (quorum usum Canonicis ecclarum collegiatarum et gratialibus permissus non fuit) — uterentur, in eccla vero dalmutia et superpellicea antiquo more gestarent. At pedentim dalmutiorum et capparum usus penitus exolevit.

[1]) Causa principalis motuum Cosaticorum fuit oppresio religionis et ecclesiae graecae non unitae per nobilitatem polonam. Vivente Vladislao IV Cosaci a rebellione sese continebant; nam ipsum regem genti ruthenae et avitis ejus ritibus satis aequum esse persuasum habebant, injurias vero, violentiasque, quibus afficiebantur, rege invito sibi inferri noverant. Accedit, quod victoria Vladislai IV de Moscis reportata, Cosacis quoque reverentiam ac metum incusserit.

[2]) Obiit Merecii in Lithvania die 20 Maji 1648.

[3]) Ea occasione sacerdotes latini, et Judaei a barbaris immanissime trucidabantur.

[4]) Fer. 6, die 6 Novembri 1648, Cosacorum legiones duce Kapustyński Premisliam adortae sunt tota circumquaque regione praevie caedibus, rapinis, incendiis vastata. Exercitus, hostilis perquam numerosus fuit, et rusticorum ruthenicorum qui se ei associabant, accessione continuo crescebat. His tur-

Obiit Piasecius 1640 Claraetumbae, ubi et sepultus quiescit. [1])

bis civitatem irruentibus exigua militum manus, quae Premisliae stationem habebat, duce Vice-Capitaneo Premisl. fortiter resistebat, ast impetum tantae multitudinis diu sustinere haud valuisset. Igitur obsessae urbis incolae, humanis viribus diffisi, Divorum patrocinia ardenter implorabant. PP. S. J. eos, ut B. Stanislai Kostka opem flagitarent, enixe hortabantur. Populus his invitationibus tam lubenter morem gerebat, ut etiam Judaei clamarent: „Stanisławie Kosto, ratuj nas!“ Et revera, cum in summo discrimine civitas versaretur, auxilium insperate supervenit. Franciscus Carolus Korniakt, bonorum et arcis in Sośnica dominus, cum lecta armatorum manu hostem a tergo aggressus, phalanges Cosacor. dissipavit, ipsoque Kapustyńskio cum primariis, bellatoribus caeso, urbem obsidione solvit. Vexilla ea occasione Cosacis erepta Korniaktus in eccla cathedrali trophaei loco appendit. (Vid. Act. Cap. ex anno 1657 vol. IV fol. 927.) Pro tanto divinae providentiae beneficio Frider. Alembek, Canonicus et Officialis Eppi per omnes urbis ecclesias successive devotionem gratiarum actoream celebrari, et tertium depositiones super mirabili auxilio civitati, in summis angustiis positae, ad intercessionem B. Stanislai Kostka divinitus misso, in Actis connotari disposuit. (Vid. volum. XXVIII Act. Eppal. sub. 11 Januar. 1649.) Acta Archiconfraternitatis sac. Krosn. et Sanocen. praeterea adnotant sub. episcopatu Piasecii oppidum Jaśliska, Żmigród, Lesko et Nowotaniec pestilentia fuisse afflictum.

[1]) Ad finem vol. XXVIII Act. Consist. sequens legitur adnotatio: „Finiunt Acta A. R. Frid. Alembek S. T. Dris. et sub. Praesulatu Illmi ac Reverendisimi D. Pauli Piasecki, „D. et A. S. gratia E. P., Abbatis Claraetumbae, quem, „optimum Senatorem, ecclarum et cleri amantissimum ponti„ficem, in coenobio Abbatiae suae ad claramtumbam tunc „temporis agentem, divinae voluntatis beneplacitum ab humili „hac lacrymarum et mortalitatis valle ad locum aeternitatis „evocavit, die Xma mense Augusti anno sal. 1649, aetatis au„tem 70 currentibus.“ Initio voluminis agglutinata cernitur chalcographica Piasecii imago, cui dictus Alembek manu sua talem adjecit subscriptionem: „Effigies proxime vera Illmi „ac Reverendisimi D. Pauli Piasecki, D. et Apl. S. gratia „Eppi Prem., Abbatis Claraetumbae quem virtus ita sibi pro„prium vindicavit, ut nullas in eo fortunae partes reliquerit.“ Fuit vultu austero, virtutis et veritatis amator rigidus, disci-

In eccla monasterii Claraetumbae Simon Starowolski sequens legit ejus epitaphium:

Anno Christi MDCXLV, Jnnocentii P. X. primo, aetatis meae LXVI ego Paulus Piasecki, eppus Premisl.,

---

plinae ecclessiasticae vigilans custos, non tamen sine indulgentia erga imbecillitatem humanae naturae. Pietatem viri et orthodoxae fidei zelum temperabat erga errantes tolerantia. Domus ejus hospitalis fuit, at mensa frugalis. Subditis verus pater erat, egentibus nunquam auxilium negavit. Non tantum fratris sui Remigiani, camerarii Sanoc., filios egregie educavit, (e quibus Jacobus, Abbatiae Claraetumbae coadjutor ipsi praemortuus est, Remigianus ecclae catedr. Premisl. Cantor fuit,) sed et alios bonae spei juvenes, nobili genere ortos, ac studiis operam navantes de mensa sua alebat. Horas succissivas operibus pietatis et laboribus pontificalibus subtractas, litterarum studiis impendebat. Munia et dignitates non affectabat, iis vero, quae non quaerenti sponte obtigerant, ad ecclesiae et patriae emolumentum quam optime fungi satagebat. — Oratione funebri laudatus est a Floriano principe Czartoryski tunc Canonico Cracov., et a Stanislao Zyznowski, Professore Academiae Cracov., cujus panegyricus „Bonus patriae „Senator et antistes“ Cracoviae 1649 typis excusus est. Capitulum cathedr. in epla ad Innocentium P. X de ejus obitu ita scribit: „Amisimus eppum, cujus vitam et pastoralem cu„ram ita nobis summa consumataque virtutum perfectio con„diverat, ut aetate, quantam primi mortalium vixere, dignis„simum judicaremus. Sed alia divini decreti fuit sanctio, e „qua pietati nostrae, gratam optimi parentis memoriam reco„lenti, nihil reliquum superest, quam tristes lacrymae.“ (Vid. Act. Cap. vol. 683.) Acta Eppalia (vol. XXX, fol. 60) continent transumptum testamenti ejus, die 13 Junii 1649 Claraetumbae scripti, quod hunc in modum inchoat: „Ego pecca„tor Paulus Piasecki, E. P. Abb. claraetumbae, cum dudum „pertaesus vitae, quam anxiam semper duxi, a primis pueri„tiae annis omnia humanorum malorum perpessus, laboribus „curisque duris exercitatus, infortuniis, malevolorum persecutio„nibus paene supra vires gravatus, ac perpetuis invidorum „odiis, nulla ansa data, pressus, fereque oppressus, mortem „inter tam saevas vitae meae procellas tutissimum portum „desideravi, et cum sapiente beatiores eos, qui moriuntur, ma„gisque, qui non nascuntur constanti semper tam in adversis,

Prem., Plebani Radymnens. agrum ad tabernam in Radymno, per Tartaros combustam pertinentem, plebanis Radymnensibus cum consensu Capituli donat. Ibid.

VII 1635. Brzozov. 5 Jun. Idem Hungaris oenopolis privilegium super depositorio vini in Jaśliska, cum variis immunitatibus concedit. Ibid.

VIII 1635. Ciemierńiki 4 Julii. Idem poponi in Zawadka et successoribus ejus agrum ad montem Cergovensem applicat. (Act. Sarnov. sub 1671).

IX 1535. 13 Maji. — Idem venditionem curiae olim eppalis in Krosno per Capitulum cathedr factam, authoritate Aplica confirmat. — A. E.

X 1635. 7 Maji. Idem ecclesiis in Ujkowice et Stojanice, per haereticos profanatis, pastores catholicos restituit. Act epp.

XI 1635. Sochaczoviae fer 6 post Dom. Conductus. Eppi regni Poloniae ad acta castrensia protestationem inferunt, contra constitutionem jura ecclesiae catholicae coarctantem. (Act. Epp. 1637. 7 Oct.)

XII 1632. Vars. 8 Nov. Protestatio Ruthenorum unitorum et Polonorum citra puncta Schismaticorum in comitiis electionis anno 1632 Thein. t. 3. p. 402.

XXXIII. HENRICUS

FIRLEJ

De DĄBROWICA

STEMM. LEWART

E. P.

1631—1635.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim. R.
Sigismund. III. † 1632. Vladislaus IV.	Urbanus VIII	Joan. Wężyk.

Archi-Eppi Leopol.

Joann. Pruchnicki † 1633.
Stanisl. Grochowski.

Gens Firlejorum e Germania, et quidem e regionibus Rhenanis domicilium in Poloniam transportasse fertur, ubi rebus praeclare gestis, et possessionum amplitudine tantam auctoritatem consecuta est, ut Sigismundus Aug. R. P. eam teste Niesiecki in quodam privilegio hoc elogio ornare non dubitaverit. „Cum multae sint in regno nostro illustres et praestantissimae familiae, tum nostra quidem opinione paucae admodum, quae vel generis splendore, vel virtutum rerumque gestarum gloria

cum amplissima et clarissima Firlejorum de Dąmbrowica familia comparari, nullae, quae ipsi anteponi videanntur.“ Saec XVI haec familia Sacramentariorum (Calvinianor.) errores adoptavit. et causam dissidentium in Polonia influxu suo plurimum promovit. Nicolaus Firlej, palatinus Lublin. in oppido suo Lewartów scholas acatholicas fundavit, ludimagistris Lipsia, Wittcberga et ex Hollandia accersitis, adeo toto regno celebratas, ut multi etiam Catholici, relicta Academia Cracov., illuc pro combibendis elegantioribus litteris convolarent. Joannes Firlejus, praedicti frater plures habuit filios, qui ad gremium ecclesiae catholicae redierunt.

Unus ex his Henricus, statum sacerdotalem amplexus, Eppus Luceor. tum Archieppus Gnesnensis fuit. Ejus frater, Joannes Castellan. Wojnicens. e Gertrudi Opalenia Henricum nostrum [1]) suscepit, qui in extraneis academiis, praesertim Ingolstadii excultus [2]) et sacerdotio insignitus Canonicatum Cracov., et in aula Sigismundi III munus Referendarii regni accepit.

Linguam germanicam perfecte callens, gratiam invenit apud Constantiam Austriacam, reginam, cujus patrocinio ipsi commenda abbatiae Tinecensis obtigit, ubi ecclesia variis ornamentis decorata monachos Benedictinos sibi mire devinxit. [3])

---

[1]) Notitias de eo biographicas praebent Niesiecki, Siarczyński et Łętowski.

[2]) Niemcewicz in Commentariis suis (Pamiętniki) tom. IV, p. 115 affert eplam lectu dignam, quam frater ad eum scripsit, dum Ingolstadii studiis vacaret.

[3]) Szczygielski in hist. Abb. Tinecensis fol. 119. Teste Niesiecki pro PP. Recollectis Conventum Casimiriae in bonis familiae suae fundavit (1627.)

A. D. 1630 Sigismundus III eum eppum Premisl. nominavit, [1]) cujus sedis possessionem anno sequenti adivit. [2])

---

[1]) Litterae Sigismundi III ad Capitulum sunt dd. 20 Novem. 1630, ubi hae Firleji laudes leguntue: „Merebatur ille etiam „ante eppales annos (i. e. ante 30 ann. vitae) eppalem digni„tatem, cum aetatem virtute superaret; tanto vero magis me„retur modo, cum et annis idoneus sit, et ad capessendam „eam egregiis dotibus cumulate instructus. Ambiebant antea „DD. VVac, quod audivimus, patruum ejus (Henric. Firlej, „eppum Luceor. tum AEp. Gnesn.,) suprema in Republ. di„gnitate vitaque ante paucos annos defunctum, cum non am„biret ipse, in nepote sui nominis vota DD. Vrarum. impletu„rus.“ — Urbano VIII vero cum Rex his verbis commendat: „Etsi vix aetate annos eppales implevit, supra tamen aetatem „et annos virtus ejus stetit, qua etiam dignus ante plures an„nos publico magistratu (nim. Referendarii regni) apparuit, „cumque, quo her valetudinem incommodius, eo praeclarius „per illustre fidei et integritatis testimonium gessit.“ Fallitur Niesiecki, et cum ipso Siarczyński ac Łętowski, dum Firleji nominationem ad eppatum Prem. Vladislao IV adscribunt. — Epla nominati ad Capitulum ita sonabat: „Admodum RR. DD. „Domini fratres colendissimi! Z woley Bożey będąc od Jego „król. Mci. Pana mego miłościwego na znaczną cathedrę bi„skupstwa przemyskiego nominowany, zdała mi się rzecz po„winna ozwać się WW. Mciom., moim miłość. Panom z życzliwym affectem posług moich, na których żaden się z WW. „MM. moich miłościwych Panów i braciey nie zawiedzie, „Którą propensionem mcam y gotowość do wszelkiego u„sługowania WW. MMciom. prolixius imieniem moim opowie „Jego Mość. X. Proboszcz lubelski, domowy moy przyiaciel, „któremu proszę, abyście dać wiarę we wszystkim raczyli, „w czym odemnie fraterne żądać WW. MMciów. moich mi„łościwych PP. będzie, oddaiąc się na ten czas braterskiey „łasce WW. MM. mych miłościwych Panów posługami me„mi iako naypilniey. Dat w Czemiernikach die 29 Novemb. „1630 WW. MM. moich miłościwych Panów uprzeymy brat „i sługa Henryk Firley z Dąbrowiec Referend. koron.“ Cui Capitulum ita rescripsit: „Za szczęście sobie to poczytamy, „że od Jego król. Mci., WMość., nasz miłościwy Pan raczysz „być na biskupstwo przemyskie nominowany, y powinszo„wawszy W. Mści. naszemu mił. Panu tey ozdoby, przy któ„rey y senatorska zaczność wiąże się, życzymy uprzeymym

Parum commoda plerumque valetudine utebatur;[2]) nihilominus otium viresque suas obsequiis sponsae suae di-

„sercem, aby te początki były wstępem do większey y dal-
„szey W. Mści. naszemu mił. Panu fortuny. Dawne były o-
„miia u nas, któremi chęć nasza ściągała się na ś. p. Jego
„Mści. X. Arcybiskupa, kiedy jeszcze był Referendarzem, ale
„wola Boża Jego Mści. wyżey mieć chciała, teraz się nam
„nagradza, że na mieysce Jego Mści. naszego mił. Pana nam
„podaje. Bierzże tedy jusz W. Mość. nasz miłościwy kościół
„nasz w opiekę swoie, nasz (nas) zaś i kapitułę do łaski
„swey Pańskiey racz przyjąć, którąś nam Wny. Mość nasz
„miłościwy Pan przez Jego Mości X. proboszą lubelskiego
„ofiarować raczył. O affekcie naszym przeciw W. Mci. na-
„szemu mił. Panu da Jego Mość X. proboszcz lubelski świa-
„dectwo. Zatym się z uniżonemi posługami naszemi w miło-
„ściwą łaskę W. M. naszego miłościwego Pana oddawamy.
„W Przemyślu 13 Decemb. 1630."

[2]) Inthronizatio ejus in Actis Capit. de anno 1631 ita refertur: A. D. 1631 d. 18 Novembris coram DD. Caplarib. congregatis comparuerunt venles. Joan. Valent. Sobiewolski, Praeptus, Magnus a Grochowce Nijowski, Cantor, et generosus Barthol. Grzybowski, productisque litteris mandati ab Illmo et Rmo. Henrico Firley D. et A. S. gratia E. P., aaceptis, porro litteris confirmationis ejus per S. D. N. Urbanum P. VIII, eundem qua confirmatum et nuper consecratum eppum ad hancce ecclam cathedr. secundum mandata aplica recipi et in possessionem eppatus introduci postularunt. Et in continenti DD. Caplares Venlem. D. Joannem Val. Sobiewolski, qua plenipotentem D. Eppi, pulsatis campanis, clero ac populo convocato, stola et aliis vestib. ecclicis indutum in ecclam cathedr. ad altare majus introduxerunt, possessionemque eppatus eidem per tactum et apprehensionem altaris in spiritualibus et temporalibus assignarunt, porro eundem procuratorem ad Sedem primarium eppalem deduxerunt, ibidemque aliquantisper quiescere fecerunt, ac hymnum „Te Deum etc." solenniter decantarunt, tormentaque ad ecclam cathedr. locata (alias działa zatoczywszy) et alia arma sclopeta, bene insarcinata, in signum laetitiae et gratiarum actionis de more exonerari jusserunt. Tandem bonorum mensae epp. possessionem nobili Barth. Grzybowski, qua praefati Domini in temporalibus procuratori, tradiderunt, eidemque in omnibus responderi mandarunt.— A. D. 1633 die 22 Novemb. Henricus Eppus prima vice ecclam suam cathedr. adiit, ac a Capitulo in magna hospitum ordinis equestris et senatorii frequentia

care non neglexit. A. D. 1634. Synodum dioecesanam celebravit,[4]) ecclesiam paroch. in Stojanice, ab haereticis revindicatam, catholico pastore providit,[5]) ecclae Cellegi-

---

solenniter exceptus peractis consuetis caeremoniis, cameram Capituli est ingressus, ubi juramentum corporale de statutis hujus ecclae observandis praestitit.

[3]) Vid. excerpt. et epla Sigismund. III ad Urban. VIII adduct. Cf. quoque Acta Epp. sub. 1 Maji 1633, ubi H. Firlej E. P. ob discessum suum Brzozovia ad thermas Iwanicenses (Iwonicz) causa recuperandae sanitatis, ad audiendas causas, ad tribunal suum devolutas, vel devolvendas, A. R. Joan. Val. Sebiewolski, Praeptum ecclae cathedr. Prem. in Judicem delegatum constituit.

[4]) Haec Synodus praecessit Synodum provincialem, quam Joan. Wężyk, AEp. Gnesn. pro 13 Nov. 1634 Varsaviam convocaverat. — Acta hujus Synodi dioec. Premisliae d. 26 Octobr. 1634 praeside Magno a Grochowce Nijowski, Cantore cathedr., Vicario in spirituali et Officiali grli. Prem. celebratae leguntur in Actis eppatus Henrici Firley. — Conqueritur ibi clerus curatus, ruricolas per nimias contributiones (pobory) adeo exhauriri, ut solvendis messalibus, in quibus tota fere dotatio multarum ecclesiarum consistit, impares fiant, porro de abusibus religiosorum, quod psalterium penes corpora mortuorum canant, aegris morituricntium Sacramenta ministrent, quod in funeribus sine parochorum licentia crucem elevent, parochis quartam funeralium solvere recusent, quod in concionibus suis corpora defunctorum cum damno animarum alibi, quam in ecclesiis regularium sepeliri praedicant, quod decimas ecclesiis parochialibus jure divino deberi negent, quod multas confraternitates ad suas ecclas introducant, et hoc ipso fideles ab ecclesiis parochialibus abstrahant, quod e s. suggestibus in clerum saecularem invehantur, eumque laicorum vexationibus exponant. His abusibus et incovenientiis ab eppo occurri parochi petunt, in specie vero Monasteriorum superioribus prohiberi, ne plures quam unam confraternitatem in ecclesiis suis erigant, et ne tempore inter Dom. palmar. et Dom. in albis intermedio parochianis Eucharistiam administrent. Rogant porro: ab Eppo edoceri velint an subditi schismatici in festis Catholicor. operas serviles facere, et ad eas compelli possint? (Responsum Eppi desideratur.) Denique pro necessitatibus belli Moscovitici dupla contributio e bonis ecclesiae offertur.

[5]) Vid. docum. nro. X cit.

atae Jaroslav. renovata per Annam Ducissam de Ostrog privilegia (anterioribus occasione generalis incendii consumtis) roboravit, [1]) ecclesiae Radymnensi agrum „Karczma Skołoszowka“ vocitatum, [2]) et poponi ruthenico in Zawadki agrum sub monte Cergovensi applicuit. [3]) Jncolis oppidi Jaśliska liberam epocillationem, Hungaris vero oenopolis ibidem vini depositorium cum variis immunitatibus concessit. [4]) Factam per Capitulum Curiae olim eppalis in Krosno venditionem auctoritate Aplica approbavit, [5]) pro fabrica ecclesiae cathedralis semel iterumque insignes donationes fecit. [6]) Imaginem B. Mariae Virg. in eccla Leżayscensi FF. minor. S. Franc. praemisso examine thaumaturgam declaravit. [7]) Beneficium paroch. in

---

[1]) Vid. docum. nro. I cit.
[2]) Vid. docum. nro VI.
[3]) Vid. docum. nro. VIII.
[4]) Vid. docum. nro. IV et VII.
[5]) Vid. docum. nro. IX.
[6]) Dum novum tectum super eccla struebatur, Firlejus considerans, cum quantis expensis haec fabrica conjuncta esset, in Capitulo d. 24 Novemb. 1633 post primum ingressum suum celebrato, bona quocunque titulo nuncupata, post mortuam relicta, in quantum aliquem sacerdotem beneficiatum vel etiam non beneficiatum sine testamento ex hac vita decedere contigerit, quae e praescripto juris can. ad dispositionem eppi devoluntur, pro reparatione ecclae cathed. convertenda decrevit. (Act Cap. vol IV fol. 50. item Act Epp. sub. 27 Novembr. 1633). Porro 1635 ad eppatum Posnam. discedens omnes proventus ex anno gratiae, ad ipsum spectantes, fabriae ecclesiae cathed. donavit (ibid fol. 114). — Annus gratice dicebatur, qui nunc apud nos intercalaris dicitur, quo scilicet proventus iter antecessorem et succedentem in beneficio certa proportione dividebantur.
[7]) Transsumptum decreti dd. Tinecii 20 Nov. 1634 legitur in MS. Chronic. Patris. Capistrani Jurkiewicz. Vid quoque libellum: „Tryumf chwały czyli opisanie koronacyi Najś. Maryi Panny cudami słynącej w obrazie Leżayskim WW. OO. Bernadynów.

Sąsiadowice, salva approbatione Sedis Aplicae conventui Carmelitarum incorporavit. [1])

A. D. 1632 ult. April Sigismundus III R. P. viam universae carnis ingressus est, „princeps, auctore Piase„cio (in Chronica) omnibus pietatis et regnandi virtutibus „consummatas, vultu majestate pleno et toto habitu cor„poris venerando, tamque in adversis, quam prosperis „sibi similis, amans recti, maximeque cultus divini, pro„positi tenax, nisi hoc ipsi magna rerum jactura saepe „constitisset.“ Is primus regum Poloniae Varsaviae residere coepit. [2]) Successit in ejus locum filius Vladislaus IV libera ordinum regni electione, ad quam Firlejus noster nervosa oratione sua (a Piasecio memorata) non parum cooperatus est. [3]) Novus monarcha bellum cum Moscis gloriose gessit. [4])

Anno 1633 in comitiis regni Archieppo Leopol., Premisliensi, Camenecensi, Kijovien., Livoniae et Samogitiae,

---

[1]) Docum. nro. III.

[2]) PPbus Societ. Jesu hic Monarcha impense favit, qui sub ejus regimine per Polon. et Lithuan. dilatati et Ruthenos ad unionem cum S. R. E. permoverunt, et plurimos proceres dissidentes ad ecclam cathol. converterunt, ita ut Sigismundus III qui in regiminis sui auspiciis duos tantum magnates cathol. in Senatu repererat, e vita decedens duos tantum dissidentes ibi relinqueret.

[3]) Vid. Piasecki in Chron. ad an. 1632 fol. 451. — In comitiis electionis 1632 tam Dissidentes quam Schismatici antiquas suas querelas et praetensiones ad aequalitatem juris cum catholicis renovarunt, a quo postulato concedendo sacculares haud alieni fuerant; at Eppi et Rutheni uniti contra hoc protestati sunt, vid. docum. nro. XI, VII, et priores (eppi) electioni Vladislai IV non aliter, quam salvis juribus religionis cathol. subscripserunt.

[4]) Vid. eplam Synodi dd. Varsav. 13 Novemb. 1634, qua gratiarum actiones per totum regnum pro victoriis de Moscis decernuntur, item Act. Epp., ubi encyclica Eppi dd. 5 Decemb. 1634 ad clerum dioec.

ob tenuitatem dotationis concessum fuit, ut in supplementum alia beneficia, praeposituras et Abbatias a regia Majestate impetrare possent, id quod jam ante hujusmodi privilegium non semel practicatum fuisse vidimus. [1])

A. D. 1634 Synodus provincialis Varsaviae celebrata multas utiles constitutiones ecclesiasticas condidit. [2])

A. D. 1635 Henricus Firlej e Premisliensi ad Posnaniensem sedem translatus est; [3]) attamen, priusquam

---

[1]) Vid. libr. constit. synodal. fol. 28.

[2]) Vid. Wężyk. colect. constit. synodal. — In comitiis electionis (1632) saeculares regni ordines antiquas controversias cum statu sacerd. resuscitarunt (de quib. vid. dicta sub. epp. Pstrokoński,) et eppos ad compositionem incundam invitarunt. Eppi difficiles se exhibebant, attamen authoritate neo-electi regis Vladislai IV eo se flecti passi sunt, ut postulata ordinis equestris ad sum. Pontificem deferrentur, atque ejus sententia res decideretur. Georg. Teneczyn Osoliński a Vladislao rege cum notificatione electionis suae Romam ablegatus, cum Urbano VIII de hac materia tractavit e. g. ne monasteria religiosorum nova bona acquirere possent, (praeter haec sc., quae jam possidebant,) ut pretium decimarum ex agris nobilium, in contreversia positarum, moderaretur. (Vid. decretum Papae ad calcem Actor. hujus Synodi prov.) — At vero regni ordines saeculares larga quadam rescripti pontificii interpretatione multa praeter, imo contra voluntatem Curiae Romanae in Comitiis sanciverunt, scil. decretum, de acquisitione bonorum pro religiosis latum, ad totum clerum extenderunt, alterum de decimis etiam ad bona publica et regalia, et ad decimas non controversas de bonis nobilium accomodarunt. Item quoad Summas pecuniae redemptionales (Wyderkaffy) constituerunt: ut bona nobilium censuum inscriptionibus ultra dimidium pretii sui onerari, neque a spiritualibus creditoribus pignoris loco teneri possent. Vid. volum. leg. sub. anno 1635 et Piasecki in Chronica ad 1635 fol. 478. — Contra has arbitrarietates et contra liberum relig. exercitium, Schismaticis concessum, dirigitur protestatio AEppi Leop. Stan. Grochowski et nostri H. Firlej ad Acta terrest, Sochaczoviensia porrecta, quae Act. Epp. vol. XVVI sub 7 Oct. 1637 legitur.

[3]) Capitulo hanc promotionem sibi congratulanti sub. 30 Oct. 1634 ita rescripsit: „Illres et admodum RR. Domini, Domini et fratres plurimum honorandi! To powinszowanie, którym

ad novam sponsam accessisset, cum magno omnium moerore de vitae mortalis statione avocatus est.

„mi WW. Mość poznańskiej nominatiey winszujecie wdzięcz-
„nie przyjąwszy, i za nie WW. MMciom. moim miłościwym
„Panom podziękowawszy, upewniam, że iako nie z żadnego
„fastidium sponsae prioris, którey WW. Mość viva et prae-
„cipua membra iesteście, przyszło mi do tey mutacyey, ale
„isz nie godziło się iusz trzeci raz ultro ofiarowaną łaską
„Jego król. Mci. pogardzać, tak w tymże WW. Mość moi mił.
„Panowie to sobie polliceri o mnie możecie, isz gdziekolwiek
„mię kiedy Pan Bóg mieć zechce, zawsze mi w pamięci hae-
„rebit WW. Mości napierwszych confratrów moich memoria,
„i starać się będę, aby się usługi moie na co przydać mogły
„tak universo corpori WW. Mciów simul sumpto, jako i każ-
„demu z osobna WW. Mciów. moim miłościwym Panom etc.
Eum et hanc et aliaspr omotiones non quaesivisse ipse quoque Vladislaus Rex in Epla occasione nominationis ejus ad Capitulum Posnan. scripta attestatur, scribens: „Ea est generis
„atque virtutis et meritorum ejus amplitudo', tanta in domo
„sua honorum satietas, ut magis jam timeri possit, ne oblatos
„honores respuat, quam dubitari, an maximis dignus, parque
„sit, quod ipsum in deferendo sibi eppatu Posnan. verebamur,
„cum magis nostra et reipubl. interesset ut illi deferatur, quam
„sua, ut acciperet.„ Confirmatio tamen ejus ad eppatum Posn. ultra modum Romae protracta est, et raro exemplo successor ipsius Andreas Szołdrski prius bullas pro epatu Prem., quam ille pro Posnan. accepit. Visis bullis novi Eppi Prem. (20 Sept. 1635) Capitulum ad Firlejum legatos cum epla expedivit, traditionem temporalium postulans,
„cui ille per dictos legatos in hunc modum rescripsit: „Illes
„admodum RR. Domini et fratres colendissimi! I naturze
„i urodzeniu memu wielkąbym krzywdę uczynił, gdybym
„tak postępować miał, jako WW. Mość o mnie rozumiecie,
„suspicując, iż ja maiąc iusz translatię w ręku, taię się z nią
„i onę suprimuię. Nigdym z łaski Bożey chciwy nie był,
„ale pogotowiu takiey chciwości, która się cum sacrilegio
„ledwo nie złącza, nie chciałbym być eus, zwłaszcza sine ullo
„operae pretio, gdysz nierównie większą mam szkodę w bi-
„skupstwie poznańskim ex hac tarditate expediciey moiey, niszby
„mi to nagrodzić przemyskiego biskupstwa kilkamiesięczne
„trzymanie mogło. — Dziwno mi tedy, i prawie zda mi się
„rzecz niepodobna, żeby Jego Mość X. Nominat przemyski
„mógł mieć pierwey expedicyą nisz ia, którą mi dopiero dnia
„dzisieiszego przy bytności Ich Mości od WW. Mciów do

Okolski in orbe Pol. sequens ejus comemorat epitaphium (nescio ubi positum), quod licet nihil minus quam ut styli lapidaris exemplar spectari possit, imo depravatum illius temporis gustum redoleat, tamen hoc loco apponendum ducimus.

Nulla dies sine moerore. Ortus fueram splendidis e parentibus, quos nimirum leopardus illustravit. In juventute moerorem fugiens, vixi virtutis, bonitatis, honesti, literarum, pietatisque alumnus. Aetatem dum quasi virilem attingo, moerorem fugiens Domino altissimo dies devovi, reddidi. Consecratus Levitarum presbyter, Abbas, Eppusque designatus, exemplo, speculo et Lydio omnibus extiti. Altiora praescidit sors, et fluxa in meliora commutavit. Nam gaudia remearunt, cum fugitiva avolarunt. Tertia dum coronandus infula essem ad coelestem remigando coronam viatorem optime precare disidero.

„mnie zesłanych P. Montelupi z Warszawy przywiózł y od-
„dał, iako o tym samże Jego Mość X. Mallery da sprawę
„WW. MM. moim mił. Panom. Cobych był tedy y bez tego
„poselstwa WW. Mciów uczynił, abym sine mora dawał znać,
„że iusz przełożeństwo moie w biskupstwie przemyskiem u-
„staie — affekt iednak braterski ku każdemu z WW. Mciów
„moich miłościwych Panów tenże jest, i będzie zawsze do
„usług WW. Mciow moich miłościwych Panów.— to teraz przez
„Ich Mości oznaymuię WW. Mciom. moim miłościwym Pa-
„nom, pilnie prosząc, abyście pro excusato mieć mię raczyli,
„isz to pożegnanie swoie listownie odprawować muszę, któ-
„rebym rad praesens odprawił, gdyby mi tego słabość zdro-
„wia nie broniła.— W Ciemiernikach 30 Sept. 1635. H. F.
„E. Posnan.“

DOCUMENTA AD EPPATUM ANDREAE SZOŁDRSKI.

I 1635. 29 Octob. Erectio Mansionariorum ad ecclam paroch. Ressov. per Andream E. P. Act. epp.

II 1636. 14 Aug. Effigies B. M. V. dolorosae in eccla Jaroslaviensi Campo — Mariana S. J. miraculosa agnoscitur Ibid.

III 1636. 27 Febr. Approbatur fundatio Jacobi Gembalicki parochi. Pantalovicens pro praebenda promotoris Confraternitatis SS. Corp. Chr. in eccla cathedr. Prem. Ibid.

IV 1636. 7 Jul. Erectio praebendae SS. Aplor. Petri et Pauli in eccla Ressov. per Nicol. de Bobrek Ligęza, Castell. Sandom. haeredem in Rzeszov fundatae" ejusque cum plebanatae in villa Staromiescie unio. Ibid.

V. 1636. 26 Aug. Approbatio confraternitatis sacerdotalis in decanatu Leżayscensi Ibid.

VI 1636. 25 Junii. Approbatio statutorum confraternitt. sacerd. districtus Sanocen. et Krosnen., et dispositio ut omnibus id genus fraternitatibus pro norma serviant. — Ibid.

XXXIV. ANDREAS
De SZOŁDRY
SZOŁDRSKI

STEM. ŁODZIA

E. Pr.

1635 — 1636.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim R. P.
Vladislaus IV.	Urbanus VIII	Joann. Wężyk.

AEpp. Leopol.
Stanislaus Grochowski.

Szołdry villa est palatinatus Posnan., cujus haeredes, alias quoque domini de Gorażdow dicti, Szołdrsciorum cognomen sibi imposuerunt.

Andreas Szołdrski [1]) filius fuit Stanislai, haeredis in Czempin; mater ejus juxta. P. Niesiecki fuit Margaretha Piegłowska arm. Sokola, juxta Acta vero Capituli Cracov. Margaretha Maniecka, ejusdem stemmatis. Quin et ipse Niesiecki alibi adnotat, Maniecios epitheto „de Pigłowice“ usos, et M. Manieciam Stanislao Szołdrski matrimonio junctam fuisse. [2])

[1]) Notitias biograph. de eo continent: Niesiecki, Siarczyński, Łętowski.

[2]) Vid. Art. Maniecki in „Korona polska.“

Studiis Romae absolutis Andreas noster ordinibus s. initiatus vitae publice tirocinium in aula Sigismundi III qua Secretarius transegit. Doctrina, pietate et morum probitate regi multum commendatus ejus filio, Vladislao Sigismundo non solum ut Cancellarius, sed etiam ut consiliarius ac Mentor datus est, ut nimiam ejus largitatem, quae, ne in prodigentiam degeneraret, metuebabatur, dirigeret ac refraenaret. Hoc charactere insignitus assiduus adolescenti principi etiam in expeditionibus bellicis Smolenscensi ac Chotimensi, comes adfuit.

Gratus pro hoc obsequio rex eum opimis beneficiis cumulavit, videlicet praepositura Gnesnensi, Posnanien. et Crusviciensi, decanatu Łoviciensi, Cantoratu Cracov., et Scholasteria Łanciciensi.

Vladislaus IV, vixdum regio diademate inauguratus, ipsum eppum Kijoviensem nominavit (1633). Eodem anno eppatum Cracov. nomine Joannis Alberti regii principis et cardlis ac eppi Cracov., ob ejus minorennitatem administravit, peregrinantem comitabatur, cumque Patavii morte sublatus esset, ejus mortales exuvias in Poloniam reduxit.

In Dioecesi Kijoviensi, schismaticos inter sita, cleri et ecclesiarum penuria laborante, utrique defectui medelam afferre conatus, ac imprimis plures conventus FF. Praedicatorum erexit, quapropter Simon Okolski eum summis laudibus extollit, atque (ut erat panegyricus,) cum eloquentia Ciceronem, prudentia Catonem, consilio Fabium appellat.

E Kijoviensi sede ad Premisliensem A. D. 1635 transiit, [1]) opitulante regio favore mox ad opimiorem migraturus.

[1]) Literae nominationis regiae, et electionis capitularis desiderantur, at cum H. Firlej anno 1634 ad eppatum Posnan. no-

Dum dioecesi nostrae praeesset, disciplinam ecclesiasticam stricte manutenebat, et ab ea deviantes severis poenis coërcebat.[1]) Decani cathedr. jurisdictionem in clerum minorem restrinxit.[2]) Dominicanos et moniales S. Dominici Premislienses auctoritati eppi derogantes, interdicto subjecct.[3]) Pro reformatione cleri Synodum dioeces. celebravit.[4])

---

minatus fuerit (Vid. Acta Cap. vol. IV, fol. 89) omnino verosimile est, Szołdrscium simultanee ad eppatum Prem. fuisse nominatum. Die 11 Octobr. 1635 in persona Stanislai Stramszewicz J. U. D. et Canonici Prem., qua procuratoris sui solenniter fuit. inthronizatus, bonorum vero mensae eppalis administratio nob. Joanni Zelar, Commisario eppi tradita est. (Caeterum cf. dicta sub. H. Firley.) — Anno Dni. 1636 die 10 Maji Sabb. ante fest. Pentecostes ipse Eppus Premisliam advectus ecclam cathedr. solenniter ingressus est, solitumque juramentum statuta observandi emisit.

[1]) Vide acta eppatus ejus, ubi varii clerici ob varios excessus jam beneficiis privantur, jam aliis poenis coërcentur. Inter privatos beneficio occurrit quoque Cantor Collegiatae Jarosl., unde patet, Eppum in justitiae administratione a personarum respectu fuise alienum.

[2]) Vi statuti Ericiani de anno 1390 Decanus cathedr. ordinariam jurisdictionem in Vicarios et in genere in clerum minorem exercebat. Haec potestas Szołdrscio auctoritati Eppi derogare videbatur, quare in Cap. post primum ingressum suum Sab. ante Pentecost. 1636 celebrato eam in hunc modum restrinxit: ut Vicarii cathedr. in causis et actionibus fundi, et si extra domum vicarialem publice deliquerint, non coram Decano, sed coram Eppo vel ejus in spiritualibus Vicario conveniantur, negligentias vero ecclesiasticas Vicariorum, correctionem morum, ac ordinem domesticum Decano dijudicandum reliquit. Contra quod decretum Decanus cathedrali Georg. Grochowski protestatus est. (Vid. Cap. vol. IV, fol. 135 et 213.) — Per translationom Szołdrski ad eppatum Posn. lis haec sopita est, act. sub. Joan. Cas. Bokum denuo revixit.

[3]) Samuel Kurdwanowski uxorem duxit Eleonoram Szczawińska, quae post nuptias ad monasterium Premisl. monialium S. Dominici confugit, viro suo cohabitare recusans. Causa ad tribunal Eppi delata sponsa nolebat citationi obedire. Dominicanis Prem., penes quos directio illius coenobii feminei erat, praetextibus: eam professionem religiosam emisisse, ideo

Varias possessiones sinistra antecessorum oeconomia a mensa eppali discerptas, cum eadem reunivit,[5]) Capitulo multa saluberrima consilia, internum regimen concernentia suggessit,[6]) beneficium paroch. in Radymno,[7]) et

---

jurisdictioni Eppi haud subesse. — Quum ipse Eppus ad rem cognoscendam claustrum monialium adiisset, virgines illae a PP. Praedicatoribus subornatae, Capellam, ubi indagatio assummenda erat, occluserunt. Ob hanc contumaciam ille, praemissa monitione, Conventum utrumque, die 6 Maji 1636 interdicto subjecit. Intercedente P. Provinciali die 5 Junii haec censura relaxata est sub conditione, ut conventa intra 4 septimanas coram iudicio ordinarii sistatur; et pro contumacia condigna satisfactio praestetur. Sed Dominicani Prem. conditioni non satisfecerunt, hinc interdictum sub. 30 Aug. 1636 aggravatum est. Severius certe contra hos Religiosos processiset Szołdrskius, nisi mox ad eppatum Posnan. transiisset, qua opportunitate usi Dominicani, ne ab ejus successore sublevationem petere cogerentur, Sede eppali vacante ad Marium Philonardum, AEppum Avenionen. et Sedis Apl. in Polonia Nuncium confugerunt, a quo sub. 21 Novembr. 1636 absolutionem impetrarunt.

[4]) Celebrata est. inde a 26 Aug. 1636. Scopus fuit: ut labefactata disciplina ecclica pristino vigori restitueretur, eclarum commodis consuleretur, deformes populi et cleri mores, a domo Dei incipiendo, corrigerentur, aliaque omnia providerentur, quae ad bonum regimen juxta S. Canones desiderarentur. Vid. indict. Synodi dd. 16 Jul. 1636. Simul mandat Eppus: ut publicae supplicationes fiant tam pro felici successu Synodi quam etiam ea intentione: ut Deus armatam contra Christianos, inimicam sibi suisque potentiam Tartarorum Turcarumque retundat. Conclusa hujus Synodi non supersunt.

[5]) Nimis faciles se exhibebant antecessores Eppi in conferendis variis privatis personis scultetiis seu advocatiis, aliisve particulis bonorum mensae eppalis. Multa etiam ad tempus concessae, absque prolongatione impetrata contra jus fasque detinebantur. — Szołdrskius huic malo obviaturus in Sess. caplari d. 16 Maji 1636 duos de gremio Capituli eligi proposuit, qui una cum ipso singulas advocatias, earumque privilegia Brzozoviae revideren, et quae contra praescripta S. Canonum vel constitutionem synodal., vel lapsu temporis expirata deprehensa fuerint, communicato consilio revocarentur. Hoc modo plura avulsa revindicata sunt.

advocatiam in Lubatowa [8]) ei incorporavit, pro fabrica ecclesiae mille florenos donavit. [9])

---

[6]) Vid. Capit. p. f. Joan. B. 1636, ubi seq. puncta Capitularibus ab Eppo commendantur: 1) Pacem et concordiam DD. Caplares cum fraterna charitate colant et conservent. 2) Jurisdictioni eppali in nulla re se ingerant. 3) In sessionibus quilibet libere suam dicat sententiam, nec immoderatis aut obstrepentibus vocibus turbetur, antequam finiverit. 4) Rationes, quibus quisque suam sententiam fulserit, a Notario conscribantur, et una cum protestationibus, si quae occurrant, in Actis annotentur. 5) In controversiis decidendis non numeranda, sed ponderanda sunt vota, ubi tamen agitur de commodo vel dispendio particularium personarum etiam uno, dummodo non temere et frivole, sed valore rationum impugnante nihil est concludendum. 6) Ante administratoris sede vacante electionem juxta constitutionem Sprovianam omnes electores juramentum praestent. 7) In procurandis Capituli negotiis more aliorum Capitulorum turnus introducatur. Qui munia et officia sibi delata detrectaverit, ad aerarium Capituli unam marcam argenti mulctae nomine solvat. 8) In domorum optionibus hi, qui in propriis negotiis absunt, vel ad alias ecclas, ubi beneficiati sunt, resident, per procuratorem, quantocyus legitime constitutum optare, seniumve suum deducere non possint, — quod nonnisi his absentibus concedendum, qui ne gotiis ecclae vel Capituli vel dioecesis et cleri totius occupantur. 9) Circa confirmationem capitularem privilegiorum advitalitiorum super bonis eppalibus, scultetis aut aliis advitalibus possesoribus in recognitionem dominii directi, cujus Capitularem, Sede eppali vacante in jurisdictionem eppi succedendo est particeps, Canon seu pensio proporcionata per aliquot florenos ad promotorem fabricae ecclae cathedral. reddenda, imponatur.

[7]) Vid. Act. Cap. 16 Maji 1636. Incorporatio haec facta est pro impinguatione quotidianarum distributionum, salvo jure advitalitio Georgii a Grochowce Grochowski, Decani cathedr. et Parochi Radymnensis. Hac cautela non obstante hic parochus contra actum incorporationis ob defectum certarum formalitatum (nominatim ob omissam publicationem cridae) protestatus est. Propterea decretum ad executionem non pervenit.

[8]) Vid. privileg. Eppi dd. Brzozov. 16 Jul. 1636 in Trzebin. fol. 149. Declarat ibi, se ad honorem Dei et S. Joan. B. augendum. pro frequentiori Capitularium residentia, advocatiam

Effigiem B. M. V. dolorosae in ecclesia campo-Mariana suburbii Jaroslav. examine instituto miraculosam declaravit.[10]) In eccla Ressov. collegium Mansionariorum[11]) et prebendam SS. Petri et Pauli ad altare Rosarii B. M. V. erexit.[12]) Statuta confraternitatis sacerdotalis districtus Sanoc. et Krosn. per se approbata cunctis hujusmodi confraternitatibus pro norma praescripsit, eique recens formatam fraternitatem in decanatu Leżayscensi affiliavit.[13]) Gembalicianam fundationem pro praebenda promotoris confraternitatis SS. Corporis Christi in eccla cathedr. roboravit.[14]) Obligationes ecclae paroch. Krosn.[15]) ex variis fundationibus incumbentes, item obligationes confraternitati litteratorum, et praepositurae hospitalis Brzozov.[16]) inhaerentes, authoritate aplica reduxit. — Oppido eppali Jasliska plura privilegia contulit.[17])

Haec omnia intra annum vertentem peregit, quod qui nesciret, rerum ubertate spectata eum in hac cathedra diutius sedisse censeret.

---

istam nunc ad se devolutam, ad distributiones quotid. annectere et incorporare.

9) Vid. Act. Cap. ex 1636 p. 184 et Alembek in Collectaneis (lib. XXIV) sub. 1 Jul. 1637.

10) Vid. docum. sub. nro. II.

11) Vid. docum. nro. I.

12) Vid. docum. nro. IV.

13) Vid. docum. nro. VI et V.

14) Vid. docum. nro. III.

15) Vid. Act. Epp. sub. 12 Decembr. 1635.

16) Vid. Act. Epp. sub. 12 Sept. 1635.

17) Acta eppatus Pauli Piasecki ex anno 1645 commemorant privilegium Andr. Szołdrski ex anno 1636, quo prohibetur, ne accipiantur foralia a victualibus ad oppidum Jaśliska ex Hungaria invectis, porro privil. ejusdem anni, quo decernitur: incolas de Posada ad onera civilia Jaśliscensia pertinere, denique tertium, quo scultetis in bonis Jaślicensib. libera propinatio cerevisiae et cremati prohibetur, et productio utriusque tantum pro usu proprio permittitur.

A. D. 1636 obiit Anna de Sztemberk, Ducissa in Ostrog, bonor. Jarosław et attinentium domina, pientissima matrona, ecclesiarum singularis protectrix ac benefactrix, cui, (in eccla PP. Soc Jesu ad Stum Joannem sepultae), Praesul noster, assistentibus Capituli deputatis ibidem justa peregit. [1])

Eodem anno Andreas Eppus ad Sedem Posnaniensem transiit, [2]) in qua annos quatuordecem transegit. Paralysi tactus obit 1 April 1650. [3])

---

[1]) In Capit. p. f. Circumcis. 1636 (vol. IV. p. 122) legitur: Ad instantiam Illmi ac Rmi. D. Andr. Szołdrski E. P., nec non Illris ac magnifici D. Palatini Russiae DD. Praelati et Canonici pro sepultura Illmae Dnae Ducissae Ostrog., Palatinae Volhyniae, Jaroslaviam deputant AA. RR. DD. Decanum, Praeptum et Cantorem, quibus commiserunt negotium tractandi ibidem Jaroslaviae cum Illmo R. D. Eppo de anno gratiae, ab Illmo olim et Rmo. D. Henr. Firley de Dambrowica Ep. Prem. dein Posn. pro reparatione ecclae cath. Prem. donato. Inde patet Ducissam sub. finem anni 1635 obiisse. Vid. quae de hac matrona habet Siarczyński in „Obraz wieku Zygmunta III.“ tom. 2, fol. 40. Ejus corpus apud. PP. S. J. Jarosl. ad S. Joannem sepultum est. Testamentum ejus insertum est Actis officialatus Magni de Grochowce Nijowski fol. 600.

[2]) A. D. 1636 fer. 4 post fest. Sti. Michaël Archang. subsecuta confirmatione translationis Andreae E. Prem. ad eppatum Posnan. Capitulum ad electionem Administratoris spiritualium et tomporalium processit.

[3]) Executores testamenti Capitulo pro Anniversario ejus (quod olim 1 April. absolvebatur nunc 23 Maji in communi absolitur) 800 fl. pol. exsolverunt.

Fuit Antreas Szołdrski vir. doctus, ingenii acris, facundiae non vulgaris, rerum ecclesiasticarum et civilium patriae suae optime gnarus, liberalis in ecclesias et egenos, atque honestam hilaritatem cum gravitate pontificali sociare optime noverat. Ob quas dotes et in vita plurimum diligebatur, et defunctus valde desiderabatur. (Ita fere de eo Janocki.)

Inscriptio monumenti ejus in eccles. cathedr. Posnan.

Epitaphium Illmi Domini Andreae Szołdrski Eppi Posnan. *Illum ob praeclara merita Kijov., Premisl. cathedra capere cum non posset, demum Posnaniensis excepit, plane in tempore, cum hispida squallidaq liberali indigeret sponso, Hanc incendio deformatam, ac pene dirutam suffulsit in diebus suis, fundamentis refectis, conclusa fornice, quinque turribus aedificatis, pavimento, organo, imaginibus, majori ara, sacello adornavit, auro, argento, apparamento, omnis generis pretiosa supellectile decoravit et dotavit. Venerab. Capitulum Posnan. inscripto Wielichowo, auctis censibus, donata tota, integraq sua substantia, supra omnes antecessores suos ditavit. In summa: boni pastoris, amantissimi patris oficium praebens adimplevit, omnibus candidus, patriae sincerissimus, pro illa quoque, quoties postulabat occasio, se murum opposuit, sed quae fatorum injuria egit. — Dum majora ac mojora tam ecclesiae meditatur, quam patriae, infesta paralysi ob continuos labores correptus, prima Aprilis mortalitatis ludicrae scenam immortaliter Deo, aeternitatique victurus, serio adimplevit. Vixisset o decori domus Dei zelosissimus antistes! Executores, quod solum restabat, hoc illi exantlatum per annos quatuordecem circa ecclesiam et laborum et sumtuum perenne memoriale posuere monumentum. Vixit annos LXVII menses IV. Dignus immortaliter in terris vivere, in coelo datus, coelo seipsum debuisset.*

DOCUMENTA AD EPISCOPATUM
PETRI GEMBICKI.

I 1627. 25 Octob. Edictum pro Ruthenis in bonis eppalibus ad unionem convertendis. Act eppat.

II 18 Decemb. Fridericus Alembek, paroch. in Żyrawica authoritate ordinaria constituitur Visitator dioeces. Ibit.

III 1638. 27 Aug. Erectio praebendae S. Sophiae in Suburbio Jaroslav., alias „na Podegrodziu“ Ibid.

IV 1650. 23 Martii, Erectio Canonicatus Rafałoviani in Collegiata Jaroslav. Ibid.

V 1641. 7 Januar.— Approbatio fundationis ecclae in Łancut per Stanisl. de Wiśnicz Lubomierski Palatin. Cracoviensem renovatae, erectio Collegii Mansionariorum ad eandem, cum incorporatione beneficii in Żołynia. Act. Epp.

VI 1640. 26 Junii. Petrus G. E. P. approbat privilegia a) Pstrokońscianum super incorporatione villae Cergowa et Jasionka ad mensam Capituli b) Nowodworsianum super in corporationem advocatiae in Cergova,— porro sua ex parte Capitulo incorporat advocatiam in Jasionka idquo pro distributionibus, et pensione deputati capitularis ad tribunal regni.

VII 1641. 10 Jul. — Approbatio fundationis altaris S. Laurentii in eccla Radymnensi. Act Epp.

VIII 1639. ult Aug. Approbatio inscriptionis Sae 500 fl. p. per Nicolaum Iwczewicz, praeptum hospit. in Brzozow. pro augenda dote hujus praebendae. Ibit.

IX 1641. 15 Maji. Erectio 4 Mansionariorum ad ecclam in Pruchnik Ibid.

X 15 Maji. Matthaeus et Joannes Drohojowscy privantur jure patronatus Capellae S. Thomae in eccla cathed. Prem. ob neglectam ejus reparationem. Ibit.

VI. 1641. Varsav. 29 Jul. Petrus G. E. P. acceptat inscriptionem Summae 6.000 f. pol. per Stephan. Sieciński Praeptum Sambor. et Cantor. Premisl. pro fundatione Suffraganeatus Prem. . destinatae, eidemque in spe futurae concessionis Sedis Aplicae beneficium paroch. Vetero — Sambor. incorporat. Ibid.

XXXV. PETRUS
GEMBICKI

ARM. NAŁĘCZ

E. P.

1637 — 1643.

Contemporanei:

Reges Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Vladislaus IV.	Urban. VIII.	Joan. Wężyk † 1638.
		Joan. Lipski † 1641.
		Mathias Łubieński.

Archi. Epp. Leop.

Stanisl. Grochowski.

Petrus Gembicki, [1]) Joannis subpincernae Posnan., et Catharinae Cielecka (stem. Zaremba) filius, primam juventam in scholis patriis contrivit, altiora vero studia in Academiis Italiae, Romae praesertim, tractavit. Ejus patruus, Laurentius Gembicki, Eppus Vladislav., postea Archieppus Gnes., puerum a teneris annis fovit, effecitque, ut consumato studiorum curriculo plura beneficia nancisceretur, nimirum: Decanatum Cracov., Custodiam Gnesn., item Abbatiam S. Crucis. [2]) His beneficiis provi-

[1]) Notitiae biograph. de eo occurrunt apud Niesiecki, Starowolski(in vit. epp. Crac.) Nakielski (in Miechovia,) Łętowski in Catal, Epp. Crac.

[2]) Hac abbatia O. S. B. obtenta praepturam Miechov. resignasse videtur, nam cum hoc titulo amplius non occurrit.

sum dictus Laurentius, (p. t. eppus Vladisl.) Petrum nostrum Romam misit ad limina aplorum suo nomine visitanda, et relationem Sedi Aplicae de statu illius dioecesis faciendam. Reversus patruo, interim ad Archieppatum promoto pallium ab Urbano VIII attulit, quod ei Varsaviae durante Conventu regni solenniter tradidit.

Abhinc munere Cancellarii in curia primatiali fungebatur, mox Sigismundus III eum Regentem cancellariae suae constituit, qui regem in expeditione Moscovitica et in Prussiam comitatus, cum absente utroque Cancellario gravia reipublicae negotia perite superasset, optimam inde famam sibi paravit, et viam ad altiora munivit.

Qua Decanus Cracov. eppatum ejatem Sede vacante bis administravit. Vladislaus IV eum majorem regni Secretarium, suumque ad Ferdinandum II Imperatorem legatum nominavit, praepturam Miechov., postea Abbatiam Tinecensem [1]) ipsi contulit. Tandem anno 1636 cum ad eppatum Premisliensem promovit,[2]) cum jam antea Vicecancellarium, regni fecisset.[3])

---

[1]) Abbatiam Tinecensem cum jam eppus Prem. esset, obtinuisse videtur; nam nec in litteris regiae nominationis nec in bella confirmationis Abbas Tinec sed tantum Praepositus general. Miechow. appellatur. In promotione sua ad Eppatum Cracov. abbatiam Tinec. resignavit.

[2]) In litteris nominationis Gedano dd. 31 Jan. 1616 datis, et Capitulo per Albert. Grabowski, Canonicum Posnan. redditis Vladislaus IV Gembicium vocat virum: „non minus of„ficii praerogativa, avita familia, integerrimisque moribus, „quam numerosissimo virtutum comitatu insignem, qui varias „Reipubl. functiones cum magna prudentiae gloria diu susti„nuit obiitque, de ipsa vero ecclesia, a quo tempore sacrae „isti militiae adscriptus est, bene et fortiter mereri contendit, „sustinendisque variis in ea muneribus ad amplissimum eppa„tus officium ita se conformavit, ut non repente vel impara„tus accedere ad sacrosanctum nomen honoris judicandus „sit.“ (Vid. Acta Cap. vol. IV, fol. 138 seq.) — Electio caplaris celebrata est d. 19 Maji 1636, bulla vero confirmationis electi per Urbanum P. VIII est dd. Rom. 24 Sept. 1636.

Suscepto officio ecclesiam cathedr. et Capitulum, [4]) porro collegiatam Jaroslav. [5]) visitavit, pro dioecesi ovisitanda virum strenuum et expertum Fridericum Alembek, parochum Żuravicensem deputavit. [6]) — Sessionibus Capitularibus scepius praesidens, cum Canonicis varia magnae utilitatis statuta condidit. [7])

Die 5 Novemb. 1636 in persona Georgii Grochowski, Decani Prem. sui ad hunc actum procuratoris, in eccla cathed. festive inthronizatus est, ac bonâ mensae eppalis nobili Joanni Szembek, Capitaneo Miechov., ac Eppi in temporalibus Plenipotenti, tradita sunt. — Negotiis reipubl. occupatus adventum suum Premisliam usque ad an. 1639 distulit, quo die 4 Sept. ecclam cathedr. seleniter est ingressus, et consuetum juramentum de statutis observandis praestitit.

3) Anno 1638 majus regni sigillum cum dignitate Cancellarii obtinuit.

4) Vid. Act. Cap. vol. IV, fol. 343, ubi in Capitulo particulari, d. 11 Aug. 1640 celebrato, Georg. Grochowski, Decanus cathedral. litteras eppales praesentasse legitur, indicentes futuram visitationem, circa prox. fest. S. Bartholomaei Apli (24 Aug.) inchoandam, Praelatosque ac Canonicos monuit, ut pro tempore designato omnes praesentes adesse velint.

5) Acta visit. ecclae cathedr. Prem. et Collegtae Jarosl. in libro „Status ecclar Dioec. Prem.“ per Frid. Alembek consignato, adfuerunt, et una cum illo deperdita sunt.

6) Vid. Acta Synod. dioec. ex anno 1641 cap. 18.

7) In primo ingressu ad ecclam cathedral. d. 4 Sept. 1639 Capitulares hortatus est, ut ad ecclam cathedr. residerent, Capitula particularia quavis hebdomadae celebrarent, porro, ut statutum de praesentandis Vicariis ad effectum deducerent, atque juxta tenorem ejusdem ad vacantes praebendas idoneos Vicarios praesentarent. A. D. 1641 Capitulo in Vigil. festi Ascens. D. praesens interfuit, atque pro majori cultus divini incremento cum Capitularibus haec sancivit: *a)* Ut oomnes et singuli Plati et Canonici diebus Dom. et festivis, quandocumque ad ecclam resident, processionibus, missae summae seu conventuali, et concionibus semper intersint, idque sub privatione sive carentia refectionem illius dei. *b)* Ut juxta statuta quivis Capitularis suum Vicarium habeat, et vacantes praebendae vicariales illico Presbyteris idoneis conferantur, ne ob paucitatem Vicariorum aliqua negligentia circa cultum officiumque divinum committatur. *c)* Ut, quoniam experientia teste familia eccles. in conducendis sepulturis respectivas per-

A. D. 1641 Synodum dioecesanam celebravit. [1]) Unionem Ruthenorum in dioecesi et in bonis eppalibus fer-

---

sonas depactare solet, pro futuro gymnasiarcha (ludi magistater,) cantor cum adolescentibus et campanatores nunquam audeant cum quibusvis personis, praecipue nobilibus, ratione funerum quidqam constituere, ac componere, verum ad procuratorem Capituli p. t. existentem recurrant, qui pro suo arbitrio, juxta conditionem personarum et statuum cum illis compositionem faciet, illi vero conductioni ac conventioni hujusmodi adquiescere teneantur, nec quidquam ultra exigere possint. *d)* Ut summum Sacrum diebus Dom. ac fest, ad majus altare sicut interdum ob absentiam Platorum et Canonicorum practicatum fuit, nunquam intermittatur, et, si quem Caplarem durante septimana sua ex rationabili causa peregre abire contingat, tunc substitutum ad missam sui loco cantandam relinquat. *e)* Ut Canonici in suis curiis et domibus propinationem cremati, cerevisiae et aliorm potuum non exerceant (vid simile vetitum sub. Joan. Wężyk,) idque sub censuris et poenis arbitrariis.

[1]) Acta hujus Synodi extant typis excusa s. t. Synodus Dioecesana Premisl., praesidente Illmo. ac Rmo. D. Petro Gembicki, D. et A. S. gratia Eppo Prem., Płocensi et Miechoviensi grli. Praepto, supremo R. Cancellario in eccla cathedr. Premisl. A. D. MDCXLI dte 13 mensis Maji inchoata, et triduo continuata. Cracoviae ex offiicina Andreae Petricovii S. R. M. typographi A. D. MDCXLII in 4to. — Ex hoc titulo discimus Gembicium jam Eppum Praepturam Płocensem obtinuisse. — E decretis hujus Synodi sequentia excerpimus: *a)* Catholicis parentibus sub poena excommunicationis interdicitur, ne liberos suos ad scholas haereticorum vel schismaticorum mittant. *b)* Tollitur consuetudo — (Ex Italia in Poloniam invecta) — passionem Dominicam et SS. Martyrum velut in scena repraesentandi, contionatoribus vero praecipitur, ut passionem Christi et SS. MM. potius oculis mentis quam corporis exhibeant, magis porro cordis compunctioni et lacrymarum provocationi, quam curiositati et oculorum per talia spectacula oblectationi intendant. *c)* Prohibetur, ne quis, etiam e clero regulari, opus exorcizandi daemones aut curationis morborum aggredi audeat, nisi prius de vita ac moribus aliisque requisitis ab ordinario examinatus fuerit, ac licentiam in scriptis obtinuerit. Talis porro approbatus gratiam sibi divinitus concessam gratis communicet. *d)* Nullae reliquiae ut miraculasae proponendae sine examine et declaratione. Eppi, juxta decretum Urbani P. VIII. *e)* Pro-

vide promovit. [1]) Ad ecclesias Łancutensem [2]) et Pruchnicensem [3]) Mansionarios, ad ecclam collegiatam Jaroslav. novum canonicatum Rafałovianum, [4]) in suburbio Podegrodzie praebendam S. Sophiae, [5]) in eccla Radimnensi altariam S. Laurentii M. erexit. [6]) Parochiam in Siennow

---

hibentur ceremoniae superstitiosae, a Sede Aplica prohibitae, nominatim novi, qui circumferuntur ritus, de 15 auxiliatoribus pro vivis et defunctis S. Gregorii. *f)* Nulla bonorum ecclae locatio valida, nisi contractus ab ordinario approbetur. *g)* Pro defensione ecclae contra injurias et usurpationes malorum hominum in quovis decanatu aerarium decanale formetur *e)* benevolis oblationibus et medietate relictorum post intestatos sacardotes. — In hac Synodo etiam constitutio Georgii P. XV de data Romae 20 Sept. 1621 de conservatoribus regularium, (quam vid. Synod. provinc. 1628 sub. Joan. Wężyk celebr. ad calcem libri) in effectum deducta fuit, et 3 Capitulares designati sunt, e quibus regulares conservatores, coram quibus conveniri queant, eligere teneantur, alioquin nulla cujuscumque exemptionis ratione habita coram ordinario conveniendi.

[1]) In Synodo dioec. art. VIII cunctis sacerdotibus injunxit, ut a Deo schismaticorum conversionem expeterent, et populum fidelem ad preces, hac intentione fundendas, invitarent. Dominis terrestribus, jure patronatus gaudentibus, qui ad ecclas ruthenicas sacerdotes unitos praesentaverint, indulgentias 40 dierum concessit.— Porro, quoniam ad Synodum dioecesanum, quam Athanasius Krupecki, Eppus r. g. unitus Premisl. ac Sambor. Premisliam convocaverat, e bonis mensae eppalis nullus parochus ruthenicus comparuerat, ideo Gembicius per Samuelem Malicki, Archidiacon. cathedr. et officialem suum edictum publicari jussit, quo cunctis parochis ruth. (seu, ut tunc dicebantur, poponibus) in bonis clavis Radimnensis ac Łukawiecensis (nam in clavi Jaśliscensi existentes pridem S. unioni accesserant) sub poena amotionis a beneficiis injunctum est ut sese usque ad proxim. fest. Nativitatis Domini juxta Calendar. Rom. praefato Eppo unito subjiciant. — Vid. Act. Epp. vol. XXIV sub. 25 Octobr. 1637.

[2]) Vid. Act. Epp. vol. XXIV sub. 7 Januar 1641, et Schem. D.

[3]) Vid. Act. Epp. sub. 15 Maj. 1641.

[4]) Vid. Act. Epp. sub. 23 Mart. 1640.

[5]) Ibid. sub. 27 Aug. 1638.

[6]) Vid. Act. Epp. sub. 10 Jul. 1641.

ab haereticis recuperatam catholico rectore providit.[1]) Novum decanatum Mosciscensem creavit.[2])

Jncorporationem villarum Cergowa et Jasionka ad mensam capituli non tantum innovavit, sed ex adjuncta scultetia in Jasionka ampliavit.[3]) Brzozoviensi oppido pro depositorio vini privilegium largitus est.[4])

Curam habuit, ut propter frequentiores epporum in negotiis reipubl. absentias, ad ecclesiam cathedralem Suffraganeatus crearetur cui in complementum dotis beneficium curatum Vetero-Samborien. unire decrevit.[5]) At Sedes Aplica se hoc in puncto ejus votis difficilem praebuit, eo quod fundatio oblata insufficiens appareret.[6])

---

[1]) Vid. Synod. dioec. art. XLI.

[2]) Vid. Synod. dioec. art. XXXIX. Hic decanatus ortus est ex dispartitione Decanatus Premisl. in Premislien. et Mosciscensem.

[3]) Vid. docum. nro. VI cit. — Cessione perpetuae advocatiae in Jasionka Eppus se et successores suos ab onere pensionis pro deputato ad regni tribunal solvendae eliberavit.

[4]) Privilegium huc pertinens dd. 31 Maji 1641 in actis Capit. vol. IV, pag. 382 memoratur, ubi refertur, oppidanos Brzozov. a Capitulo sub. 7 Jan. 1462 confirmationem petiisse.

[5]) Magna dioecesis extensio et crebra epporum (utpote regni Senatorum, non raro etiam aliis muneribus publ. sc. Vice-cancellarii, aut Cancellarii fungentium) ab eadem absentia, pridem necessitatem Vicarii in pontificalib. induxit, quali plurimae dioeces Polonae jam gaudebant. Nemo autem hanc necessitotem magis ursit Gembicio, qui cum regni Cancellarius esset, sponsae suae perraro assistere, et obsequia pontifcalia praestare poterat. Cum tamen ad fundationem Suffraganeatus ut minimum purus aunuus proventus 300 nummorum aureorum requireretur, neque Eppus ob dotis suae tenuitatem de proventibus mensae suae ad hanc fundationem quidquam cedere vellet, Stephanus Sieciński, Cantor Premisl. et Praeptus Samb. Summam 6000 fl. pol. ad eum finem inscripsit, Eppus vero consentiente Vladislao IV in complementum dotis Suffraganei dd. Varsav. 29 Jul. 1641 beneficium paroch. Vetero. Sambor. destinavit.

[6]) Quamvis etiam Synod. provinc. Varsav. 1643 sub. Mathia Łubieński AEp. Gnesn. celebrata apud S. Sedem intercesserit,

Sub ejus regimine Premislia d. 24 Martii 1638 incendio generali vastata, [1]) anno vero 1641 pestilentia afflicta est. [2])

Anno D. 1642 Petrus Gembicki ad eppatum Cracov. transiit, [3]) quem cum annis 15 tenuisset, meritis de utraque republ. plenus [4]) 1657 decessit. [5]) Triennio ante ipse sibi in basilica cathedr. Cracov. monumentum cum verbosa inscriptione posuit. Vera quidem sunt, quae illa praedicat; at virum tam gravem meminisse oportuit regulae Sapientis: „Laudet te alienum, et non os tuum.“ En inscriptionem illam:

---

ut ad ecclesias cathedr. Premisl., Culmen. et Camenec. Suffraganeatus erigerentur (vid. Act. huj. Synod. fol. 36,) erectio tamen Suffraganeatus Premisl. primum sub. eppatu Stan. Sarnowski concessa, et sub. Joan. Zbąski executioni data fuit. De quo infra sermo recurret.

[1]) Visit. Kierski pag. 90 e MS. Frid. Alembek. — Anno superiore 1637 teste P. Kwiatkiewicz S. J. in „Roczne „dzieje“ Premisliae et Żołkiewiae terrae mortus sentiebatur.

[2]) Vid. vol. XXV Actor Epp., ubi fer 2 post f. S. Michaël. Archang. omnes causae et actiones, in quocumque juris gradu pendentes, ob pestem Premisliae ac aliis in locis grassantem, limitantur, usque ad primam juris post fest SS. trium Regum.

[3]) Vid. Acta Caq. post f. Circumcis. D. 1642, ubi ob translationem Rmi. in Christi Pris. P. Gembicki ad eppat. Cracov. Steph. a Siecin Sieciński, Cantor Prem., Administrator in spiritualibus et temporalibus electus fuisse legitur.

[4]) Ejus merita de sponsa Cracov. fuse describit P. Niesiecki et Ill. Łętowski in Catal. Eppor. — Ecclam cathedr. aere texit, majus altare deauravit, pro SS. reliquiis pretiosas thecas, pro reliquis S. Stanislai sarcophagum argenteum comparavit (id quod tamen alii Andreae Trzebicio adscribunt,) thesaurum ecclesiae ostensorio aureo, et argenteis figuris 12 Aplor. auxit. Tempore belli Suecici praedones in submontana regione duce Napierski latrocinia exercentes, milite stipendiario, proprio aere conducto, compescuit.

[5]) De loco obitus certo non constat, nam alii Ratisbonae, alii Brunae in Moravia defunctum volunt, cum legatione ad Imperatorem fungeretur. — Fuit vir doctus, magno patriae, sed non minori religionis amore flagrans, in ecclesias et pauperes

D. O. M.

Petrus Gembicki, Eppus Cracov., Dux Severiae, veteri et illustri Nalencior. gente. Rege Sigismundo III primum Secretarius, dein utriusq Cancellariae Regens, Vladislao IV regni Secretarius major, ad Ferdinandum II Romanor. Impertorem legatus, Pruthenicae, Moscoviticae, Turcicae expeditionum regibus comes, Premisliae antistes, utriusque sigilli, legumque custos, parta apud suos principes fidissimi obsequii gloria, liberata submontanae rebellionis periculo patria, duce turbarum Napierscio capto, templo cathedrali ara majori, corporibus sanctorum, argenteis Divorum statuis ornato, Dioecesi et Episcopatu bonis legibus exculto, hoc demum, nec vivere recusans, nec mori timens, ante fata pie et religiose posterae posuit memoriae monumentum. — A. D. MDCLIV d. IV Id. Octob. ipso natali die, aetatis vero suae LXX.

---

effusse liberalis. „Był to mąż — (ait Łętowski op. cit.) w „rzeczach ekonomicznych biegły dziwnie, a pomimo wojny „i niepokoju w krajn zgromadził skarby wielkie lecz nie od„dał je krwie swojej, jeno Bogu i krajowi. Gorliwości jego „dał piękne świadectwo Urban VIII, a ofiarowanego sobie arcy„biskupstwa przyjąć nie chciał.“ Cracoviam translatus anterioris sponsae suae Premisl. non est oblitus, cui varios apparatus pontificales misit, in Actis Cap. 1651 fol. 748 enumeratos. — Pro fabrica eccliae Summam 500 fl. pol., et totidem pro anniversario legavit, quod olim 22 Aug. — (die, ut videtur, ejus emortuali,) celebrabatur, nunc, Summa fundationis tempore confoederationis Barensis deperdita, die 8 Aug. cum aliis communiter peragitur.

DOCUMENTA AD EPPATUM ALEXANDRI TRZEBIEŃSKI.

I 1643. Varsav. 10 Martii. Vladislaus IV R. P. ad instantiam Alexandri T. E. P. confirmat privilegium per Vladisl. Jagellonem R. P. Capitulo cathedr. Prem dd. apud S. Crucem in calvo monte f 6 in Vig. S. Catharinae V. M. 1424 concessum.

II 1644. Prem. 8. Jan. — Confirmatio renovatae per Andream Const. de Biercza Bierecki fundationis ecclae paroch. in Nowobród, alias Biercza. Act. Eppal.

III 1644. Vilnae 4 Mart. Alexander E. P. ad preces Andreae Podolski, Canci fund: Bakuńczyce, possessiones et obligationes subditorum hujus Canonicatus per deputatos a se nominatos, Fridericum Alembek Canonicum, et Augustin. Lubek paroch. Miżynec., Decan. for. Mosciscensem, regulari disponit. (Act. epp.)

XXXVI. ALEXANDER TRZEBIENSKI

STEM. JASTRZĘBIEC

E. P.

1643 — 1644.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Vladislaus IV.	Urbanus VIII † 1644.	Mathias Łubieński.

Archi-Epp. Leopol.

Stanislaus Grochowski † 1644.

Alexander de Czyżykow Trzebieński [1]) filius erat, juxta P. Niesiecki, Nicolai, juxta Acta Capit. Cracov., Stanislai, et Evae Narajowska, stem. Janina.

Ex ephebis egressus patriae in sago et toga serviit; nam expeditioni Moscoviticae et arcis Smolenscensis obsidioni interfuit, dein primum Notarius, tum Succamerarius Leopol. factus, ab anno 1623 — 1634 in comitiis regni qua deputatus ordinis equestris sedit, variasqua functiones, sibi nomine reipubl. demandatas, solerter adimplevit. Uxorem duxerat Sophiam, filiam venatoris Leopol.

---

[1]) Notitias de eo praebent Piasecki, in Chron., Niesiecki in Korona polska, Łętowski in Can. Cracov.

Ożga, e qua Petrum et Martinum filios genuit. At his in adolescentia extinctis, conjuge item fato erepta, Deo et ecclesiae servire constituit.

Sacerdotio adscriptus, favente Vladislao IV, cui ob egregiam indolem acceptus erat, primum regni Referendarius, Custos Cracov., Decanus Sandomir., Abbas comendatarius monasterii Andreoviensis (ord Cisterc) factus est.

A. D. 1642 reservata abbatia ad episcopatum Premisliensem, [1]) mox etiam ad munus Procancellarii regni promotus est. [2])

Summopere dolendum est, eum in hujate cathedra, quam 1643 occupavit, unum tantum annum exegisse, nam anno sequente mors praematura vitae illius stamina abrupit.

Laicus adhuc tempore interregni post obitum Sigismundi III cum de libero resihionis exercitio Dissidentibus concedendo in comitiis, magna contentione ageretur, praerogativas religionis et ecclesiae catholicae eloquenter tuitus est. [3])

---

[1]) Vid. Piasecki, in Chron. ad h. ann. — Litterae nominationis in Actis Capituli desiderantur. Die 19 Febr. 1643 in persona Stephani a Siecin. Sieciński, Cantoris Prem., inthronizatus fuit, bona autem eppalia ejus sacculari mandatario nob. Christophoro Głębocki tradita sunt, cui anno seq. 1644 dd. Vilnae 11 Martii cum consensu Capituli advocatiam in Radymno contulit. Vid. Act. Cap. vol. IV, fol. 424 467. Die 10 Maji 1643 prima vice ecclam cathedral. adiit, ac consuetum juramentum coram Capitulo praestitit.

[2]) Promotio haec in spatium inter inthronizationem Trzebinii et primum ejus ad cathedram ingressum cadit; nam, ubi ejus inthronizatio commemoratur, Acta ipsum vocant Referendarium, ubi autem primus ejus ad cathedram introitus describitur, jam Vice-cancellarii titulo insignitur.

[3]) Vid. Piasecki in Chronic. ad an. cit. fol. 445 — In hac Apologia ecclesiam catholicam exhibet tanquam grandaevam

Legatus Vladislai IV ad Amuratem, Turcarum imperatorem, prudentiae, facundiae et impavidi animi exemplum praebuit. [1])

In brevi episcopatu suo zelosum et amabilem pastorem se exhibuit, et quamvis ob munus Vice-Cancellarii

---

in hoc regno matrem familias, cui haeresis novella et advena impudenter sese aequare conetur.

[1]) Cum Vladislaus IV Moscos bello premeret, illi Turcas ad arma contra Polonos arripienda instigabant. Igitur Alex. Trzebiński, tum succammerarius Leopol. ad Amurathem Sultanum missus est, ut pacem regni cum eo conservaret. Jam in via non modicae difficultates ipsi exantlandae erant, ut sibi iter CPlim. prosequi liceret; nam Abazy Bascha tunc in Bulgaria cum exercitu consistens, ut legationis suae mandatum coram ipso exponeret, et responsum Imperatoris praestolaretur, postulabat. At Trebinius sibi ad Sultanum legationem esse commissam, nec alteri cuicunque ejus objectum exponi posse, constanter asserebat, quin et per emissarios solertiores CPli. querelam movit, se in itinere ad Imperatorem contra jus fasque detineri. Cum tandem accepta Byzantium veniendi licentia ad publicam Sultani audientiam admissus fuisset, solenni oratione exposuit, se amicitiae et pacis inter Vladislaum IV, Dominum suum, et Sultanum servandae causa missum esse. Respondit barbarus: se utramque regi Poloniae non negaturum, dummodo Mahometis sacra amplexus, sese fulgidae Portae vasallum profiteatur, et munitiones in confinibus regni extructas diruat. Tam indigna propositione punctus legatus dicere non est veritus: *de hujusmodi conditionibus sermonem esse non posse, quamdiu Polonis manus superessent, quibus gladios stringere posseut„ Si Turcae primi aciem explicaverint, Polonos postremos campo cessuros.*“ Magna quoque confidentia et dexteritate eorum, quae non ita pridem ad Chotimum evenissent, mentionem injecit, quae Sultani satellitibus bilem commovit, at ipsummet Amurathem, quantum e vultu hariolari licebat, minime offendit. — Pax non est turbata; nam cum rex paulo post bello Moscico gloriosum finem imposuisset, Turcis non amplius animus fuit, eum bello lacessendi. Qui eventus, licet non tam Trebinii conatibus, quam potius fortunae bellicae adsbribendus sit, negari tamen nequit, cum hanc legationem cum magna sui laude et nominis Poloni honore absolvisse. Vid. Piasecki in Chron. ad anno 1634, fol. 465, et Wassemberg. in historia Vladislai IV R. P.

a sponsa sua plerumque abesse cogeretur, non tamen omni circa eam merito vacuus e vita discessit; nam et privilegii magni momenti, quod A. D. 1424 Vladislaus II Capitulo cathedr. dederat, confirmationem apud Vladislaum IV procuravit, [1]) et gremium hujus collegii Friderico Alembek, viro erudito, in labore indefesso, jam antea de dioecesi bene merito, et postea non pejus merituro, ad ejus commendationem per Vladislaum R. ad Canonicatum promoto, sapienter redintegravit, [2]) et Canonicatum fundi Bakuńczyce, cujus res imprudenti antecedentium possessorum administratione pessumi verant, a ruina salvavit. [3])

A. D. 1643 Synodus provincialis Varsaviae celebrata est, cui Trebinius quoque interfuit. [4]) Anno sequenti

[1]) Vid. docum. nro. I. De privil. Vladislai II, vid. nos sub. Janussio Lubinio.

[2]) Cf. de Alembek dicta sub. P. Gembicki. Perlustrata dioecesi librum „Status ecclesiam D. Prem." elucubravit, in quo singularum originem, jura et possessiones accurate descripsit. Dolendum est, hoc opus, Długossiano beneficiorum libro suppar, deperditum fuisse. — Ad Canonicatum evectus de dioecesi et eccla cathedr. bene mereri non destitit, et inter alia MSS. librum concinnavit, quo omnia eppatus et Capituli privilegia accuratissime descripsit. Hoc volumen in honorem sui benefactoris, Alexandri Trzebiński, E. P. „Trzebinianam" vocavit. De aliis ejus lucubratiunculis vide praefationem ad praesens opus.

[3]) Ad preces Andreae Podolski, Canonici hujus fundi litteris suis dd. Vilnae 5 Martii 1644 Frid. Alembek, Canonicum P. et Augustin. Lubek, paroch. Miżynecen. Decan. Mościscen. qua Commissarios ad indaganda jura et possessiones hujus Canonicatus delegavit, qui singulos tenutarios et emphyteutas adcitarunt, eorumque documentis stricte examinatis, decretis suis definiverunt, quantum quisque titulo census Canonico fundi Bakuńczyce pendere obligaretur. Vid. Acta Officialatus Stephani Sieciński ex anno 1644.

[4]) Celebrata est Varsaviae inde ab 8 Nov. 1643, praesidente Mathia Łubieński AEp. Gnesn. — Conclusa ejus impressa extant Varsaviae typis Petri Elert 1646 in 4to. Vid. quoque Act. Capit. ad anno 1643, pag. 438 sqq.

Vladislaus IV pro reuniendis cum eccla Dissidentibus colloquium charitativum Thorunii indixit. [1]) Vanus labor, eos convincere velle, qui nolunt convinci, ne falsi videantur! Eodem anno 1644 Trebinius Varsaviae animam Deo reddidit, a Dioecesi sua, et cunctis, qui eum noverant, sincere deploratus. [2])

[1]) Conventui praesidebat Georg. Ossoliński R. P. Cancellarius, in cujus locum sub finem successit Joan. Leszczyński, Castellan. Gnesnen. Catholicae ecclae dogmata defendebat Georg. Tyszkiewicz, eppus Sagomitiae, pro Lutheranorum placitis Samuel Guldensternius, pro Calvinianis Sbigneus Gorajski, Castellan. Chelmens. decertabant. Ariani, Catholicis aeque ac Dissidentibus exosi, a disputatione penitus exclusi sunt. Tractatus a 20 Augusti usque ad 21 Novemb. 1644 durarunt; tantum vero aberat, ut Dissidentes Catholicis reunirentur, ut potius animis magis quam antea ab invicem alienatis discederent. Acta hujus conventus theologici prodierunt Varsaviae 1646 in 4to. Vid. quoque Piasecki in Chron., et Kwiatkiewicz in „Roczne dzieje“ ad an. 1645.

[2]) Obiit Varsaviae die 25 Jul. 1644, et sicut Acta Cap. (vol. 485) notant, „universam rempubl. optimo Senatore, Dioece„sim suam vigilantissimo ac benignissimo animarum pastore et eppo viduatam in suspiriis et desideriis, non facile finem habituris, reliquit.“ Eccla cathedr. olim antependium majoris altaris rubrum et auro intertextum e dono hujus Praesulis possidebat. P. Potocki in Centuria clariss. virorum de ipso scribit: „Trzebinium frustra requirat aetas nostra, posteritas „aequabit raro.“ Juszyński in Dictionar. poët. pol. (tom. 2, pag. 262) ipsum quoque poëtis minime vulgaribus accenset, atque ad testimonium Andreae Kanon S. J. provocat, qui in epla, qua Trzebinio poëmata sua dedicavit, ita scribit: „Et sane „geminam illam Poloni Apollinis jacturam, Kochanovium „loquor et Sarbievium, immoderatius ferremus, nisi quod in „illis amissum esset, in te restitutum gauderemus.“ Idem autor et Oden scripsit in laudem poëseos Alexandri Trzebiński. Piasecki conqueritur, cognatos Trzebinii post obitum ejus de proventibus eppatus plus accepisse, quam juxta statutum de anno gratiae eis competeret, et nihilominus varias praetensiones ad bona mensae eppalis formasse, ad quas examinandas aliquot de Capitulo delegari postulat. Vid. Act. Cap. 1647 vol. IV, fol. 613.

DOCUMENTA AD EPPATUM PAULI PIASECKJ.

I 1645. 10 Maji. Approbatio fundationis Valer. Pysznicki, Parochi Hussakov. pro Concionatore confraternitatis SS. Corp. Christi in eccla cathedr. Prem. Act. epp.

II 1645. 10 Julii. Approbatio fundationis Simonis Kuczkowski, parochi in Czyszki pro altari S. Annae in ecla Niżankovicen. et erectio hujus altaris. — Ibid.

III 1645. 23 Mart. Brzozo. — Approbatio privilegiorum oppidi Jasliska. Ibid.

IV 1645. Brzozov. 23 Martii. Approbatio privilegiorum per antecedaneos Eppos oppido Brzozov. concessorum. Ibid.

V 1646. 7 Febr. — Approbatio fundationis Samuelis Malicki, Arhidiaconi Premisl., pro Votiva de Passione Dni in eccla cath. Prem. Ibid.

VI 1646. Brzozov. 10 Aprilis. Instauratio erectionis Capellae Pass. Dni et in arce Kamieniec inferiori. Ibid.

VII 1646. Cros. 5 Novemb. Approbatio fundationis pro altari „Ecce homo“ in eccla Krosn. per Sophiam de Bobrek Skotnicka factae, et erectio Rorantistarum ad idem Altare. Ibid.

VIII 1646. Brzozov. 20 April Dismembratio ecclae in Żołynia ab ecclesia in Łancut, cui eccla in Kosina incorporatur. Ibid.

IX 1647. 30 Octob. Approbatio fundationi Andreae Podolski, Can. cath., pro tertio ministerio ad altare SS. Corporis. Christi in eccla cathedr Prem. Ibid.

X 1648. Brzoz. 23 April. Approbatio fundationis Alberti Porcii de Lanxset, Scoti, pro praebenda concionatoris ordinarii in eccla Krosn., et erectio dictae praebendae. Ibid.

XI 1648. Brzozo. 4 Febr. Ecclae parochiali in Giedlarowa decimae novales de praediis in Brzóza et Bidaczow ceduntur. Ibid.

XII 1649. Brzozov. 10 April. Confirmatio privilegii Val. Herbort Eppi Pr. dd 1 Sept. 1562, quo communitati Ruthenorum in Radymno certus fundus pro aedificanda eorum ecclesia donatus fuit. Ibid.

XXXVII. PAULUS
PIASECKI

ARM. JANINA

E. P.

1645—1649.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim. R.
Vladislaus IV.	Innocent X	Mathias Łu-
Joann. Casim.	1644—1655	bieński

Archi-Eppus Leopol.

Nicol. Krosnowski 1645 — 1653.

Piaseciorum familia teste Niesiecki primitus Janowsciorum nomen gerebat, acquisita vero villa Piaseczno, in districtu Radom., ab ea agnomen mutuata est.

Paulus Piasecki [1]) parentem habuit Sebastianum et Catharinam Gromadzka armorum Ostoja. Prima studia in patria peregit. Adolescens 17 annorum Pragensem Academiam adiit, inde Romam commeavit, ubi theologiae et juri canonico cum magna sedulitate operam dedit. Fuit in Urbe 1599, dum Clemens P. VIII magnum Jubilaeum aperiret.

---

[1]) Notitias de Piaseeio praebent: Niesiecki, Siarczyński, Lętowski in operibus saepe citt.

Reversus ad domesticos penates protectorum nactus est Laurent. Goślicki, tunc jam eppum Posnan., [1]) a quo Canonicatum in eccla ejus cathedr. obtinuit.

Post fata sui benefactoris studiorum causa Romam repetiit, ubi laurea doctoris in jure utroque redimitus, a S. Pontifice Protonotarius Aplicus creatus est. In reditu suam „Praxin eppalem“ Venetiis 1611 prelo subjecit.

A supremo r. Mareschallo Myszkowski recommendatus inter Secretarios regios assumtus est, et cum styli nitore prae caeteris polleret, Sigismundo III a scribendis epistolis fuit. Gratiae regiae fructus erant plura beneficia Canonicatui Posnan superaddita, scil. Archidiaconatus Varsav. et Lublin., Praeptura Caliss. et Canonicatus Sandomir. 1624 post Joann. Wężyk, ad eppatum Posnan. promotum, Abbatiam Claraetumbae (Mogiła) accepit. Nomine Joannis Alberti et Caroli Ferdinandi, regiorum principum, episcopatus eorum, Varmien. et Wratislaviensem administravit.

A. D. 1627 factus est Eppus Camenecensis.

Post obitum Sigismundi III magnam turbam in se concitavit, cujus haec fuit occasio. Vladislaus IV R. P. mira venustate Elisabethae, filiae Friderici, electoris Palatini ad Rhenum, captus, matrimonium cum ea contrahere gestiebat. Obstabat cultus diversitas; nam sponsa Calvini dogma sequebatur, cui nullo modo renunciare vole-

---

[1]) Inter specimina bonevolentiae hujus Praesulis erga Piasecium illud non postremum est, quod morti proximus MSSta. sua ipsi donaverit. Unum ex illis acquirivit bibliotheca Załuskiana s. t. „De haereticis discursus, exercendi animi causa coeptus“ et cum tali subscriptione: „Mors patroni faventissi„mi Illmi Laur. Goślicki E. Posn. die ult. Octobr. in anno „D. 1607 incidens, filum praecidit, meque variis jactandum „calamitatis procellis reliquit. Utinam datum fuisset comitari patronum! Paulus Piasecki. Canonicus Posn.

bat. Ex hoc capite regis consilium catholicis Senatoribus et ordini equestri, maxime vero eppis, displicuit. Solus Piasecius, Alexandri regis exemplum allegans, qui Helenam schismaticam, M. Ducis Moscoviae filiam, uxorem habuit, honesto regis amori connivendum censuit, cum experientia teste coarctatio regiae libertatis in uxore ducenda semper noxia fuerit, et non semel extinctioni prosapiarum regiarum ansam praebuerit. — Propter hanc sententiam antistes noster multum vapulavit,[1]) rex vero majori parti sese accommodans, mutato consilio Caeciliam Renatam, Ferdinandi II Rom. Imp. filiam, uxorem accepit.

Anno 1640 Piasecius transiit ad eppatum Chełmensem, inde vero 1644 ad Premisliensem progressum fuit.[2])

[1]) Calumnia est Piasecium spe pinguioris eppatus ductum votis regis velificatum esse; nam nec 1635 eppatum Posnan. obitu Henrici Firlej, nec sequenti eppatum Premisl., promotione Andreae Szołdrski vacantem, obtinuit, sed primum 1640 Chełmensem accepit, ex quo tandem ad Premisliensem gradum fuit.

[2]) Litterae nominationis regiae sunt dd. Cracoviae 8 Aug. 1644, in quibus Vladislaus IV Piasecium tali encomio decorat: Deliberantibus nobis, quemnam in locum nuper defuncti „R. in Christo Pris. Alex. Trzebiński E. Pr., Pro Cancelar. „R., substitueremus, Dominationibusque Vris. proponeremus, fa„cile in oculos Nostros incurrit non tantum emerita virtus, „eximia pietas, singularis eruditio, sed et anteacta in eppatu „Camenecensi ac Chełmensi vita Rdi. in Christo Pris. Dni. „Pauli Piasecki E. Chełm., Abbatis Claraetumbae, de ecclesiae „Dei, deque olim divae memoriae serenissimo parente nostro, „nobisque et tota domu regia nostra optime promeriti, cujus „sive vetustam stirpis nobilitatem consideramus, sive raras „animi et ingenii dotes modestiae sociatas pensamus, sive con„tinuos pro republica, et eccla Dei exantlatos labores, in quibus „prope consenuit, revolvimus, sive denique res non minus docte „scriptas, quam gloriose et praeclare per eum gestas, trutinamus, „iis omnibus dotibus, tam a natura, stirpe, indole, quam a me„ritis et virtutibus eum abundare videmus, quas ad ornandam

Fuit vir eruditus, lucubrationibus suis litterariis optime notus [1]) nec minus pastor zelosus, qui praxin eppalem, quam pro aliis instruendis elaboravit, ad regimen sui gregis prudenter applicabat.

En praecipuae ejus in hac Sede gesta:

„tuendamque non solum hanc dignitatem, sed et majorem „quamque in ecla Dei praeminentiam et functionem necessa„rias judicamus.“ (Vid. Act. Cap. vol. IV fol488, sq.) Die 3 Decembr. 1644 ab Innocentio X confirmatus. 3 Febr. 1645 in possessionem spiritualium in persona Joannis Skrzyński, Canonici Chełm. Praepti. Mielec., solenniter introductus, 21 Febr. 1646 Premisliam advenit, a Capitulo et numeroso populo, qui in occursum ejus festiva processione exiverat, cum laetitia exceptus, in assistentia multorum nobilium tam Senatorii, quam equestris ordinis et inter tormentorum fragorem ad ecclam cathedralem deductus, praescriptum juramentum de statutis hujus eccliae observandis praestitit. (Ibid. f. 532—538.)

[1]) Praeter opus canonicum s. t. „Praxis episcopalis“ a nobis supra cit., ob praestantiam saepius, videl. Venetiis 1613, Coloniae 1615 et 1620, Cracoviae 1627 et 1643 recusum, scripsit etiam opus historicum s. t. „Chronica gestorum „in Europa singularium“ in quo gesta inde a tempore Stephani Bathorei R. P. usque ad Sigismundum III contractius, eventus vero, post coronationem hujus monarchae secutos ab anno 1588 usque ad anno 1645 fusiori calamo exponit. Prima editio lucem vidit Cracoviae 1645 fol., altera ibid. 1648, tertia Amstelodami, sine loci et anni indicio, cum observationibus ad calcem adjectis, quibus quedam loca, ubi author de rebus Gallicis et Belgicis tractans, a veritate aberravit, rectificantur. Opus hoc Piasecius calamo tantum describi nec nisi familiaribus suis patere voluit; at bibliopola Cracov. Franc. Caesarius, in cujus manus MS. inciderat, nefas esse duxit, illud publico usui subtrahere, inscioque auctore illud proelo subjecit. Praefatio directa est ad Jacobum Piasecium, Coadjutorem auctoris in Abbatia Claraetumbae, et e fratre nepotem, cui instituti sui rationem breviter exponit. Hoc libro Piasecius qui jam olim, eo quod connubio regis cum filia electoris Palatino — Rhenani faveret multorum invidiam incurrerat, plurimorum contra se odia concitavit, qui non tantum ipsum, quoad vixit, variis modis divexabant, sed et defuncti familiam persequebantur. At posteri aequiores judices Piasecium, qua candidae veritatis amatorem, melioris notae historicis accensent, ac praesertim eam partem, quae Sigismundi III tempora

Ecclesias Dioeceseos per delegatos lustravit,[1]) excepta Krosnensi, quam personaliter visitavit, et incendio pollutam reconciliavit,[2]) capellam vero ejus cum altari SS. Petri et Pauli Aplor. consecravit.[3]) In eadem ecclesia Krosn. altare „Ecce homo“ cum Collegio Rorantistarum erexit.[4]) Parochiae in Giedlarowa dotem decimis novalibus de praediis in Brzóza et Bidaczov melioravit,[5]) beneficium in Żołynia ab eccla in Łancut separavit, ejus loco vero praepto Łancutensi beneficium in Kosina incorporvit.[6]) Innovatam fundationem Capellae in arce Kamieniec inferiori approbavit,[7]) privilegium Herborthianum pro eccla Ruthenorum in Radymno renovavit,[8]) eique de pastore cum S. Rom eccla unito providit.[9]) Executionem

complectitur, magni faciunt. Non tamen omni naevo auctor caret, ac praesertim PP. S. J. interdum justo iniquior est.

[1]) Vid. in Actis ejus edictum dd. 12 April. 1646, ubi visitationem eccl. indicit, ad calcem voluminis autem operata visitationum peractarum.

[2]) Reconcilatio haec 3 Novemb. 1646 subsecuta est. (Vid. Act. visit. cit.)

[3]) Vid. visit. cit. Capella haec fundata est a Roberto Porcio Lanxset, gente Scoto, mercatore et S. R. Majest. servitore, qui idem et Concionatoris praebendam fundavit. (Vid. docum. nro. X.)

[4]) Vid. docum. nro. VII.

[5]) Vid. docum. nro. XI.

[6]) Vid. docum. nro. VIII.

[7]) Vid. docum. nro. VI.

[8]) Vid. docum. nro. VII.

[9]) Vid. Acta eppatus ejus sub. 15 April. 1645 ubi haec leguntur: „Wiadomo czynimy obywatelom miasteczka naszego „Radymna religii greckiey, isz zachowuiąc przywileie staro-„dawne, wedle których mają być podawani Popi do Cerkwi „w tymże Radymnie będących, i zapobiegaiąc nierządom, co „po ten czas Popi biegunowie do nich nieporządnie wcho-„dzili i nieporządnie one sprawowali, sacrilegia i święto-„kradztwa czynili, przedaiąc i tracąc ich srebra i ochędostwo „sprawione od parafianów Bazylia Popa urodzonego w Ra-„dymnie, który nam wprzód przysiągł posłuszeństwo, i uczy-„nił przed nami wyznanie wiary katolickiey, że nie inaczey „wierzy i uczyć będzie, jedno wedle nauki katolickiey, i że

constitutionum synodalium quoad bona ecclesiastica,[1]) et contra Judaeos latorum[2]) ursit. Privilegia oppidorum ep-

„zwierzchności Władyki Sylwestra Hulewicza nieuniatskiego „nie będzie przyznawał, ale samey naszey zwierzch- „ności podlegać będzie, jako jedyny dziedziczny tey cer- „kwi podawca podaliśmy mu na przedmieściu Radymskiem „cerkiew do trzymania i rządzenia, także i drugą cerkiew, „która jest w tymże miasteczku poleciliśmy mu do zawia- „dywania, aż drugiego Popa obmyślim do niey, jeżli ten sam „obrzędom iey nie podoła, albo do upodobania naszego.“ — Ex quo concludendum videtur, Premisliae tunc nullum eppum ruthen. unitum adfuisse, adeoque Athanasium Krupecki, cujus obitum Schematismi Ruthenor ad annum 1651 reponunt, anno 1645 jam in vivis non fuisse.

[1]) Magnus abusus irrepsit, ut Eppi, praesertim obtenta ad aliam sedem nominatione, minores bonorum mensae particulas e. g. advocatias, hortulanias, molendina et simila saecularibus clientibus suis conferrent; cui malo mederi intendens Synod. provinc. Łubienskiana ex anno 1643 decreverat: ut privilegia super hujusmodi bonis ab AEppis vel Eppis, etiam cum consensu Capituli data nulla sint, ac eorum successoribus sic alienata reposcere liceat, nisi si collatio AEppi vel Eppi et Capituli consensus 20 saltem diebus mortem vel translationem conferentis praecesserit. Hac lege nixus Piasecius cuncta vasallorum eppatus Prem. privilegia strictae revisioni subjecit, quo facto nonnulla ex eis acceptavit, alia vero uti expirata, aut origenetus robore carentia, sustulit et abrogavit. (Vid. libr. Cap. ex anno 1546.)

[2]) Decreta contra Judaeos, vid. in libro constit. synodal edit. Wężyk ex anno 1630 fol. 265, 266, 268. Piasecius edicto vetat: ne Judeaei pueros, ancillas, feminas Christianas, praesertim nutrices aut obstetrices in domibus suis famulatus, servitii causa aut alio quovis praetextu teneant, — magistratibus locorum sub poena interdicti observationi hujus ordinationis advigilare praecipit, Christianos vero, Judaeis famulantes, ab ingressu in ecclam et Sacramentorum susceptione arceri jubet. Nihilominus tamen inter privilegia a Piasecio collata deprehendimus unum dd. Brzozov. 19 Febr. 1646, quo infideli Judaeo Abrahamowic facultatem dat, emendi aream in oppido eppali Radymno, in eaque domum de ligno vel cocto latere, non tamen in circulo oppidi, sed in aliqua platea aedificandi, cum libera propinatione liquorum, videl. cremati, cerevisiae ac mulsi more aliorum oppidanorum Radymn., ea tamen conditione: ne subditis eppalibus pecuniam ad usuram det. —

palium Brzozow [1]) et Jasliska [2]) roboravit. — Fundationem Malicianam pro Votiva Passionis Dni in eccla cath. approbavit, [3]) praebendam concionatoris confraternitatis SS. Corporis Christi [4]) et altariam Podolscianam [5]) ad eandem ecclam cathedr., in Niżankowice vero praebendam S. Annae [6]) erexit.

Ejus temporibus, et ipso ratihabente, Capitulum cathedrale habitum mantoletti, more aliarum in Polonia ecclarum cathedr. assumsit. [7])

Hic videtur fuisse primus Israëlita ad hoc opidum admissus, nam antea nullum ibidem Judaeorum vestigium deprehenditur. Nunc Radimna Judaeis, posteris illus Abrahamidae, scatet.

Ordinationes Capitulum concernentes, quas auctor MS. vit. Epp. Prem. Piasecio attribuit, non sunt illius, sed a Capitulo durante ejus eppatu proprio marte conditae sunt.

[1]) Vid. docum. nro. IV et Acta Cap. de anno 1646 vol. IV, fol. 559.

[2]) Vid. docum. nro. III, quo immunitates ab antecessoribus suis Pstrokoński, Firlej et Szołdrski concessas confirmat.

[3]) Vid. docum. nro. V Act. Cap. vol. IV, fol. 570 seq. Votiva haec nunc quoque quavis fer. 2 absolvitur.

[4]) Vid. doc. nro. I. Fundator fuit Valerian Pysznicki, Paroch. Hussakov. — Concionator ille quavis fer. 5 ante Votiv. de SS. Sacr. sermonem habere, et populum ad devotionem erga SS. Eucharistiam animare tenebatur.

[5]) Vid. docum. nro. IX. Praeter hunc praebendarium altare hoc duos alias habuit ex fundatione eppornm Dziaduski et Wężyk.

[6]) Vid. docum nro. II.

[7]) Capitulares in majoribus festis officio divino cappati i. e. cappis seu palliis longis, absque manicis, induti assistebant. E palliis, pro quotidiano usu decurtatis, orta sunt dalmutia, seu almutia. Tam pallia, quam almutia pro usu hyemati pellibus subducebantur, serius mos invaluit palmutia e pellibus, subducebant, serius mos invaluit dalmutia e pellibus, praesertim armelinеis, conficiendi, unde caprcolae (Kozki) dicebantur. (Vid. Acta Cap. ex anno 1543.) — In Capitulo generali pro fest. Circumcis. D. 1645 celebrato conclusum legitur: „DD. Plati et Canonici considerantes, minorem clerum „eundem habitum cum Capitularibus passim deferre, nec „ulla jam in habitu diversitate discerni, tum ob alias ratio-

Tempora Praesulatus ejus, quoad Vladislaus IV vixit, pacata erant, [1]) at Rege fatis sublato, [2]) Cosaci duce Bohdano Chmielnicki seditionem moverunt, Russiamque rubram ingressi, contra catholicos et ecclas latinas immanissime saevierunt. [3]) Premislia ipsa, ab hoste obsidione tentata, singulari providentiae divinae auxilio periculum evasit. [4])

---

nabiles ac magni momenti causas, praesertim, ut inter capla„res personas habitus uniformitas habeatur, et cum aliis „Capitularibus aliarum ecclesiarum cathedralium, Premisliensi „inferiorum, vestium aequalitas observetur, concluserunt: ut „omnes et singuli DD. Caplares quamprimum mantoletta sibi „parari curent, eisdemque perpetuo intra et extra dioece„cesin, tam privatim quam publice utantur, nulla tamen „facta mutatione habitus ecclesiastici solennis, ut vi„delicet. superpellicea et dalmutia retineantur in usu ec„clesiastico pro more antiquo secundum praescripta capitula„rium statutorum.“ Statutum hoc Piasecius in suo primo ingressu d. 22 Febr. 1645 approbavit, simulque bona post clericos intestatos relicta fabricae ecclesiae addixit. Ex his patet, intentionem Capituli fuisse, ut Canonici, quo a clero minori in vestitu different, extra ecclam et cultum divinum mantolettis— (quorum usum Canonicis ecclarum collegiatarum et gratialibus permissus non fuit) — uterentur, in eccla vero dalmutia et superpellicea antiquo more gestarent. At pedentim dalmutiorum et capparum usus penitus exolevit.

[1]) Causa principalis motuum Cosaticorum fuit oppresio religionis et ecclesiae graecae non unitae per nobilitatem polonam. Vivente Vladislao IV Cosaci a rebellione sese continebant; nam ipsum regem genti ruthenae et avitis ejus ritibus satis aequum esse persuasum habebant, injurias vero, violentiasque, quibus afficiebantur, rege invito sibi inferri noverant. Accedit, quod victoria Vladislai IV de Moscis reportata, Cosacis quoque reverentiam ac metum incusserit.

[2]) Obiit Merecii in Lithvania die 20 Maji 1648.

[3]) Ea occasione sacerdotes latini, et Judaei a barbaris immanissime trucidabantur.

[4]) Fer. 6, die 6 Novembri 1648, Cosacorum legiones duce Kapustyński Premisliam adortae sunt tota circumquaque regione praevie caedibus, rapinis, incendiis vastata. Exercitus, hostilis perquam numerosus fuit, et rusticorum ruthenicorum qui se ei associabant, accessione continuo crescebat. His tur-

Obiit Piasecius 1640 Claraetumbae, ubi et sepultus quiescit. [1])

bis civitatem irruentibus exigua militum manus, quae Premisliae stationem habebat, duce Vice-Capitaneo Premisl. fortiter resistebat, ast impetum tantae multitudinis diu sustinere haud valuisset. Igitur obsessae urbis incolae, humanis viribus diffisi, Divorum patrocinia ardenter implorabant. PP. S. J. eos, ut B. Stanislai Kostka opem flagitarent, enixe hortabantur. Populus his invitationibus tam lubenter morem gerebat, ut etiam Judaei clamarent: „Stanisławie Kosto, ratuj nas!“ Et revera, cum in summo discrimine civitas versaretur, auxilium insperate supervenit. Franciscus Carolus Korniakt, bonorum et arcis in Sośnica dominus, cum lecta armatorum manu hostem a tergo aggressus, phalanges Cosacor. dissipavit, ipsoque Kapustyńskio cum primariis, bellatoribus caeso, urbem obsidione solvit. Vexilla ea occasione Cosacis erepta Korniaktus in eccla cathedrali trophaei loco appendit. (Vid. Act. Cap. ex anno 1657 vol. IV fol. 927.) Pro tanto divinae providentiae beneficio Frider. Alembek, Canonicus et Officialis Eppi per omnes urbis ecclesias successive devotionem gratiarum actoream celebrari, et tertium depositiones super mirabili auxilio civitati, in summis angustiis positae, ad intercessionem B. Stanislai Kostka divinitus misso, in Actis connotari disposuit. (Vid. volum. XXVIII Act. Eppal. sub. 11 Januar. 1649.) Acta Archiconfraternitatis sac. Krosn. et Sanocen. praeterea adnotant sub. episcopatu Piasecii oppidum Jaśliska, Żmigród, Lesko et Nowotaniec pestilentia fuisse afflictum.

[1]) Ad finem vol. XXVIII Act. Consist. sequens legitur adnotatio: „Finiunt Acta A. R. Frid. Alembek S. T. Dris. et sub. Praesulatu Illmi ac Reverendisimi D. Pauli Piasecki, „D. et A. S. gratia E. P., Abbatis Claraetumbae, quem, „optimum Senatorem, ecclarum et cleri amantissimum pontifícem, in coenobio Abbatiae suae ad claramtumbam tunc „temporis agentem, divinae voluntatis beneplacitum ab humili „hac lacrymarum et mortalitatis valle ad locum aeternitatis „evocavit, die Xma mense Augusti anno sal. 1649, aetatis au„tem 70 currentibus.“ Initio voluminis agglutinata cernitur chalcographica Piasecii imago, cui dictus Alembek manu sua talem adjecit subscriptionem: „Effigies proxime vera Illmi „ac Reverendisimi D. Pauli Piasecki, D. et Apl. S. gratia „Eppi Prem., Abbatis Claraetumbae quem virtus ita sibi pro„prium vindicavit, ut nullas in eo fortunae partes reliquerit.“ Fuit vultu austero, virtutis et veritatis amator rigidus, disci-

In eccla monasterii Claraetumbae Simon Starowolski sequens legit ejus epitaphium:

Anno Christi MDCXLV, Jnnocentii P. X. primo, aetatis meae LXVI ego Paulus Piasecki, eppus Premisl.,

---

plinae ecclessiasticae vigilans custos, non tamen sine indulgentia erga imbecillitatem humanae naturae. Pietatem viri et orthodoxae fidei zelum temperabat erga errantes tolerantia. Domus ejus hospitalis fuit, at mensa frugalis. Subditis verus pater erat, egentibus nunquam auxilium negavit. Non tantum fratris sui Remigiani, camerarii Sanoc., filios egregie educavit, (e quibus Jacobus, Abbatiae Claraetumbae coadjutor ipsi praemortuus est, Remigianus ecclae catedr. Premisl. Cantor fuit,) sed et alios bonae spei juvenes, nobili genere ortos, ac studiis operam navantes de mensa sua alebat. Horas succissivas operibus pietatis et laboribus pontificalibus subtractas, litterarum studiis impendebat. Munia et dignitates non affectabat, iis vero, quae non quaerenti sponte obtigerant, ad ecclesiae et patriae emolumentum quam optime fungi satagebat. — Oratione funebri laudatus est a Floriano principe Czartoryski tunc Canonico Cracov., et a Stanislao Zyznowski, Professore Academiae Cracov., cujus panegyricus „Bonus patriae „Senator et antistes“ Cracoviae 1649 typis excusus est. Capitulum cathedr. in epla ad Innocentium P. X de ejus obitu ita scribit: „Amisimus eppum, cujus vitam et pastoralem cu„ram ita nobis summa consumataque virtutum perfectio con„diverat, ut aetate, quantam primi mortalium vixere, dignis„simum judicaremus. Sed alia divini decreti fuit sanctio, e „qua pietati nostrae, gratam optimi parentis memoriam reco„lenti, nihil reliquum superest, quam tristes lacrymae.“ (Vid. Act. Cap. vol. 683.) Acta Eppalia (vol. XXX, fol. 60) continent transumptum testamenti ejus, die 13 Junii 1649 Claraetumbae scripti, quod hunc in modum inchoat: „Ego pecca„tor Paulus Piasecki, E. P. Abb. claraetumbae, cum dudum „pertaesus vitae, quam anxiam semper duxi, a primis pueri„tiae annis omnia humanorum malorum perpessus, laboribus „curisque duris exercitatus, infortuniis, malevolorum persecutio„nibus paene supra vires gravatus, ac perpetuis invidorum „odiis, nulla ansa data, pressus, fereque oppressus, mortem „inter tam saevas vitae meae procellas tutissimum portum „desideravi, et cum sapiente beatiores eos, qui moriuntur, ma„gisque, qui non nascuntur constanti semper tam in adversis,

Abbas Mogilae post duros labores a prima aetate in litteris inter angustias, in aula Sigismundi III R. P., cujus arcana, et ejus filiorum, Joannis Alberti Varmien., Caroli Ferdinandi Vratislav. episcopalia, feliciter curavi, inter aemulationes acerbas in eppatibus Camenecensi, Chełmensi, Premisliensi, inter lucubrationes, curasquae anxias exantlatas hic locum quietis mihi paravi. Hem! praecessit huc, qui longe subsequi debuisset Nepos, reverend. Jacobus Remigiani Piasecki, abbas Mogilae designatus, Praeptus Chełm., Regis Vladislai IV Secretarius, Lublini, dum in tribunali regni judicis deputati munus agit, extinctus febri XI maji hujusce anni, aetatis XXX. Magna spe frustratus suos majori moerore replevit.

„quam in prosperis (licet haec vix gustaverim) sententia af-„firmavi, ideoque quotannis testamentum scripsi, quod nunc „recudo.“ Non dives obiit. Remigianum, Cantorem Prem., haeredem scripsit universalem, ita tamen, ut haereditatem, praesertim bona immobilia, ad membra familiae, pro majori minorive cujusque exigentia, transmitteret. Capitulis Camenecensi et Chełmensi singulis 1000 fl. pol. pro anniversario assignat, Varsaviensi 500 fl. pol. Capitulo vero Prem., si primo, secundo aut tertio trimestri mori contingat, omnes proventus ex anno gratiae massam suam concernentes, addicit, si vero ultimo quartali e vita discesserit quo in casu totius anni fructus ad massam defuncti spectabant,) 2000 flor. pol. pro Anniversario enumerari jubet, reliquum haeredibus destinat. In eccla monasterii Claraetumbae majus altare, et scamna eidem proxima sumtu massae suae deaurari disponit. Executores constituit: nepotes suos Regimianum et Petrum, quibus e Capitulo Prem. adjungit Samulem Malicki, Archidiac. et Frid. Alembek, Canonicum ac officialem suum. Anniversarium ejus in ecclesia cathedr. olim durante Cap. generali post fest. S. Joan. B. absolvebatur, nunc d. 8 Augusti cum aliis in communi persolvitur.

DOCUMENTA AD EPPATUM
JOANNIS ZAMOYSKI.

I 1660. 18 Jun. Approbatio privilegiorum oppidi eppal. Jaśliska. Act. epp.

II 5 Jul. Erectio altaris S. Thomae et praebendae ad idem in eccla par. in Staromieście Act. epp.

III 1651. Brzozov. 3 Jul. Parochus in Krolik ab oneribus dominicalibus ex agris per Adam. Nowodworski E. Pr. ecclesiae donatis, liberatur. (Vis. Sier.)

IV 1654. 28 Jan, Mathias Sielski, Pleban. Fulstin. et Jacob. Zasański pleban. Wojtycensis, constituuntur Comissarii eppales pro consignandis juribus et proventibus ecclae in Dublany, privilegiis ejus per Tartaros crematis. Act. epp.

XXXVIII. JOANNES
B A P T.
ZAMOYSKI

STEM. JELITA

E. Pr.

1650 — 1654.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim R. P.
Joan. Casimir.	Jnnocent. X. † 1655.	Math. Łubieński † 1652 Andr. Leszczyński.

AEpp. Leopol.

Nicol. Krosnowski † 1653.
Joann. Tarnowski

Joannes Jelita Zamoyski, [1]) Joanne Castellano Chełmensi et matre Wisniovecia progenitus, adolescens ordinem FF. Praedicatorum ingressus est (1615). Studia theolog. Romae absolvit, ibidemque doctoris S. theologiae gradum emeruit. Cum scientia sacrorum vitae sanctimoniam copulans, a fratribus suis Prior Conventus Cracov. ad SS. Trinitatem electus est. Inde ad eppatum Bacoviensem (in Moldavia) [2]) processit, post mortem vero Pauli

[1]) Notitias de eo exhibet P. Niesiecki in „Korona polska."

[2]) Hic Eppatus pro Catholicis r. l. in Valachia et Moldavia degentibus, erectus fuit, unde et passim eppatus utriusque

Piasecki a Joanne Casimiro. R. P. eppus Premisl. nominatus est. [1])

Summe calamitoso tempore munus pastorale adiit; [2]) nam 1650 dioecesis inaudita aquarum exundatione[3]), quam

---

Valachiae dicebatur. Juxta Naruszewicz ab Urbano P. V. anno 1370, petente Łatizlav, Valachiae Vojvoda, erectus fuit, qui cum matre sua Clara ritum lat. amplexus est, ut se ab infestationibus Hungarorum, Valachiam, qua terram Schismaticam continuis incursibus vexantium, securum praestaret. At, quia dictus princeps inter subditos suos non multos sequaces reperit, ideo et eppatus ille fere tantum titularis mansit. Sedes eppalis originetenus fuit in oppido Moldaviae Czereth (Seret), at, quum anno 1403 Tartari locum hunc, cum monasterio FF. Praedicatorum, ubi Eppi residebant, vastassent, ad urbem Bacou seu Bakow translata est, unde eppi „Bacovienses“ scribi coeperunt. — Dotationem constituebat praebenda canonicalis in Capitulo Metrop. Leopol., et beneficium parochiale in Śniatyn, ob tenuitatem vero proventus cathedrae huic fere tantum Religiosi ord. S. Dominici aut S. Francisci e terris regis Poloniae praeficiebantur. Post dismembrationem regni Poloniae cum C. R. Regimen Austriacum pluralitatem beneficiorum non toleraret, episcopatus hic amissa dote, in Galicia sita, extinctus est.— Vid. Naruszewicz in hist. nar. pol. tom. VII, pag. 27, 28. Niesiecki, Korona pol. tom. I sub.: Biskupstwo wołoskie pag. 86, — Zacharyasiewicz in prologomenis ad vit. Eppor. Prem. pag. XIX et XXVI, not. 3.

[1]) Litteris dd. Osiecko 17 Sept. 1649 ad Capitulum Prem. datis Joannes Casimirus R. P. Zamoscii nominationem his verbis insinuat: „Optassemus longiorem vitam Rdo. olim in „Christo Patri Paulo Piaseki Ep. P., sed quoniam ita coelo „visum est, ut ex hac vita migraret, substituendum in ejus „locum putavimus R. in Christo P. Joannem Bapt. Zamoyski, „eppum Bacoviensem, virum non modo claritate generis, sed „practerea doctrina et virtute nobis valde commendatum.“ (Act. Cap. vol. IV, fol. 681.)

[2]) Ab Innocentio P. X. bulla dd. 8 Id. Decembr. 1649 confirmatus, die 24 April. 1650 in persona procuratoris sui Stanislai Stramszewicz, Custodis cathedr. inthronizatus est. Dies adventus ejus ad cathedram non refertur, mox tamen ab inthronizatione contigerit oportet, siquidem Capitulo fer 4 post Dom. in Albis celebrato personaliter interfuit. Falsum ergo est, quod autor MS. de vit. Epp. Prem. ex annalibus monia-

ingens annonae charitas secuta est, annis vero 1651 et 1652 pestilentia [4]) percussa est. Eodem tempore Cosaci

---

lum Jaroslav. refert, eum die 21 Febr. prima vice ad cathedram ascendisse, Zamościum ut videtur, cum Piasecio confundens, qui hac die primum ingressum anno 1645 fecit. — In primo ejus adventu M. Alex. Zychowski, Paroch. in Potok, panegyricum emisit s. t. „Fama, testis sublimium in eccla et patria meritorum Joan. B. Zamoyski E. P. — Zamossii 1650 f. Eum pauperem Premisliam venisse illud evincit. quod epla dd. Brzozov. 3 Jun. 1650 scripta a Capitulo Summam 2000 flor. pol. mutuo sibi dari petierit, quae ei e fundatione anniversarii Piaseciani reapse accommodata fuit. (Vid. Act. Cap. vol. IV, pag. 728. 730, 812.)

[3]) Anno 1650 tanta fuisse memoratur exundatio, ut curia epalis Brzozoviae aquis innataverit, agri et campi fluctibus tegerentur, casae rusticorum diluvio abreptae diruerentur.

[4]) Acta Cap. fer. 2 post Dom. 18 p. Pentecost. (d. 2 Octob. 1651) celebrati referunt, jam a 2 septimanis pestilentiam in domibus Judaicis grassari coepisse. Capitulum plenioris informationis causa hac super re consules civitatis, medicos et chirurgos interrogavit, a quibus responsum accepit: Certum indubitatumque esse, 4 domus Judaicas pestilentiae contagium a nundinis Jaroslav. concepisse, earumque indigenas et inquilinos alios cum petechiis nigris, alios cum aliis pestilentiae signis decessisse, nec jam aliquid spei securitatis aliorum occurrere, cum praefati Judaei ante mortem magnam conversationem consuetudinemque non tantum cum aliis Judaeis, sed et cum Christianis habuerint. Quo audito Caplares in varias regiones dispersi sunt. (Vol. IV, pag. 774.) — Initio anni 1652 post f. Circumcis. D. Capitulum grl. celebrari non poterat ob justum metum grassantis eo tempore pestis proinde primum fer. 6 post Dom. I Quadrages. (23 Febr.) celebratum est (vol. IV, pag. 788.) — In particulari Capitulo d. 7 Maji 1652 celebrato rursus pestilentia erupisse refertur, ob quam causam Caplares gazophylacio ecclae ordinato securitatis causa in varias partes dilapsi sunt (vol. IV, pag. 891.) — Ad placandam iram divinam Eppus jejunia et supplicationes per dioecesin indixit — quod valde probatum fuit Sedi Aplicae, multo magis vero summi pontificis animum id exhilaravit, quod animarum pastores in cunctis decanatibus non attenta peste, et hostilium incursionum periculis, ad ecclas suas permanserint, et fidelibus Sacramenta administrare non cessaverint. Vid. epla Petri Aloysii Caraffa, S. R. E. Cardinalis

vixdum sopitam rebellionem suscitarunt, unde nova eorum in terras Russiae incursio metuenda erat.[1]) Haec fuere praeludia malorum, quae mox regnum Poloniae, Joanne Casimiro regnante, in summum discrimen adduxerunt.

Inter has angustias Zamoscius coeptam dioecesis lustrationem interrumpere, et potiorem partem qudriennis

---

dd. Rom. 20 Decembr. 1653 ad Ep. Prem. Joan. Zamoyski, Actis Eppal. vol. XXX sub. 11 Martii 1654 insertam.

[1]) Post electionem et coronationem Joannis Casimiri compositio cum Cosacis Zboroviae facta est, rex Bohdano (Theodoro) Chmielnicio scipionem (buławę,) dignitatis ducalis insigne, misit. At cum Senatores regni spirituales nullo modo admittere vellent, ut Schismaticus Metropolita Kijoviensis in Comitiis regni sedem vocemque haberet, Cosaci anno 1650 denuo rebellionis signa extulerunt, et post iteratas victorias Moscoviae Ducis tutelam subierunt (1654,) junctis cum eo viribus contra Polonos certaturi. Inter has turbas (1652) auctore Siciński, sfatus equestris deputato, in Comitiis *„liberum Veto“* introductum est, quo ad anarchiae incrementum, et exitium regni acclerandum nihil efficacius esse potuit. Pro necessitatibus belli, contra Cosacos gerendi, Mathias Łubieński, AEppus Gnesn. litteris encyclicis dd. Skiernieviciis 18 Martii 1650 ad universum clerum saecularem et regularem directis, titulo subsidii charitativi a singulis ecclesiis juxta tariffam, a praedecessore suo Joanne Wężyk statutam, sextuplam contributionem poposcit, quo titulo e Dioec. Prem. Summa 2946 flor. 6 gros. persoluta fuit. (Act. Cap. vol. IV, fol. 705, 741.) At eo non obstante milites, in bonis ecclesiasticis stativa habentes, exactionibus suis clero et subditis ecclesiasticis in effabiles molestias inferebant (ibid. fol. 758.) — Capitulum 1651 litteris Eppi de instante periculo admonitam, pretiosa ecclae cathedr. ad tutiorem locum, nempe ad ecclam cathedr. Culmensem navigio (na dubasie) expedienda decrevit (ibid. fol. 766.) — Auctor MS. vitae eppor. Prem. Brzozoviam circa haec tempora a Cosacis incensam scribit, qua occasione eccla parochialis conflagaverit. At nullum adest vestigium Cosacos sub eppatu Zamoscii Brzozoviam usque penetrasse, imo visitatio Doenhoffiana (1699,) a tempore illo non adeo remota, testatur: Brzozoviam cum templo suo die 12 Martii 1657 (ergo sub. eppatu Andreae Trebicii) per Rakocianos exustam fuisse.

eppatus sui extra dioecesim transigere consultum duxit. [1]) Non praetermisit lugubrem ecclesiae statum Innocentio P. X exponere, a quo, praeter solatium, aplico rescripto varias gratias obtinuit. [2])

Capitulo cathedr. potestatem fecit, testamenta membrorum suorum approbandi, porro, antecessorum exemplum imitatus, bona clericorum intestatorum fabricae ecclesiae cathedralis addixit. [3])

Ecclae in Dublany, per Tartaros vastatae, jura et possessiones ad perpetuam memoriam consignari dispo-

---

[1]) Morabatur in Suraż, loco Podlachiae, unde 1653 ad dioecesin rediit, nam in Actis Eppal ante 22 Sept. 1653 ponitur inscriptio: „post felicem suae Illmae Celsitudinis reditum, cessante „periculo pestis."

[2]) Lustrata parte dioecesis delegatum ad invisenda limina Aplorum cum relatione de statu dioecesis Romam expedivit, in qua inter alia de laicorum in solvendis decimis et censibus ecclesiasticis morositate, et regularium nimia, eos a censuris absolvendi, facilitate conqueritur. Ad hoc gravamen S. congregatio Cardinalium, Concilii Trid. interpretum, ipsi respondet: ut contra laicos, proventus ecclarum injuste detinentes, secundum normam, a S. Concil. Trid. Sess. XXV, Cap. 12 de reform. statutam, procodat, abusibus vero confessariorum regularium per reservationem hujusmodi casuum sedi ordinariae occurrat. — Innocentius P. X. Zamoscio facultatem largitur, agonizantibus benedictionem cum indulgentia plenaria auctoritate Aplica impertiendi eamque potestatem etiam eum aliis piis sacerdotibus communicandi, et 12 beneficia saecularia in quibuscumque mensibus, etiam Sedi Aplicae reservatis, auctoritate pariter Aplica conferendi. (Vid. Act. Eppal. vol. XXX sub 11 Martii 1654.) Anno 1650 Romae fuit magnum Jubilaeum, ad quod quia e regno Poloniae pauci venire poterant, Innocentius P. X. indulgentias hujus Jubilaei anno seq. 1651 pro tempore a 3 Octobris usque ad fest. S. Andrea Apli ad hocce regnum extendit. (Act. Eppal. sub. 3 Octob. 1651.)

[3]) Vid. Acta Cap. s. a. 1651 vol. IV, fol. 755, Act. Epp. sub. 18 Jul. 1650. — Propter hanc dispositionem chronographus Archiconfrat. sacerd. Krosn. et Sanoc. ipsi succenset, relationi de ejus in itinere ad novam sedem obitu haec subjiciens: Nota lector! qui mortuorum clericorum nunquam in vita pepercerat bonis, suis post vitam spoliatus est;

suit,[1]) oppidi Jasliscensis privilegia firmavit,[2]) parochum in Krolik ab oneribus, respectu certi agri rusticalis incumbentibus, liberavit,[3]) Rorantistis ecclesiae Krosnensis statuta praescripsit,[4]) praebendam S. Thormae ad ecclesiam paroch. in Staromieście erexit.[5])

A. D. 1651 in Polonia magnum fuit Jubilaeum.[6]) Circa hoc tempus per FF. minores conventuales reliquiae S. Vincentii M, Premisliam sunt advectae,[7]) quarum veneratione civitatis incolae difficillimis pestilentiae, belli Suetici et Cosatici temporibus tot benevolentiae et providentiae divinae specimina experti sunt, ut hunc S. Martyrem civitatis patronum sibi delegerint, quo titulo usque nunc in eccla minoritica peculiari devotione colitur.

A. D. 1654 Zamoscius ad eppatum Luceoriensem translatus,[8]) dum ad novam sponsam festinat, mors in oppido Biłgoraj obvia vitae illius funiculum disrupit.[9])

---

[1]) Vid. docum. nro. IV.
[2]) Vid. docum. nro. I.
[3]) Vid. docum. nro. III.
[4]) Vid. Vis. Sierak. de ann. 1745.
[5]) Vid. docum. nro. II.
[6]) Vid. supr. not. ad fin.
[7]) Vid. Act. Epp. vol. XXX ad an. 1651 fol. 137.
[8]) Vid. Act. Cap. ad anno cit. vol. 839, ubi legitur: in Capitulo partic. d. 2 Decembr. 1654 celebrato productas fuisse litteras Cracoviae 20 Nov. exaratas, quibus ad notitiam deducitur Breve Aplicum pro Rmo. in Christo Pr. Joanne Zamojski ad capiendam possesionem eppatus Luceor. Cracoviam appulisse, et ad suam Rvmam Paternitatem transmissum esse;— quo facto Capitulum d. 10 Decembr. 1654 Administratorem spiritualium et temporalium constituit Remigianum Piasecki, Canonicum Prem., Praeptum Hrubieszov.— Acta Epp. ad calc. vol. XXX notant: Zamoscium d. 19 Decembris. 1654 Brzozovia discessisse.
[9]) Jacet in Colleg. Zamoscensi, quam, cum adhuc eppus Bacovien. esset, in honorem S. Thomae Apli dedicavit. Obiit d. 1 Jan. 1655.
Potocki in „Centuria vir. illustr. eum sequenti encomio celebrat:“ Vir in sucjecto populo pro concione docendo reli-

Epitaphium J. Z. in ecclesia collegiata Zamoscensi.

Hospes! Ecce, qui fuit non est. Joan. Bapt: Zamoscius, non genere magis, quam doctrinae et virtutum luce clarus, primum familiae Dominicanae professus, sacr. theologiae doctor, post ad altiora assumtus, et serenmorum Polonia regum favore pontificalibus infularum insignibus honestatus, Bacoviensis in Valachia, Premisliensis in Russia, Luceoriensis in Volhynia, quam extremam dum prehendere tendit, prope metam concidit, Bilgoraji in itinere ab auctore vitae evocatus anno repar. salutis MDCLV ipsis Calend. Januar. Ita mors invida nec virtuti parcit, nec honori. Tu, si pius es, pio egenorum patri, litteratorum patrono, bonorum civium promotori, optimo reipubl. Senatori, et in pastorali administratione verbo et exemplo laudabiliter versato antistiti imortalem mortuo apprecare vitam.

„giosus, ita in conciliandis procerum dissidentium animis „felix, ostendit, haud inutili cura ex asceteriis sumi praesu„les ac Senatores.“ — In fine Actor. Eppalium vol. XXX fol. 521 tale legitur ipsius elogium: „Vir omni genere virtu„tum conspicuus, prosapia illustrissimus, generositate et hu„manitate rarissimus, judicio sublimis, prudentia maturus, doc„trina admirabilis, pietate, liberalitate, vitae sanctitate exem„plaris, aliisque virtutibus refertissimus, ita ut merito eppus „ecclae, cathedrae doctor, populo fideli et ovibus curae suae „commissis bonus pastor praefuisse dici meruerit. Qui in „ipso translationis de Premisliensi in Luceoriensem eppatum „itinere secundum divinae voluntatis ordinationem et bene„placitum fatis cessit cum magno planctu et nimio dolore „omnium clientum suorum.“ Capitulo Prem. testamento suo argenteam imaginem Christi passi, magni ponderis, et argenteum cantharum, atque 200 flor. pecuniae legavit. — Vid. Act. Cap. sub. anno 1662, vol. V, pag. 41.)

XXXIX. ANDREAS
TRZEBICKI

STEMM. ŁABĘDŹ

E. P.

1655—1658.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Joan. Casimir.	Alexand. VII 1655—1667.	Andreas Leszczyński † 1658.

Archi. Epp. Leop.

Joannes Tarnowski.

Andreas Trzebicki, [1]) 1607 patre Martino, Castell. Wielunensi, matre vero Catharina Rożniatowska natus, in linea materna Mathiam Łubieński, AEppum Gnesn., et Stanisl. Łubieński, [2]) eppum Płocensem, cognatione attingebat. Scholas inferiores Calissii apud PP. S. J. frequentavit, inde Cracoviam transgressus in scholis Collegii S. J. ad S. Petrum philosophiam didicit. Theologiam Romae magistro Joanne de Lugo S. J. (postmodum S.

---

[1]) Notitias de eo vide apud Niesiecki et Łętowski, item Constant Hoszowski in opere: „Żywot Andrzeja Zawiszy Trzebickiego, B. Krakow. etc. W Krakowie 1861 8vo."

[2]) Hujus vitam scripsit Trebicius, quae ad finem libri vitarum epporum Płocensium, per ipsum Stanisl. Łubieński editarum, reperitur. (Vid. Series, vitae, res gestae eppor. Płoc., Cracoviae in offic. Franc. Caesarii A. D. 1642, 4to.)

R. E. Cardinali) — combibit.[1]) Protectione Mathiae Łubieński, avunculi sui, factus est Scholasticus, tum Praeptus Płocensis,[2]) Cantor Gnesnen., Canonicus Cracov, et Regens Cancellariae regni. Deinde Abbatiam Czerwenensem (Cancorum reg. Lateran) et regni Vice-Cancellariatum assecutus est. A. D. 1653 legationem ad Ferdinandum Imp. et comitia imperii Rom. Germ. obivit, auxilia contra Cosacos postulaus, quae tamen obtinere ei non successit.

A. D. 1654 Joan. Casimirius eum eppum nominavit Premisliensem[3]) quo tempore innumera mala et calami-

[1]) Trebicii curis et impensis prodiit: „Manipulus orationum, „ab eruditis viris Polonae nationis diversis temporibus et „occasionibus scriptarum.“ Romae 1639 in 4to. Liber Guidoni Cardinali Bentivoglio dedicatus, quo editor ostendere intendit „Poloniae terram, licet frigidiori subjecta sit coelo „non tamem solis nivibus ac pruinis contegi, sed et placido „interdum rore conspergi, quo abunde foventur, atque aluntur „ingenia, ac inter continuos fere bellorum tumultus mansuetio„ribus florentem dicsiplinis, viris non carere, qui pectora, „Palladi aeque ac Marti devota, barbarorum mucronibus op„ponant.“ Vid. Janocki in den Nachrichten von raren polnischen Büchern I, 53. —

[2]) Qua Praeptus Płoc. in Synodo provinc. Varsaviae d. 8 Nov. 1643 praeside Mathia Łubieński AEp. Gnesn. habita, orationem dixit, quae ad calcem Actorum hujus Synodi Varsaviae 1646 in 4to editor. reperitur. Abbatiam Czerwenens, in Dioecesi Płocensi, tanti fecit: ut cum ei anno 1655 Eppatus Vladislav. offerretur, eum suscipere recusaverit, ne a gratiosa imagine B. Mariae Virg. avelleretur, quae in eccla illius collegii, anno 1117 per famosum Petrum de Skrzynno aedificata, magna religione colebatur (Hoszowski).

[3]) Vid. eplam Joannis Casimiri R. P. dd. Varsav. 21 Junii 1654 ad Capitulum Premisl. datam, quae in laudem nominati haec habet: „Ultra majorum vetustas et intaminatas ceras eo „virtute progressus est, ut Italico etiam Germanicoque orbe „famam sui longe diffuderit. Vixit egitque sub. aspectu no„stro pie et prudenter, par expectationi, et ubivis locorum „temporumque unus atque idem. Victurum pariter et acturum „in Eppatu ad normam et regulam boni pastoris Devotiones

tates ineffabiles in regnum et ecclesiam Polonam undique irruebant. Fervente bello Cosaco-Moscovitico [1]) Succi regnum invaserunt, [2]) et per omnes provincias tanto successu arma victricia circumferebant, ut infortunatus Rex Joannes Casimirus in ducatu Silesiae Opoliensi, Romanorum Imperatoris sceptro subjecto, asylum quaerere coactus fuerit. [3])

Inter belli tumultus Trebicius ecclam suam cathedralem adeundi otium non invenit, sed Brzozoviae substitit [4]) deinde ad regem extra limites regni morantem

---

„Vrae. certo sperent." Obtenta sub. 12 Decemb. 1655 confirmatione ab Innocentio P. X. die 29 Januar. 1655 in persona procuratoris a se constituti, Friderici Alembek, Canonici Prem. et Protonotarii Aplici. solenniter inthronizatus fuit. — Hoszowski in libro not. 1 cit. scribit: cum d. 21 Sept. 1655 consecrationem eppalem Cracoviae in eccla S. Petri suscepisse, quod si verum est, installatio ejus consecrationem praecessit.

[1]) Bellum hoc Alexius Michajłowicz M. Moscoviae Dux, suscepto Cosacorum patrocinio, Poloniae intulerat (1654.)

[2]) Christinae, Gustavi Adolphi filiae, quae suscepta fide catholica, corona Sueciae sese abdicavit, successit Carolus Gustavus, Comes Palatinus Rheni de linea Bipontina. Quia vero ea occasione Joannes Casimirus R. P. praetensiones suas ad regnum Sueciae renovavit, ideo dictus rex non expectato induciarum, quas Vladislaus IV cum Suecis ad 20 annos stipulaverat, exitu, regno Poloniae bellum indixit (1655.)

[3]) Ducatum hunc Vladislaus IV a Rom. Imperatore emerat, ac uxori suas Mariae Ludovicae legaverat, qua post fratris obitum ducta, Joannes Casimirus bonorum illorum cohaeres factus est. — Carolus Gustavus, per Pomeraniam in Poloniam minorem ingressus, brevi tempore integram provinciam subegit, Cracoviam et Varsaviam deditione accepit. Nobiles, praesertim haerctici, passim in verba Sueci jurabant, infortunato autem Poloniae regi nil nisi fuga extra regni fines suspererat. Tanto successu elatus Carolus Gustavus comitia regni pro 1 Decemb. 1665 Varsaviam indixerat, ibi cum proceribus de Joannis Casimiri exoeuctoratione acturus. At regni ordines statuto tempore non convenerunt.

[4]) In Capitulo particulari die 2 Octobr. 1655 Brzozoviae celebrato, expositis per mediantes personas suis necessitatibus,

se contulit, ac clero dioecesano, ut exhaustum patriae aerarium argenteria ecclesiarum sublevaret, auctor fuit. [1])

„eo quod omnia bona eppatus per hostes possideantur“ petitt, hac in parte sibi per Capitulum succurri summamque 3000 flor. pol. mutuo dari, cui postulationi illico satisfactum est. (Vid. Act. volum IV, fol. 875 seq.)

[1]) In Cap. 14 Aug. in vigil. Assumpt. B. M. V. 1665 celebrato conclusum fuerat: ut thesaurus ecclae cathedr. securitatis gratia ad ecclesiam Krosnen. transferretur. At postea in Capitulo d. 2 Otobr. 1655 Brzozoviae (ob metum hostilis incursus) celebrato propter malevola nobilitatis Krosnae congregatae, et contra ecclarum deposita conspirantis, consilia, ibi supellectilem ecclae cathedr. parum securam fore Caplares judicabant, ideoque 20 Novembr. pretiosa quaeque ecclesiastica ad arcem Makowica in Hungaria transportanda decreverunt. Paulo post supervenit epla regia una cum epla Eppi, postulantium, ut argenteria ecclesiastica in publicos regni usus extradaretur. En utriusque eplae exemplum ex originalibus in Archivo cathedr. asservatis descriptum:

I.

Joannes Casimirus D. g. Rex Pol. M. D. Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Livoniae, Smolensciae, Czerniechoviaeque, nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorumque haereditarius Rex. — Venerabiles, fideles, Nobis dilecti!

Niezaniechywamy czynić wszelkiego starania, abyśmy upadające to królestwo nasze ratować mogli, o to się naywięcey staraiąc, aby wiara święta katolicka nie zginęła w tych krajach i państwach naszych. Co uważaiąc xięża biskupi, znami tu teraz rezidujący, obiecali nam na obronę kościoła Bożego i wiary św. katolickiey dać srebra kościelnego, które z Polski wywieźli, iakoż iuż niektórzy oddali. Przetoż żądamy także wierności W. M., abyście srebra kościoła swego przemyskiego na tęż potrzebę nam oddali zniosłszy się z X. biskupem swoim przemyskim iako nayprędzey, a My damy assekuratią Naszę, iż gdy Pan Bóg państwo to nasze uspokoi, damy taką sumę pieniędzy, ile to srebro ważyć będzie. Nie wątpiemy, że wierności W. M. dla obrony wiary katolickiej srebra kościoła swego żałować nie będziecie za tą instancią Naszą. Życzymy zatym Wiernościom W. M. dobrego zdrowia od Pana Boga. — Dan w Opolu XX Novemb. 1655, królestwa Naszego polskiego 6go, szwedzkiego 8go roku. — Jan Kazimierz, król.

Adeo prospere Suecorum res procedebant, ut de rege et regno Poloniae actum conclamatumque videretur; [1])

II.

Epla autem Eppi sic sonabat:

Admodum Reverendi, fratres charissimi! W tak wielkiey i gwałtowney potrzebie oyczyzny Naszey, kiedy i beneficarii opulentiores facti od króla Jego Mości zapomnieli wziętych dobrodzieystw, i słusznym żołdem na służbę żołnierską zaciągnieni bez opowiedzi do nieprzyjaciela się zaprzedali, niema król Jego Mość inuego rekursu, tylko jako uniwersalny patron do kościołów. A zatym żąda tego abyście W. Mcie. na wiary świętey dostojeństwa, Jego k. Mci., i wolności kościelnych obronę wygodzili srebrem kościelnym. Wiem-ci ia dobrze, że z tego srebra kościoła naszego nie wielka pomoc będzie. Atoli, gdy inne kapituły i Collegiatae ecclesiae i Regulares (na co iuż wyszło Breve Aplicum) przyłożą się, będzie non contemnendum subsidium. Dla tego uważywszy potrzebę i affektacyą Jego król. Mci. z listu, który posyłam, uczynicie W. M., co będzie in rem patriae, et non in detrimentum Capituli. Ja to W. Mciom. obiecuię, gdy W. Mść. tym srebrem wygodzicie, iż iako primus ecclae cathedralis tutor starać się będę, aby suma w srebrze przy którymkolwiek z W. Mść iów., albo kim innym od W. Mciów. deputowanym zważona, na dobrach niezawiedzionych samego króla Jego Mci. była ubezpieczona. Interim illres et admodum Rdas. Dominicationes Vras. bene valere cupio. Dat. w Zborowie w Węgrzech na granicy polskiej die 30 Nov. 1655. Ill. AA. RR. DD. VV. benevolentissimus frater: Andreas E. Prem. R. Vice-Cancell.

Hic litteris lectis Capitulares habita deliberatione, attendentes infelicia tam majoris quam minoris Poloniae et ducatus Masoviae, civitatisque ac tractus Sandomir. ecclarum exempla, quas crudeliter rapax haereticorum perfidia depraedata est, sacrumque divino cultui initiatum aurum et argentum sacrilega manu in profanum usum et mercedem trucis militiae suae convertit, concluserunt: Satius esse, quandoquidem aliter fieri non potest, ut dicta supellex ecclesiastica ad propugnandam s. catholicam fidem, et sacrosanctas ecclesias, personasque ecclesiasticas e ferreo servitutis sueticae jugo vindicandas, S. R. Majestati uti principi catholico ac pientissimo extradatur, quam (quod absit!) occupata per Suecos civitate et ecclesia idem argentum in manus eorum sacrilegas deveniat. Cum autem haec argenteria ob ingruens civitati et ecclae

ast, cum 1656 Częstochovia impetum hostilem fortiter sustinuisset, [2]) Poloni animos resumserunt, ipseque rex, ad cujus latus Nuncius Aplicus aderat, Leopolim venit, ubi in eccla metropolitana ante aram beatissimae virginis prostratus, se suumque regnum, Deiparae protectioni et tutelae enixe comendavit. [3])

---

huic per incursionem inn has oras Cosacorum et Moschorum periculum (nam et illi 1655 Russiam rubram ingressi Leopolim obsidione cinxerunt, et totam regionem ad Vistulam usque populabantur) ante aliquot menses in Hungari am devecta, curaque et studio eppi in arce Makowicensi deposita esset, hinc porro Eppum rogandum censuerunt, ut de illa inde reducenda necessaria procuraret. (Vid. Act. Cap. vol. IV, fol. 881—884.) Summa argenti ecclesiae cathedr. Prem. ea occasione reipublicae traditi 257 marcas 4 uncias efficiebat (ib. fol. 900,) — at assecuratio regia dd. Lublini d. 2 Sept. 1656 extradita tantum 237 marcas 1½ unc. commemorat. E tote Dioecesi Prem. ad monetam regiam Leopoli 2218 marcae 9½ unciae devectae sunt, praeterea pro argenteria redemta ex 3 decanatibus (Dynov., Crosn., Sanoc.) Summa 3352 f. p. in parata pecunia, et titulo contributionis agrariae pro militibus regni, per Eppos in Conventu Varsav. laudatae, S. 500 flor. pol. persoluta fuit. (Vid. Act. Cap. e 1659 vol. IV fol. 1014).

[1]) Capta Cracovia Carolus Gustavus basilicam cathedralem, in arce sitam, comitante Simone Starowoiski, Canonico, lustrabat. Cum ad macesolaeum Vladislai Cubitalis (Łokietek) accessisset, Starowolscius observavit, hunc regem terfugatum, ter solium recuperasse. Cui Suecus: At vrster Casimirus, semel pulsus, numquam aplius redibit! Modeste reposuit senev Canonicus: id tanta certitudine asseverari non posse, cum et Deus in operibus suis sit mirabilis, et fortuna perquam variabilis. Revera Suecorum res, hucusque florentes, paulo post pessum irre coeperunt, ita ut ad comitia Varsaviensia, quae rex ille de regno Poloniae dispositurus, indixerat, e proceribus gentis nostrae nemo comparuerit.

[2]) Vir religiosus, Pr. Augustin Kordecki, Monasterii Clari-Montis Prior., Beatiss. V. Mariae patrocinio fretus, Sueeorum assultus per 4 septimanas intrepido animo nepellebat, qui tandam re infecta discedere coacti sunt.

[3]) Itinere e Silesia per Hungariam flexo Rex aliquandiu in castro Krosnensi, dd. in arce Łancutensi comoratus est. Inde initio anni 1656 Leopolim venit. Vide Vespas. Kochowski in annal. climact. II, lib. II, pag. 103—107.

Hoc tempore Andreas Trebicius presente Nuncio Aplico, Petro Vidoni, eppo Laudensi, primum ingressum ad ecclesiam cathedralem solenniter peregit.[1])

Audito regis adventu Suecus illico e Prussia, ubi tum morabatur, in Russiam rubram advolat, et castris ad Jaroslaviam positis, regionem circumquaque infestat, Premisliam, Duglassio duce obsidione nequidquam tentat (1656).[2])

Sequente anno 1657 Georgius Rakoczy, Transylvaniae princeps, icto cum Suecis foedere, numeroso exercitu ex Hungaris, Valachis et Cosacis conflato, Russiae provinciam inundat, multis villis oppidisque summam vastationem infert, qua occasione ecclesiis et earum bonis ac supellectili minime parcebatur.[3]) Hac tempestate Pre-

[1]) Id factum est d. 3 Februarii 1656, qua occasione Frider. Alembek, Canonicus et Officialis Nuncium Aplicum, et Trebicium nomine Capituli festiva oratione salutavit. Sermones istos, perquam verbosos et phaleratos, non ut verae facundiae exemplaria allegamus, sed ut monumenta illius aevi historica. Videat exinde lector, quantum eloquentia a temporibus Cromeri et Orechovii, qui ad classicos Latii proxime accedunt, in patria nostra degeneraverit. Confer. appendic. I et II.

[2]) Vid. Act. Cap. sub anno 1656, vol. IV, fol. 899. Eo tempore Vladislaus Dominicus, dux in Ostrog. et Zaslav., Palatin. Cracov. Premisliae Capitaneus erat, cui Capitulum durante obsidione ad salariandos milites 1000 flor. pol. de thesauro suo mutuo dedit. (Vid. Acta sub. anno 1658 vol. IV, pag. 961.) Monasterium monialium S. Benedicti Sani ripae adjacens, ne hosti securum receptaculum praeberet, die 4ta Martii 1656 combustum fuit. Exiguum castri praesidium hosti diu resistere haud valuisset, idque unicum civitati favebat, quod tunc, soluta glacie (erat enim mensis Martius, tumescentes Sani aquae hosti, Jaroslavia adventanti, accessum ad muros difficilem redderent. Ea opportunitate usi Premislienses a Rege, tunc Leopoli morante, suppetias postularunt. Nec mora, adsunt copiae auxiliares, Georgio Lubomirscio et Stephano Czarnecio ducibus! Sueci veriti, ne integer regis exercitus subsequeretur, pedem ab urbe retraxerunt. Vid. Rudawski in hist. rer. Pol. ab excessu Vladislai IV, pag. 232. — Eod. anno 1656 mense Sept. pestilentia Premisliae saeviit. (Act. Cap. vol. IV, fol. 914, 915.)

[3]) Cum sub. fin. anni 1656 Polonis inducias cum Czaro Moscoviae, usque ad proxima regni comitia duraturas, inire suc-

mislia alteram obsidionem numine propitio feliciter exantlavit. [1]) Ut electorem Brandeburgicum et Prussiae du-

cessisset, Sueci, ne soli adversus eos in armis manerent, Georgium Rakoczy Transylvaniae principem, magnificis promissis ad belli societatem pellexerunt, qui cum 50.000 exercitu, ex Hungaris, Valachis et Cosacis conflato anno 1657 Russiam rubram ingressus, incendiis et rapinis magnum terrorem longe lateque diffudit. Ea tempestate Brzozovia, Dynovia, multaque alia loca cum ecclesiis direpta et exusta sunt, supellex vero ecclesiae cathedr. 11 cistis inclusa cum privilegiis securitatis gratia ad ecclesiam Metrop. Leop. transportata fuit. (vid Act. Cap. vol. IV fol. 921, 924.) At in hac quoque necessitate regno angustiato divinae providentiae auxilium minime defuit; nam Carolus Gustavus ob bellum, sibi a rege Daniae illatum, Sueciam repetere coactus est, Rakoczyus vero propriis viribus diffisus versus Transylvaniam fugam arripuit. In reditu a Valachis et Cosacis derelictus, contra Polonos et Tartaros hac vice Polonis foederatos) male pugnavit, ideoque cum Potocio, supremo exercitus Pol. duce, ingloriam pacem fecit, qua liberum in Transylvaniam reditum 40.000 imperialium redemit, et regi Poloniae pro regni invasione per legatos deprecationem a se faciendam spopondit. Vid. Kochowski annal. climact. II, lib. III, fol. 222. Hac utraque invasione (Suecica et Rakoczyana) bona eppi et Capituli nimium exhausta sunt, quod autem post discessum hostium residuum erat, id domesticae copiae militares absorpserunt: Quod reliquit eruca, comedit locusta, residuum locustae comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo! (Joël. I, 4.) Capitulum tanta tunc egestate laborabat, ut non tantum solitis Canonicor. distributionibus, sed et mercedi famulitii ecclesiastici exolvendae impar esset. (Vid. Acta anni 1657. Vol. 916, 917.)

[1]) Cum Rakoczyus in campis villae Medyka castra posuisset, Premislienses, resistendo impares, ab eo pacem pecunia impetrarunt. Inde progressus sub. oppido Przeworsk castra metatus est. Ubi dum moratur, aliquot vini plaustra, quae pro exercitu ejus ex Hungaria vehebantur, nescio quis e nobilitate prope Premisliam invasit. Licet invasio illa a vectoribus depulsa esset, Rakoczyus tamen ea audacia irritatus, civitati vindictam juravit, partemque exercitus Jano Kemeny'o duce ad eam expugnandam et expilandam destinavit. Tunc Monasterium PP. Recollectorum, extra moenia castri situm ab hoste occupatum, et Pr. Josephum Reklewski, qui ob senii debilitatem fugere non poterat, ante majus altare, coram SS. orans, gladiis confossus est. (Vid. Kleczewski, in Calendario

cem, a foedere, quod ille cum Sueco inierat, avelleret, Joan. Casimirus R. P. cum ipso Velaviae pacem fecit, qua a nexu clientelae cum regno Poloniae eliberatus est (1657).

In tanta rerum omnium perturbatione Trebicius, qui bua Vice-Cancellarius continuo ad latus regis esse debebat, spiritualibus sponsae suae negotiis multam operam impendere non poterat praesertim, cum bello cum Suecis nondum confecto, 1658 ad cathedram Cracov. promotus fuerit.[1])

Seraphico sub. 1 Mart.) — Premislienses mediante Grądzki, Polono, qui in exercitu Rakoczyano stipendia merebatur, denuo pacem, sed molestis conditionibus, impetrarunt. — Vid. de Grondy Grondski, in hist. belli Cosaco-Polonici p. 390—406. Rudawski in opere not. 15 cit. p. 228. — Theiner, monum. hist. Pol. tom. III, fol. 517, 518, ubi puncta Capitulationis d. 1 Mart. 1657 conclusae, recensentur. Imago, quae in praetorio Premisl. extat, et altera, quae in eccla PP. Minor. Conventual. sub. choro ad sinistram partem cernitur repraesentat processionem, qua PP. Minoritae obsidionis tempore reliquias S. Vincentii M. ad portam aquaticam eo effectu extulerunt, ut hostes, subitanea formidine perculsi, terga verterint. A quo tempore S. Vincentius quae patronus Civitatis peculiariter colitur. At hunc eventum potius ad Suecorum obsidionem (1656) spectare crediderim.

[1]) Litteris dd. Łovicii 4 April 1658 informat Capitulum, se ad eppatum Cracov. translatum esse, ejusque possessionem jam accepisse, quo attento Capitulum Administratorem in spiritualibus et temporalibus elegit Georg. Grochowski, Decan. Prem. (Vid. Act. Cap. vol. IV, fol. 952.) In litteris occasione electionis Stan. Sarnowski ad eppatum Prem. Alexandro P. VII scriptis Capitulum de Trebicio ait: „Ejusmodi nobis re„liquit sui desiderium, ut illum vel non habere, vel ab ecclesia „nostra sublimius non ascendere oportuerit.“ Chronicum Archiconfrat. sacerd. Krosn. ac Sanoc. haec de eo habet: Fuit vir doctrina, in rebus gerendis dexteritate illustris, pietate conspicuus, in cleri reformatione serius, decoris amans libertatis propugnator, pastor vigilans circa gregem suum, nobilitatis in reddendis decimis refractariae austerrimus judex, injuriarum sacerdotalium vindex. — Bene de omnibus meruisset, nisi au-

Ejus eppatus eo notabilis est, quod sub eo congregatio clericorum regularium, qui se pauperes matris Dei scholarum piarum vocant, in Dioecesi nostra Ressoviae sedem fixerit, (1656) [1]) et quod Arianismus e Polonia proscriptus fuerit. [2])

Obiit Trebicius A. D. 1679, [3]) dioecesi Cracov. multis beneficiis perpetuo memorabilis, nec prioris sponsae, ecclae Prem. immemor, plura ei munuscula praesertim in vestimentis sacris reliquit, quae etiamnum supersunt. [4])

---

lae et aulicis addictus fuisset, ecclesias auro et argento spoliasset, novum exactionum genus, accisam, excogitasset et in regnum Poloniae induxisset. Sed coenae serviendo fecit scenam, peregitne bene vel male, ille, ad quem transmigravit, judicabit." Non dubitamus, ipsi quoad praedictas res coram divino tribunali mitius judicium obtigisse, quam fuit istius chronographi censura.

[1]) Vid. Schematis. Dioec. sub. eccla Ressov.

[2]) Decretum contra Arianos, cooperante Trebicio, in Comitiis Varsav. 1658 latum, et Rex propterea a Sede Aplica titulo „Regis orthodoxi" decoratus est. Si cui lex illa nimis dura appareat, meminerit, eam non solis motivis theologicis, sed et politicis nixam fuisse, siquidem Ariani durante bello Suetico cum hoste in patriae perniciem conspirabant.

[3]) A. D. 1679 aetatis 72 absolutis de more in festo Nativ. Dni. 3 missis languere coepit, die autem SS. Innocent. placide in Domino obdormivit. Jacet Cracoviae in eccla S. Petri apud PP. S. J. quorum in vita insignis patronus fuit, et quibus testamento bibliothecam suam legavit. Quanta in eppatu Cracov. gesserit, lege apud Niesiecki, in Łętowskii Catalog. Epp. Crac. Liberalitas ejus erga ecclesias et pauperes nullos noverat limites. Patriae quoque necessitatibus largiter subvenire non omittebat. Fuit statura procera, corpore macilentus, in consilio profundus, religionis zelo fervidus, in sacerdotes scandalosos rigidus, bonis pater amantissimus. In laboribus pontificalibus indefessus, senex etiam ecclas visitabat, templa et clericos consecrabat, verbum Dei praedicabat, Sacramenta ministrabat. Primatialis dignitatis, quam facile obtinere poterat, minime fuit avidus.

[4]) In Capitulo partic. extraord. d. 12 Febr. 1680 celebrato Joan. Dębski, Decanus, cathedralis, praesentavit litteras Stanislai a Zbąszyn Zbąski E. Pr. (cognati Trebicii in linea ma-

terna, et testamenti ejus executoris,) nuntiantes: quod olim Illmus ac Reverendissimus Andr. Trzebicki E. Cracov. et Dux Severiae in contestationem sui affectus erga ecclam cathedr. Prem. cujus antea Praesul fuerat, eidem testamento ultimae voluntatis suae legaverit: *a)* Apparatum violaceum vulgo lamowy, videlicet: planetam, dalmaticas, antepedium, pluviale, bursam, pallam, gremiale, sandalia, chirotheeas, mitram, pastorale; *b)* columnam ex auro sutili confectam, et pro planeta conficienda accommodam; *c)* Apparatum integrum sericeum rubri coloris, alias axamitny; *(d* in pecuniis 3000 flor. pol. pro fabrica ecclae, 1000 flor. pol. pro anniversario; *e)* sex candelabra argentea et crucem artificii et operis Augustodiani. (Vid. Act. Cap. 1670 vol. VII, fol. 75 et 76.) Vestimenta sacra sub a, b, c recensita etiamnum supersunt et stemma ejus (cygnum) cum initialibus A. T. E. C. D. S. intextum exhibent. Anniversarium ejus olim absolvebatur post fest. Nativ D. N. J. C.

APENDIX AD HISTOR. EPPATUS ANDREÆ TRZEBICKI.

Excerptum ex Actis Frid. Alembek, Canonici et Vic. in spiritualis ac officialis grlis. Actorum Consistorii, volum. XXXI, p. 481 et sqq.

Memoria lamentabilis Regni Poloniae status et felicissimi adventus Illmi ac Remi D. D. Petri Vidoni, Dei et Aplicae Sed. gratia Eppi Laudensis, et Comitis, SS. Dni N. Alexandri div. providentia PP. VII. Praelati domestici et assistentis, ac ad Sereniss. Regem totumque Regnum Poloniae et M. Ducatum Lithuaniae cum facultatibus legati de latere Nuncii Aplici, ad Ecclam cathedralem et civitem Premisl. in anno Dni 1656 primis diebus mensis Februarii (scilicet 2 Febr. in ipso festo Purif. B. V. Mariae) descripta per Frider. Alembek S. Theol. Dr. Canonicum et Officialem grlem. Prem.

Ab anno D. 1648 ruptis rebellionis Zaporovianae cataractis et per omnia Regni latificundia exuberantibus, saeviebat contra peccatorum nostrorum gravitatem divinae justitiae furor, convulsisque fortunae publicae cardinibus eo totum Poloniae Regnum et Magnum Ducatum Lithuaniae redegerat, ut felices crederentur, quos fata mortalitati exemerant. Avulserat tum a Regni corpore Palatinatus plures in rabiem actus Cosacus, alios immensis depraedabatur legionibus. Paulo post Moschus, in foedera Cosaci conspirans, Li-

thuaniam pene totam suam fecerat, et magnam Regni partem depopulatus, invicta sua profitebatur arma. Usus insuper occasionis commoditate Carolus Gustavus, Suecor Rex, famosissimus bellator, ingenti exercitu, Ducibus belli tota Europa nominatis, armatura incomparabili terribilis, Poloniam occuparat. Optatis deinde fortunae ventis adspirantibus ad Poloniam minorem converterat omnem potentiam suam, ubi sub Opoczno actae in fugam acies nostrae, Cracovia, septimanarum aliquot curriculo enormiter oppugnata, cessit in deditionem hosti. Dissipato insuper ad Woyniciam exercitu Regni omnes fere Regni indigenae ad jura et imperia victoris hostis animos inclinavere! Horrenda haec erat facies malorum, sed eorum in numero illud maxime orthodoxam Ecclam in lacrymas converterat, et patriam, nostram lamentabili desperatione damnaverat, quod Serenissimus Dn. Joannes Casimirus, Rex et Dominus noster clementissimus, omni prorsus armorum ope destitutus, in paucorum Senatorum comitatu, et praeter miraculosum divini auxilii succursum nihil jam spe concipiens, transire in Silesiam, in Opoliaeque Ducatu, quamquam suo haereditario, tamen extra limites Regni, duram adversis, gravissimam curis vitam agere coactus fuerit, et quidem plus trimestri. Eo tamen benignitatis divinae favore donata est sacra Regia Majestas, uf Illmi ac Reverendisimi Dni. Dni. Petri Vidoni, Dei et Aplicae Sedis gratia Eppi Laudensis et Comitis, SS. Dni. N. Dni. Alexandri divina providentia Papae VII Praelati domestici et Assistentis, ac ad Serenisimum Regem totumque Regnum Poloniae et M. Ducatum Lithuaniae cum facultatibus legati de latere Nuncii Aplici, pastorali et vere paterna praesentia semper frueretur. Sequebatur enim indivisus custos afflictam ovem, a SS. Christi in terris Vicario sibi commissam, vitae suae prodigus, ut Regiae non deesset, sanctis vero suarum orationum suffragiis, salutari piorum consiliorum armatura, omnique posse eousque elaborabat, donec mitigato divinae justitiae furore auxilium mitteretur ex alto, et Illmo. Regni Senatu e tristi naufragio respirante, militia Polona, ad Regem et Dnum. suum revertente, animi resumendi, convertendorumque in hostem armorum, et plena esset voluntas et sufficiens potestas. Rediit itaque Serenisimus Rex in Poloniam per Scepusiensem terram, Crosnaeque aliquot diebus recta ad Illmi atque Mfci. Dni. Georgii Comitis in Wiśnicz et Jaroslaw Lubomirski, supremi Regni Mareschalci, Cracoviensis generalis, Scepusiensis, Chmielnicensis, Casimiriensis, Olsztynensis, Nizinensis et coet Capitanei— (cui ad Regis et Regni salutem toto hoc deplorato temporum cursu excubanti, indefessae vigiliae, bellicorum consiliorum molimina, potentissimus armorum apparatus optimi civis, optimi Senatoris nomen et gloriam immortalem peperere) arcem Lancutensem iter direxit. Haec prima, haec augusta Sedes in tristi patriae tempestate gratum Majestati Regiae praebuit reclinatorium.

Hic frangendae potentiae hostilis, hic erigendi, componendi pacandique Regni primae conceptae et conclusae rationes. Hic uno verbo Serenissimi Regis, charissimaeque patriae innovata felicitas, quae majoribus indies assurgens incrementis, etiamnum vires acquirit eundo. Erat vero hic annus salutis 1656, mensis autem Januarius, quem Eccla cathedralis Premisl. tanta jucunditate cumulabat, ut festum agere videretur, vereque solemnissimum esset festum.

Caeterum immensae consolationi erat praesentia Illmi. et Reverendissimi Dni. Dni. Nuncii Aplici una cum Illmo ac Reverendissimo D. D. Andreae a Trzebice Trzebicki Eppo nostro Premisliensi, Procancellario Regni, ad latus S. R. Mattis, sanctas boni pastoris excubias sine taedio et fatigatione obeuntis, nec eis erat in Primatibus populoque universo, qui venire in conspectum, Aplicamque SS. oecumenicae Ecclae capitis Majestatem in tam gloriosa S. Sanctitatis Nuncii persona adorare, in magnae felicitatis partibus non haberet. Ac favit optimus Deus. Orta enim die 2ta mensis Februarii, quae erat purificationis B. Mariae Virginis sacra in anno eodem, accedente primum ad sponsam suam Illmo ac Reverendissimo D. D. Eppo nostro Illmus ac Reverendissimus D. D. Nuncius Aplicus, magnum Ecclae Dei luminare, illuxit Ecclae cathedrali eidem, et civitati Premisliensi, et tanta omnium laetitia tanta gratulantium contentione exceptus est, ut indigenarum animi majorem capere, magis speciosam exhibere haudquaquam potuerint. Novum siquidem, et antiquis majoribus inauditum est, Aplici Nuncii pedibus terram Civitatis Premisliensis tangi, Illmum. vero ac Revendissimum D. D. Petrum Vidonum Nuncium Aplicum primum esse, qui eam calcaret, ut desiteratissimum erat, ita quam maxime auspicatum. Celsitudinem enim suam in tam horrendo patriae cataclysmo velut coeleste quoddam numen, S. R. Majestatis, renascentisque patriae soterem, magnum S. Ecclesiae virtutum exemplar, suspiciebant universi, et quos sancta illius dextera benedictionis honore dignabatur, beatos judicabant. Caeterum ipse quoque vultus Celsitudinis suae grata et veneranda gravitate spirabat magnam majestatem, et non oculos tantum, sed corda etiam et totos ad se rapiebat affectus. Oculi sereni, gestus admirabilem ad modum compositi, oratio, qualem in nominatissimis principibus docta olim praedicavit antiquitas, statura procera, quam et optimum naturae temperamentum et decentissima membrorum proportio, et quidquid tandem in natura humana dignum est ornari elogiis, praeclare adornabant.

Etsi vero suae Ilmae ac Reverendissimae Celsitudinis nomen per tot decorum ac ornamentorum gradus ad summum humanae existimationis fastigium ascendisse viederetur dici tamen vix potest, quantum ei accessrrit a personis lateri suo assistentibus, officiorumque Aplicae Nunciaturae munia obeuntibus. Erant enim, quos pu-

blica primae auctoritatis virorum judicia lectos e millibus, ac ut tali Nuncio Aplico Regem et Regnum, ita ipsum Illmum ac Reverendissimum Aplicum Nuncium tam nobili comitatu et assistentia felicissimos afürmare non dubitabant. Eminebant equidem et insigni honoris splendore velut stellae majores coelo sereno fulgebantur Perillris ac Rmus. DD. Fredericus Martinuzzius, generalis Auditor, Perillris ac admodum Rdus. D. Francisc. Polus Cancellarius, Perillris et admodum Rdus. D. Josephus . . . . Secretarius, viri omnes magni pietate, magni legum imperialium et canonici juris scientia, magni spirituali politicaque prudentia et quotquot magnorum virorum tituli sunt, per omnes titulos et re vera magni viri. Quid dicam de perillis ac admod Rdo Dno . . . . Testa supremo Curiae Suae. Celsitudinis Magistro. Quidde prilli ac Mfico D. Do. Francisco Maria Herba, nepote ex sorore suae Celsitudinis? quorum ad amabilem naturae bonorum gratiam tantus prudentiae, dexteritatis vitae ac morum, ad non affectatam elegantiam accommodatorum, ornatus accedebat, quantum nefas erat non observari amarique reverenter. Omnino, quocunque oculi nostri vertebantur, nihil mediocre, omnia exquisita, omnia summa occurrebant, ut Illmae ac Rmae Celsitudinis suae praedentiam, novum quemdam solem Ecclessiae ac civitati Premisliensi intulisse crederemus, atqua etiamnum asserere non vereamur, divinoque bonitati hoc adsribentes, gratias agamus immortales.

Quoniam vero Venerab. Capli nostri decreto stetit, ut per me Vicarium in spiritualibus, et officialem grlem Celsitudini Suae offerretur salutatio, omniumque confratrum, mutuis gratulationem affectibus certantium, os essem, idque pro mea tenuitate praesentibus perillribus A. Rdis Dnis Praelatis et Canonicis totoque Capitulo praestiti, ideo ad conservandam laetitiae et gratitudinis nostrae memoriam salutationem eamdem Actis praesentibus inscribi feci, et est ut sequitur.

Salutatio Nuncii Apostolici Petri Vidoni per Fridericum Alembek.

Illustrissme ac Reverendissme Domine! Domine Domine Antistes et Nuncie Aplice colendissime!

Tam enormi hactenus ingruentium undequaque malorum tempestate divinae justitiae rigor exagitavit patriam nostram, ut animis moerore omnino absorptis, nullum jucunditati aditum patere sentiremus. Consideramus enim omnes uno velut ictu, et ex immensa illa Regni latifundiorum vastitate, quam hinc Pontus Euxinus, inde Balticum mare, aliunde intimi Septemtrionum recessus et Carpatii montes claudebant, ad angustum compulsi angulum, jam ipsius pe-

ne coeli ruinam et extremam fatorum adesse voraginem crederemus. Et certe hoc proculdubio aderat, nisi aeternae clementiae benignitas supposuisset manum suam, et extraordinario favore sacram Regiam Majestatem, Dominum nostrum clementissimum, valetudine incolumi, vegetis animi spiritibus ad subditorum fidelium conspectum reduxisset. Abhinc primum rerespirare, abhinc bene sperare, consolationique corda permittere coepimus.

Jam vero ad hanc Illmae ac Rmae Celsitudinis Vrae praesentiam ea jucunditatis experimur incrementa, quae locum vix inveniant, nisi in sublimi gradu felicitatis. Magnum enim placati jam Omnipotentis interpretamur argumentum, Sanctissimi Patris, Oecumenici Pastoris, JESU Christi Domini Nostri Vicarii Nuncium, ad liberos totius populi Dioecesani prodire obtutus, et in personae suae majestate supremam, Deoque proximam Aplicam repraesentare Nobis majestatem. Etenim praecesserunt non annorum tantum curricula, sed aetates et saecula, populus absque numero, fortunae bona supra aestimationem, quibus Premisliensis haec terra usque ad aurei pomi (quo nomine apud omnem viciniam passim audiebat) titulum evecta, tantum caeteris praestare credebatur, quantum vel malus arboribus, vel aurum metallis. Haud quaquam tamen eo perventum est, ut indigenarum oculis illa donaretur aliquando beatitudo, qua parvuli jam cum senibus, omnis aetas, omni sexus et status de Celsitudinis Vestrae laeto adspectu ad satietatem usque perfruuntur. Exoriri novum creditur luminare, et quod agriculturan professi de aurora, solem oriturum in coelis praeeunte, in suos retulerunt Aphorismos, hoc jam in publicum sermonem confertur omnium e felicissimo isto Celsitudinis Vestrae in Premisliensi Dioecesi exortu, foecundum praesagium, omniumque bonorum feracissimum annum adesse. Ea siquidem animarum Episcopatus nostri erga sanctam Aplicam sedem est pietatis teneritudo, tam delicata reverentia, observantia, adeo orthodoxum de sanctitate judicium, ut ne umbram quidem Aplicorum Nunciorum transire censeant sine abundanti omnium et singulorum fructu.

Illmae praesertim ac Revmae Celsitudinis Vestrae, cujus omnes vitae ad sanctitatis regulam efformatas rationes, nemo est, qui non admiretur ac veneretur, amplissima vero erga charissimam patriam meritorum pignora inter suprema bonorum nomina non existimet reponenda, quibus tanto majoribus nostris praestamur feliciores, quanto vehementior adversorum procella nostram exercuit imbecillitatem. Annon enim divinum illud in communi civium fuga, cum periculi apprehensione obcoecatis animorum oculis pellium tantum suarum cura haberetur, non deseruisse bonum pastorem stationem suam? In cataclysmo et naufragio generali nauclerum Aplicum tanta sedulitate provinciae sibi commissae clavum tractasse, quanta solebat in prosperorum serenitate? Patrem Patrum nostrorum in-

divisum semper adhaesisse prodito Regi, eundemque recedentem, quamquam iter gladios et incendia bellorum paterna manu deduxisse? Sanctarum denique orationum, Apostolicaeque benedictionis praesidio vallatum in eam spem et exspectationem populorum crexisse, ut hostem, ut impium esse oporteat, qui non victorias, non pacem, non tranquilla in brevi omnia certa ominetur conjectura.

Atque haec luminaria sunt vera, quibus Illma ac Revmma Celsitudo Vestra, cum Polonae Sarmatiae polum ad coelestem quamdam lucem promoverit, tantum animis nostris de pietatis profectu sentimus accrevisse, ut quamquam omnium Illmor. ac Revdssimorum Nunciorum Aplicorum nomen et auctoritatem cultu venerationis supra humanum efferamus modum, Celsitudinis tamen Vestrae ante omnes. Ita enim mortalium ingenia sunt comparata, ut quantumvis principes honorum coaequarint fastigia, illis tamen et amoris et observantiae credant augustiores coronas deberi, qui beneficiorum in patriam collatorum gloriam supra alios extulerunt.

Merito ob eam rem in publicam gratulationem effusi cum iis exultantium animor honoribus Celsitudini Vestrae occurrimus, quos et ingenia concipere, et tempora permittere possunt maximos. Aeternae vero Bonitati gratiarum actione litantes, ab eo Illmae ac Revdssmae Celsitudini Vestrae valetudinem sospitem, et omnia et voto precamur in longam aetatem. — Dixi.

Quoniam vero maximum felicitatis publicae momentum debemus Illmo ac Revmo Dno Dno Andreae a Trzebice Trzebicki Dei et Aplicae Sedis gratia Eppo Premisliensi, Pro-Cancellario Regni etc. Dno Dno ac benefactori meo colendissimo, siquidem S. Regia Majestate extra regni provincias agente, Illma ac Revdssma Celsitudo sua Brzozoviae, tamquam consueta Eppatus sui Premislien residentia considens, cum omnino paterno ac pastorali zelo medios inter grassantium hostium ignes et gladios ovium suarum attenderet, tum ea, quae ordini totius Regni equestri in fide retinendo conservandoque necessaria erant vel opportuna, infractis animi viribus, felicissimoque successu curabat et promovebat, Sacram vero Regiam Majestatem salutaribus et vere Senatoriis consiliis armando, omnes optimi Eppi, optimi Senatoris partes implebat. Unde accedente speciali gratia Dei factum est, ut sensim de die in diem indigenarum erigerentur spiritus, arma pro fide sancta Rege et patria cogerentur, potentia Sueci quidem decresceret, sacrae autem Regiae Majestatis et Regni tantis invalesceret incrementis, ut fortuna publica brevi in pristinum statum reditura videretur, ac redeuntem spectaverimus. Rediit enim in patriam S. Regia Majestas, et hosti fortissimos opponens exercitus, gloriam patriae in novam, ut sic dicam, vitam revocavit. Tantum itaque publici boni, cum totum Poloniae Regnum maxima ex parte charis laboribus, consiliis Illmi ac Rmi. Dni Dni Eppi nostri Premisl., Pro-Cancellarii Regni, de-

beat, eaque de causa omnis ordo et status regni primum suae Celsitudini, ad Ecclam cathedral. Premisli. adventum dici vix potest, quam jucundissimum habuerit, mihique a Ven. Capitulo commissa erat publica salutatio, quam in praesentia Illmi ac Revermi Dni Dni Nuncij Aplici dixi, merito hanc, quoque Actis meis inserendam judicavi, inserique feci, ut squitur:

Illustrissime ac Reverendissime Domine Domine Domine et Antistes colendissime!

Salutat laeta Sponsa, cathedralis Premisliensis Eccla, sponsum privatis publicisque votis expetitum, Illmam Reverendiss. Celsitudinem Vram, et Eppalem thalamum ascendentis dextram cum reverentiali osculo prehensans, primam paternae benedictionis implorat gratiam. Nigra quidem illa; nam magno jam annorum volumine in afflictae communis fortunae sole versata, et hostilium armorum et militaris licentiae, et patriae egestatis aestu effervescente decolor facta, florentissimam vultus speciem aspectu miserabili commutavit.

Formosa tamen est, et digna amari. Ut enim ea, quae in commune aliarum Eppalium Ecclarum elogium concessere, intacta praetermittam, atque a primis ejus incunabulis rem ordiar, Ludovicum Regem, ac eo aeternitatis viam ingresso, primogenitam ipsius Mariam Hungariae Reginam, ultimae paternae voluntatis executricem, fundatores nacta, gloriosissimi sanguinis Piasti suprema haec architectura, ultimum pietatis et gloriae monumentum, adeoque perfectionis vere est complementam. Suspexit ejus pulchritudinem victoriosissimus Rex Vladislaus Jagiełło et magnorum beneficiorum largitatem in sinu ejus deposuit. Sigismudus Imus in privilegiorum gratiis encomiorum luce illustratam aeviternae posteritati commendavit. Succedanei Reges, magna Europae Christianae firmamenta, iis favorum ac donorum muneribus extulerunt, ut vel vicini omnia extenuantis oculus totam ornatissimam, totam amabilem agnoscere faterique cogatur.

Iam vero quantum et quam eminens illud: Sarmaticae aquilae nidum esse quasi natalem, reclinatorium quasi perpetuum. At Premisliensi infulae nomen hoc ante omnes proprium, cui a prima fere annorum teneritudine (paucis tantum et brevibus distinguentibus intervallis) nunc praevolasse, nunc praepeti volatu aquilam comitem accessisse, paucos, qui Cancelarii, Pre-Cancellariive dignitatem non intulerint vel extulerint, Antistites obtigisse, nemo ignorat. Certe post eum, qui Nicolaus Primus Grajevius dictus fuit, ex familia cygnorum Premisl. Eppum Regnique Cancellarium, successere Cancellarii: Mathias Drzewicki, Mathias Pstrokoński, Petrus Gembicki ingens sacrarnm ac politicarum virtutum depositorium, nunc Eppus Cracov., Pro-Cancellariius vero:

Vincentius Przerembscius, Petrus Lomicki, Joannes Borukowski, Albertus Baranowski, Alexander Trzebieński, quorum numerum Celsitudo Vra. Illustrissima ea felicitate cumulavit, ut non solum virtutum ac meritor honore omnes adaequarit, sed certam quoque in sera posteritate vitae Senatoriae pariter ac eppalis exemplis nomini suo immortalitatem comparaverit.

Quantum etiam et quam eminens illud quoque Premisliensis Cathedrae Capitulo, quod Eppalis sponsae princeps est membrum, eam in fatorum codice Excelsi digito inscriptam esse dotem, ut Epporum, Regni Senatorum, Seminarii jus, honorem et titulum asserere sibi possit et vendicare, ut paucorum tantum annorum pagina interjecta tempus non esset, quod e gremio illius unus aliquis curulem Senatoriam meritorum amplitudine non illustraret, atque adeo etiamnum illustret. Rem dico, quam tot Illmi et Revermi PPes spplendore suo aeviternitati consecraverunt. Nicolaus Pruchnicki Eppus Camenecensis ex Canco fundi Buszkowice, Bernardinus Wilczek Archieppus Leopol. ex Decano, Petrus Starzechowski Archieppus Leopol. ex Cantore, Joannes Drohojowski Eppus Camenecen, postea Chełmensis, tandem nominatus Vladislaviensis ex Canco fundi Pnikułt, Valentinus Herburt Eppus Premislien e Praeposito, Paulus Tarło AEppus Leopol. ex Decano, Petrus Tylicki Eppus Cracov ex Canco fundi Bakuńczyce, Acbatius Grochowki Eppus Premisl. postea Luceorien, ex Cantore, Stanislaus Grochowski AEppus Leopolien ex Archidiacono, Joannes Tarnowski magnum Senatorii, magnum spiritualis ordinis luminare ex Canco fundi Sosnica Cancus, postea Archidiaconus Cracov, tandem abbas clarae-Tumbae, nunc AEppus Leopol. Annon illustrissima haec a tot Illustrissimis pulchritudinis argumenta?

Quid autem tertium? Relinquetur forte sub tabula silentii? Absit ut magna impraesentiarum sileamus. Et magnum profecto est subditorum ad principem tam exacta reverentiae subjectionisque regula contemperari voluntates, ut querela omnis exulet, ut semper foecunda extet materia gaudij in Spiritu Sto. Id vero tam nostrum profitemur ut nemini demus primas. Hic enim intimo amore filii certamus cum amore Patrum, hic laeti obsequium reponimus oves vigilantiae pastorum, hic sanctorum imitatione virtutum effigiamus in nobis sanctitatem Epporum. Jactentur alibi honorum culmina, fortunarum cornucopiae, et quidquid magnum in illo magno miratur parvus mundus. Nos a prima majorum memoria ita moribus instructi, ita usu et exercitio efformati vivimus, ut altiorem excellentiae gradum nec velimus, nec sciamus quam ut tenerrime amando, et amanter parendo, antistitum nostrorum amore digni simus.

Haec itaque est forma, haec species sponsae, quae cum novae desponsationis, ornamenta sponsi in sponsam transferentis, foe-

dere ad Illmae ac Rudfmae Celsitudinis adnittatur amplexum, haud dubitamus vel ipsa invidia judice non pulcherrimarum tantum sed et felicissimarum quoque sponsarum catalogo adscribendam. Etenim summum felicitatis est momentum, nobilissimae sponsae sponsum, et antiquissimae prosapiae decoribus, et propriis in Ecclam patriamque meritis illustrissimum, amantibus filiis amantem patrem, bonis ovibus bonum pastorem, regulato clero eum a divinae providentiae dextera introduci Praesulem, qui sanctis vitae suae rationibus exquisita sit unicuique regula secundum instituta vocationis vivendi. Ac talem agnoscimus, talem cum singulari animorum jucunditate profitemur ac veneramur Illmam ac Reverendiss. Celsitudinem Vram. Quid vero agimus de nobis, quasi haec nostra tantum judicia, quasi haec nostra tantum sententia. Totum Sarmatiae Europaeae coelum suspicit, ac pene adorat illam Trzebicij sanguinis tot honorum fulgoribus, tot rerum pro patria fortiter gestarum laureis coronatam antiquitatem. Celsitudinis Vestrae in Stae religionis propagatione ordinatissimum zelum, in Ecclicae libertatis ac immunitatis conservatione enixam curam, illam denique Senatoriarum ac Eppalium virtutum copiam et magnitudinem a quibus inclytum Poloniae Regnum splendore perfusum eximio non minus quam Septemtrionalis plaga a splendidissimo sui Cygni resplendescit asterismo. Equidem jam cygnum coelestem spectari a nobis aliquando contigisset totum candore lacteo, sed lac densa erat stellarum combinatio, fulgentem vidimus. Vidimus admirandam magnitudinem, atqua ab omni parte ingetium formarum, aquila inter eas regnante, imagines et omnia, quae pulchritudine simul et majestate occupatum animum vix alio divertere patiebantur. Nescimus, an verius ullumquam celsitudinis Vrae emblemma, candida mens et cum candore immensum sapientiae lumen, ac salutarium consiliorum radii, pacis ac belli optimi directores, fovent aquilam rogalem, ornant Senatoriam togam, sagum honestant militare, et quidquid tandem magni Polonum habet nomen, totum sibi vendicant, ornamentis gloriae illustrando.

Habet ideo non immerito, ut Ecla Praesulem sanctum, ita politicus status optimum Senatorem, sed et optimum civem. Habent viri doctrinarum professione celebres principem eruditionis, thesaurum externae et patriae historiae, flumen aureum eloquentiae. Nos coronam, nos gloriam nostram, nos gazophylacium felicitatis nostrae. Oneramus eam ob rem Omnipotentis altaria thymiamate gratiarum actionis, gratulamur sponsae, atque ad hanc Celsitudinis Vestrae praesentiam et aspectum, quam longe omnium experimur jucundissimam, plenis gaudiorum velis effusi, lamentabilis aevi nostri litora transimus, velut malorum nostrorum nescientes. Ut enim, philosopho fidem adstruente, excellenti sensibili organa sensuum perfundete, nihil specierum aliarum sentitur, ita animis nostris usu

venit, ut tota, licet hostili vicinia contra capita nostra conclamante, adversa tamen in cogitationem non admittamus prae affluentis magnitudine voluptatis.

Experti sumus non ita pridem simile, cum irruente in patriam undequaque tempestate omnis pene Russiae Palatinatus praeter Transalpinas latebras locum alium salutis invenire non posset. Fragor armorum ubique, et ubique tristissima erat mortis imago. At quanta contentione fuga urgebatur omnium, tanta celeritate Celsitudo Vra suum ad Eppatum convolavit. E specula Brzozoviensis residentiae tam diu cives obtestari adjurareque non dubitavit, nec destitit, donec alii a fuga revocati pedem referrent, alii ad fidem et constantiam animati, mortem potius in patria honestam, quam vitam eligerent fugitivam, quam plurimique tandem Deo, Sacrae Regiaequae Majestati, sibi denique ipsis lucrefieri decernerent. Crescebat in dies admiratio nostra, et tam indefessi Pastoris, tam publico bono advigilantis Senatoris gloria cum illo decantabatur Symbolo:

Si totus illabatur orbis
Impavidum ferient ruinae!

Quid nos ad latus solis nostri stellae minores? Non sane, quod Romanus Senator Lucius Annaeus Seneca de suo affirmavit sapiente: Non dico, inquit, non sentit, sed non patitur. — Non id omnino: vere enim nec passio malorum nos tetigit, nec sensus, omnem procellae impetum Celsitudinis Vrae praesentia, animique statu immutabili prosus compescente, penitus absorbente.

In eum felicitatis gradum evecta est jam sponsa privilegio novae desponsationis. Altiorem non ambit. Dummodo Illmae u Rndssmae Celsitudinis Vrae sponsale donarium accedat, ut dignam censeat amari, ametque ut sponsam. Id unicum vovet, id solum vult impetratum, et sperat in omnem Praesulatus aetatem. Interim demittit caput submittit animum ad sanctam, ad paternam, ad Eppalem benedictionem! Dixi.

DOCUMENTA AD EPPATUM STANISLAI SARNOWSKI.

I 1659. Brzoz. 5 Sept. Encyclica eppalis, cum notitia ad clerum de aditu muneris pastoralis. Act. epp.

II 12 Nov. Confirmatio fundationis pro altari Sti Stephani in Collegiata Jaroslav. Ibid.

III 1660. 24 Maji. Innovat ordinationem Laur. Goślicki quoad praepturam Crosn. Rosa II f. 268.

IV. 1660. 16 Aug. Capitulo Collegiatae Jaroslav. statuta praescribit. vis. Sierak 1744.

V 1664. Varsav. Sab. ante fest. S. Hedvigis. Joannes Casimirus R. P. confirmat fundationem Stanisl. Stramszewicz ADiac. cath. pro Suffraganeatu Premisl. Act. Cap.

VI 1662. 11 Sept Alexander P. VII Stanislao E. P. dat facultatem conferendi tres Canonicatus vacantes in mensib. papal. Act, epp.

VII 1668. 8 Febr. Approbatio confratern. sacerd. in districtu Sambor. et Neomestensi. Act. Sierakowski 1760.

VIII 1668. 12 Maji. Erectio Conventus FF. Predicator in villa Borek. Act. Epp.

IX 1668. 20 Julii Erectio Conventus Minorit. Conventual. in Pacław ibid.

X 1668. 13 Aug. Confirmatio confraternitt. S. Annae in eccla Brzozov. ibid.

XI 1669. 12 April. Erectio Promotoriae SS. Rosarii B. M. V. Brzozoviae ibid.

XII 1668. 20 Aug. Erectio praebendae ad ecclam Concept. B. M. V. in suburbio Drohobyc. ibid.

XIII 1669. 21 Maji. Confirmatio privilegii Petri Gembicki E. P. de ac 1642 super incorporatione scultetiae in Jasionka ad mensam Cap. ibid. et Act Cap. vol VI.

XIV 22 Maji. Privilegium poponanatus in Kamionka per Achac. Geochowski, porro privil. po-

ponatus in Dalejowa per Joan. Dziaduski et Philipp. Padniewski collatum confirmatur. Act. Epp.

XL. STANISLAUS SARNOWSKI

STEMM. JASTRZĘBIEC

E. P.

1658—1676.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Joan. Casimir. resig. 1668.	Alexander VII † 1667.	Andr. Leszczyński † 1658
Michaël I † 1673.	Clemens IX † 1669.	Venc. Leszczyński † 1666
Joannes III	Clemens X 1670—1676	Nicol Prażmowski † 1673.
		Casim. Flor. Princ. Czartoryski † 1674.
		Andr. Olszowski.

Archi. Epp. Leop.

Jeann. Tarnowski †· 1669.

Adalb. Koryciński.

Stanislaus Jastrzębiec [1]) Sarnowski palatinatu Lanciciensi patre Joanne, matre vero Elisabetha Brzechwa (ejud. stem.) natus est.

[1]) Notitias de hoc Eppo vid. apud P. Niesiecki in „Korona p.“ et Łętowski in Catal. Can. Cracov. — Auctor MSi de

Ante eppatum primum Secretarius, postea Referendarius regni fuit, Canonicus Cracov. Preptus Collegtae Varsav. ad S. Joann.

Joannem Casim., cum adhuc regius princep esset, ad regna extera peregrinantem, qua consiliarius et Mentor comitabatur. Postea Abbatiam Sulejov. (ord. Cisterc.) obtinuit et cum retentione ejusdem eppus Premisl. factus est (1658). [1])

---

vit. eppor. Prem ei stemma „Ślepowron.“ attribuit, secutus P. Niesiecki in Serie eppor. Prem. At hic auctor tomo IV errorem suum retractavit, referens, eum fuisse stemmatis Jastrzębiec.

[1]) In litteris nominationis ad Capitulum cath. dd. Varsav. 11 Martii 1658 datis Joannes Casimirus R. P. Sarnovium ita commendat: „Eminebat in eo sacra eruditio et eloquentia in „principe orbis urbe nostro testimonio, — (allvdit ad suum „iter Romanum, in quo Sarnovium comitem habuit). — Re„stituet ecclesiis sua decora accurata ejus sollicitudo plus „quam Transylvanica — (sc. Rakoczyanorum) — sociata col„luvici. impietas horroris ac vastitatis reliquitit.“ Ad litteras regias nominatus quoque suam addidit eplam, qua Capitulum hunc in modum salutat: „Perillres et AA. RR. „Dni, Dni et fratres observandmi! Non meorum exigua capa„citas meritorum, sed divinae dispositio voluntatis id fecit, ut „me S. Reg. Majestas, Dnus. meus clementisimus, Praesulem „cathedralis Prem. ecclae apud Pesillres AA. RR. DD. Vras. „specialibus litteris suis nominatum proponere vellet. Equidem „impar hoc meis viribus onus praesentio, sed ne labores in „vinea Christi fugere videar, non invitus vocationi huic meae „parendum duxi. Cum vero id non aliis modis, quam per ac„cessionem suffragiorum Perillrium AA. RR. DD. VV. suum „sortiri effectum posse certum sit, compellandas Perillres AA. „RR. DD. VV. hac mea fraterna epla censui. Quas obnixe „precor, velint meam imbecillitatem concordibus perficere „votis, et me singulari sui affectus testimonio hac in parte „cumulare. Quo obligatus mutuae propensionis officio Peril„lustribus AA. RR. DD. VVris respondere conabor, ipsis in„terea mea studia cum omni obsequiorum promtitudine quam „diligentissime commendans. Dat. Varsaviae 11 Martii 1658 „Perillrum AA. RR. DD. VVrarum addictmus frater et ser„vitor: Stanisl. Sarnowski, nom. Epp. Prem. Abbas Sulejov.

Toto pectore connitebatur, ut innumera, sub antecessoribus suis Joanne Zamoyski et Andrea Trzebicki ecclesiis, et ecclesiasteis bonis inflicta vulnera sanaret. [1]) At

(Vid. Acta Cap. Vol. IV fol. 953. 955).— Capitulum in responsoriis ad litteras regias ait: „Id unum metuimus, ne eum „(Sarnovium) nobis sublimiores invideant cathedrae, quo in„felices nos numeramus, quod eppos ostendant nobis tantum „fata, et cum laeti eos, tamquam salutare nostrum, suscipimus „et amplectimur, invitis nobis alio transferant.“ Id omnino verum, et proinde querimonia isthaec fundata erat; nam prestantissimi fere eppi Sedem Premislien. brevi tempore, quasi in transitu, tenuerunt. At hac vice, quod metuebatur non tam cito evenit; nam Sarnovius 18 annis ecclam Premisl. rexit. Obtenta confirmatione Alexandri P. VII dd. 22 Jun. 1658 Sarnowski die 3 Septemb. 1658 in persona procuratori, ad hunc actum electi, Joannis Chądziński, Canci Chełmen., Praepti Sawinen. in eccla cathed. de more fuit inthronizatus. Post adventum ad Dioecesin die 5 Septemb. 1659 Brzozovia eplam pastoralem ad clerum dioecesos direxit, qua praesentiam suam ad notitiam ejus deducit, seque ejus aeque ac populi fidelis orationib. commendat. (Vid docum. nro. I), die vero 20 Octobr. 1659 (fer 2 post Dom XX p. Pentec.) ad ecclam cathedr. prima vice ingressus, ac per Frid. Alembek, Cantorem, nomine Capituli salutatus, consuetum juramentum coram Capitulo praestitit. (Act. Cap. Vol. IV fol 979 seq. 1040 seq.)

[1]) Non tantum bona eppalia per Cosacos, Suecos et Hungaros Rakocianos summe desolata reperit, sed et multas in dioecesi ecclas funditus eversas aut concrematas, omnique ornamento exspoliatas. Ad hunc tristem statum alludit Capitulum in litteris ad Alexandrum P. VII d. 24 Aprilis 1658 scriptis (quibus Stan. Sarnowski ad hunc eppatum postulat). dum spem suam declarat: „virum tot egregiis dotibus instruc „tum ipsi solatium allaturum esse post labores et aerumnas „in terra, cui hucusque maledixit dominus“ (Act Cap. Vol. IV fol. 959.)

Pax cum Suecis 1660 in coenobio Cisterc. Olivensi conclusa est. Vid. Act. eppatus St. Sarnowski sub 12 Jun. 1660, ubi gratiar. actiones pro hoc beneficio Deo per omnes ecclesias reddendas praescribit. Joannns Casimirus juribus suis in Sueciam se abdicavit, solo titulo regis „Suecorum, Gothorum et Vandalorum“ contentus. — Hoc ipso anno 1660 die 17 Octobr. Joannes Casimirus R. P. cum regina uxore Premi-

nec ejus tempora prosus tranquilla erant; quamvis etenim pax cum Suecis conclusa esset, regnum tamen motibus internis quatiebatur, [1]) et anno 1671 bellum cum Tur-

---

sliam invisit, a Stanislao Stramszewicz, Archidiacono, in eccla cathedr. honorifice salutatus. (Vid. appendicem.)

[1]) Cum Moscis 1667 induciae ad annos 13 conclusae. — Finito bello cum Suecis milites solutionem retentorum Stipendiorum importunius urgebant, et in bonis ecclesiasticis consistentes rapinas ac emunctiones atroces exercebant. In tractu Brzozov. ac Jasliscensi eppus titulo hibernorum 8000 fpol. persolvere debuit. Nec laetiorem statum bonorum, Radymno et Łukawiec sub hoc respectu fuisse Acta Cap. 1661 Vol. V p. 27 evincunt, quibus testantibus eppus ad pacificandos milites 2000 fpol. a Capitulo mutuatus est. Ut praetensionibus exercitus satisfieret, nummi minoris, quam valor nominalis ferret, pretii, procudi coeperunt. Titus Livius Boratini, Italus, solidos cupreos, Andreas Timpfe, Germanus, florenos polonicos argenteos ea arte cudebant. Floreni hujusmodi, tymphones vulgo dicti, vero argenti pretio nonnisi 12 grossos pol. (pro 30 grossis) aequabant. P. Kwiatkiewicz S. J. in suis annalibus (Roczne dzieje) ad ann. 1659 de hujusmodi tymphonibus scribit: Trzy litery na nich. „J. C. R.“ Jana Kazimierza kró„la wyrażały, gdzie wiersz był przydany: „Dat pretium serva„ta salus potiorque metallo est,“ jakoby rzeczono, że i mo„neta, choć podła, drożeć musi dla zachowania ojczyzny. „Atoli owe 3 litery niektórzy tak wykładali:“ „Incipit cala„mitas regni“ jakoby się nie jedno złe poczynało w tem kró„lestwie za wniesieniem tey monety.“ — Ad cumulum calamitatum accessit bellum intestinum (Lubomirscianum), cujus haec fuit occasio: Joanes Casimirus reginae Mariae Ludovicae votis cedens, de successore stante adhuc vita sua, et quidem principe Condeo, qui reginae e sorore nepos erat, eligendo, consilia agitabat. Huic molitioni nemo majori vehementia se opposuit, quam Georg. Lubomirski, supremus regni Mareschallus, vir strenuus, et durante bello Suecico ac Moscico de patria bene meritus. Inde odium maximum aulae incurrit, per cujus clientes ad comitia anni 1664 citatus, et quasi in perniciem patriae conspiraret, absens damnatus ac proscriptus, est. Vratislaviam ille abiit exulatum, at postea cum armata manu in Poloniam reversus, cum copiis regis iterate propitio Marte conflixit. — Victor regi se submisit, attamen reconciliatione non obstante factioni aulicorum diffidens Vratislaviam rediit, ubi 1666 supremum diem obiit.

cis exarsit,[1]) cui 1674 Joannis III (Sobiescii) virtus finem fecit; siquidem Joannes Casimirus procellis, quibus continuo agitabatur, defatigatus, anno 1668 corona sese abdicavit, qui vero in ejus locum suffectus est, Michaël I (Wisniovecius) jam 1673 rebus humanis exemtus est.

Sarnovius restituendae disciplinae ecclesiasticae, inter armorum stridorem multum collapsae, studiosus, suscepto officio pastorali ecclesiam cathedralem visitavit,[2]) ecclesias vero parochiales per delegatos suos lustrari jussit,[3])

[1]) A. D. 1672 Turcae expugnata arce Camenec. in Russiam, Leopolim usque penetrarunt, quae Civitas, ne obsidionis incomoda subire cogeretur, hosti Summam 100 mill. thalerorum persolvit. Eo tempore, quia moenia Civitatis Premisl. vetustate, et per ultimas invasiones multum attrita erant, Capitulum ad evitandum iminens periculam thesaurum et documenta eccliae cathedr. Thorunium evehi jussit (Acta Cap. Vol VI fol. 399). Turcis, Leopoli castra metantibus, Tartari eorum socii, Premisliensem regionem infestabant, more suo praedas colligentes. Quos P. Guardiarus Conventus Recollectorum, Christinus Szykoski cum lecta civium Premisl. manu ad villam Kormanice fudit, et spoliis ereptis, in fugam convertit. (V. Kleczewski in Calendar. Seraphico pag. 20 seq.)

[2]) Visitatio haec coepta est fer 5 prox. p. Pentec. quae fuit 5 Jun. 1664. Vid Act. Cap. vol. V pag. 63, decretum vero reformationis absoluto visitatione dd. Radimnae 29 Novemb. 1664 editum, legitur Act. Cap. Vol VI p. 7 sub anno 1665.— Ea occasione nrus Vicarior. cathedr. ob diminutos proventus ex 11 ad 8 reductus est, ita ut 5. Plati singuli unum Vicarium, e 6 Canonicis vero bini unum praesentarent. Numerum 6 Pselteristarum primitivum, ob defectum congruae susternationis diminutum, Sarnovius, revindicatis fundationibus, iterum restituit, ordinavitque, ut singuli 3 horis, die vel nocte incidentibus, dum officia divina cessant, in eccla cathedr. laudes divinas accinerent.

[3]) Mox ob adventu suo d. ult. Septemb. 1659 Decanos rurales ad ecclas parochiales suorum districtuum auctoritate eppali visitandas deputavit, quibus et articulos communicavit, super quibus in visitatione specialiter inquirere tenerentur. (Act Epp. s. anno cit). Anno 1674 rursus visitationem ecclarum per Albertum Włodek, Cancum cathedr., ad hunc Actum delegatum, instituit. Vid Act Cap. vol. VI f. 420. De Synodo

Capitulo Collegtae Jaroslav. statuta dedit, [1]) jura cleri curati contra regulares zelose defendit, [2]) et ut beneficia, corporationibus ecclesiasticis incorporata, per vicarios perpetuos, non temporarios, administrarentur, invigilavit. [3]) Loco

---

quoque dioec. congreganda cogitabat (Act Cap. ex ann. 1664 Vol. VI fol. 420); at ob turbas domesticas, tunc intervenientes, consilium hoc exequi nequivit. — Quoad actus ejus disciplinam morum concernentes, illud memoratu dignum est, quod P. Rzepnicki in vit. Praesul. Polon. refert; quod scil. anno 1663 in tribunali regni Petricoviae obtinuerit decretum, quo sub poena colli Judaeis obsequia Christianorum prohibita sunt, ac mandatum fuit, ut Judaei tempore processionis in festo SS. Corp. Christi domi modeste se continerent. — Non diu ergo observatio decreti Pauli Piasecki in eodem objecto lati (vid nos sub hoc eppo) viguit, cum illud jam denuo cum tam rigida sanctione reinculcari necessarium fuerit visum.

[1]) Vid. visit. ecclae Collegtae Jarosl. per V. Sierakowski in decreto reform., ubi provocatur ad decretum Sarnov. d.d. 16 Aug. 1660.

[2]) In exemplum allegamus, Minoritas Conventus Premisl. ad mulctam 100 aureor. damnatos fuisse, quia Sabbato S. prius quam campanae cathedr. ecclae pulsarentur, suas pulsare praesumserant. cf. Act Epp. sub 16 Maji 1664.

[3]) Vide Act. Epp. 1668 fol 57. 62. 69. 132. 360, ubi ecclae in Wyszatyce, Borek et Strzałkowice, quarum prima Collegio Mansionar. Prem., altera Praepturae Tyczyn., tertia Mansionariis Samb. incorporata erat, Vicariis perpetuis providentur. Quo ad beneficium in Krosno, Capitulo incorporatum, primum antiquam consuetudinem, inde a temporibus Laurentii Goślicki introductam, conservavit: ut beneficium hoc, quoties, illud vacare contigerit, seniori e Capitulo, cum titulo Praepositi ita cederet, ut hujusmodi Praeptus e fructibus ejus massae caplari quotannis pensionem 120 fl. pol. solvere teneretur. (Vid Act. Cons. 24 Maji 1660), at serius post obitum Stanisl. Stramszewicz, ADiaconi et Praepti Crosn. postulante Capitulo permisit, ut eccla Krosnen. per Commendarium a Capitulo praesentatum cum honore Praepti gubernaretur, proventus vero detracto salario hujusmodi Commendarii residui ad massam caplarem pertinerent (V. Act Cap. 1659 vol. IV p. 1018., 1666 vol. VI fol. 96 et 125. 127).

ecclesiae ligneae Brzozoviae, belli tempore exustae novam de cocto latere aedificare coepit,[1]) Radymnensem ecclam restauravit,[2]) novam parochiam in Jasień, conventus vero regularium: Dominicanorum in Borek et Minor. Conventualium.[3]) in Paclaw erexit, in districtu Sambor. et Neomestensi confraternitatem sacerdotalem instituit,[4]) ecclas in Jacmierz, Sambor et Strzałkowice consecravit,[5]) Brzozoviae confraternitt. S. Annae,[6]) tum praebendam promotoris Rosarii B. M. V.,[7]) Drohobyciae vero praebendam ad ecclam Concep. B. M. V.[8]) approbavit, privilegia ecclesiarum ruthenicar. in Kamionka et Dalejowa roboravit.[9])

Pro fundatione Suffraganeatus Premisl. confirmationem regiam impetravit,[10]) incorporationem scultetiae in

---

[1]) Vid. Schemat. dioec. s. eccl. Brzozov.
[2]) Vid. Act Cap. 1670 vol VI p. 324.
[3]) Vid. Schemat. d.
[4]) Acta Vit. Sierakowski sub anno 1760 p. 346 seq.
[5]) Vid. visit. Szembek. et Sierakow. h. eccl.
[6]) Vid. doc. nro X.
[7]) Doc. nro XI. Fundatores hujus praebendae, Praepto Brzo. incorporatae, erant Joannes Miklaszowski, Praeptus ecclae, Brzozov. et Ioannes Foltynowicz Praeptus hospital. Brzoz.
[8]) Vid. doc. nro XII.
[9]) Vid. doc. nro XIV.
[10]) De irrito conamine fundandi suffraganeatus vid. dicta sub petro Gembicki. Quia petitiones in hoc negotio ad sedem Aplicam delatae ideo effectu caruerant, quia dos futuro Suffraganeo assignata, insufficiens videbatur. Stanisl. Stramszewicz pro fundatione ejudem Summam 33.000 fpol. ea conditione inscripsit: ut futurus Suffraganeus non sit persona extranea, nec aliunde sed e gremio Capituli Prem. assumatur per liberam Eppi electionem, a S. Sede Aplica confirmandam. Hanc fundationem Joannes Casimirius R. P. approbavit. Vid. doc. nro V. Restabat adhuc ipsa Suffraganeatus erectio aqud S. Sedem Aplicam exoperanda, id quod primum sub Sarnovii successore Joanne Stanislao Zbąski ad finem perductum est. Interim Stanisl. Stramszewicz, anno 1665 fatis sublatus, fructum vineae, quam plantavit, gustare non po-

Jasionka ad mensam Capituli ratificavit, [1]) privilegia immunitatum oppidi Brzozov, documentis ejusdem durante bello conflagratis, innovavit. [2])

Ecclesiae cathedrali calicem cum patena ex auro obryzo, porro quatuor argentea candelabra donavit, [3]) Sum-

---

tuit. V. Act. Cap. 1661 Vol. V fol. II. 1662 Vol. V fol. 32. 1666 Vol. VI fol. 72.

[1]) Vid. doc, nro XIII. Act Cap. 1669 Vol. VI fol. 263. Subsecuto obitu ultimi possessoris advitalis Sarnovius actum Gembicii antecessoris sui ratificavit, et Capitulum in realem possessionem advocatiae introduxit.

[2]) Vid Act. Cap. 1676 vol. VI fol. 464 seq. Sarnovius ad preces oppidanorum Brzozov. jura, quae constanti usu, usque ad sua tempora propagato, et per depositionem fide dignorum testium vera cognoverat, novo privilegio, dd. Brzozoviae 27 Junii 1676 cum consensu Capituli edito, complexus est. Potissima eorum haec sunt: *a)* Nemini schismatico, haeretico aut Judaeo Brzozoviae domicilium figere liceat. *b)* Oppidum hocce juxta veterem consuetudinem juris Magdeburg. usum retineat, *c)* electio consulum, advocati et scabinorum penes incolas maneat, *d)* A decretis magistratus civilis ad praefectum urbis, per eppum constitutam, ab hoc ad ipsum eppum recursus pateat, *e)* Oppidum in possessione practorii (ratusz), telonei, et subditorum in Porkowka conservatur. Telonea tamen non ad alium finem, quam emendationem viarum in territorio oppidi impendantur, et dicti subditi non ad alia obsequia, quam quae bonum publicum oppidi exigit, e. g. reparationes viaram, et pontium, restaurationem ecclae, advecturas et itinera in negotiis oppidi, stringantur, *f)* Nundinae publ. quater per annum: scil. in festo S. Dorotheae, fer 5 ante Pentec., in f. S. Francisci Conf. et S. Barbarae V. M. fora autem septimanalia singulis feriis 5tis celebrentur, *g)* oppidanis braxatio cerevisiae, mulsi, cremati, et tam horum potuum, quam et vini epocillatio libera relinquitur, *h)* contubernia opificum juxta antiquam observantiam causas suas judicent, et negotia administrent, — *i)* oqpidani Brzozo. in possessione duarum bombardarum (działa), ab antecessoribus eppi ad defensionem loci donatarum, relinquuntur.

[3]) Calix hic usque ad annum 1786 in thesauro ecclae cathed. superstes fuit, uti Inventarium jussu CR. Gubernii die 11 Martii anni cit. confectum probat. At orto bello cum Turcis mandante Josepho II Imp. officinae monetariae tradi debuit. Ven-

mam 23,400 f. pol. pro Seminario, [1]) 1000 f. p. po fabrica ecclesiae, [2]) 1200 f. pol. pro fabrica domus vicarialis destinavit. [3])

---

cesl. Sierakowski in inventario ex anno 1743 eum, ita describit: „Kielich szczerozłoty, na środku, na piedestale, i na „kupie suto szmelcowany, z herbem sub pede wyrysowanym „Sarnowskiego B. P. i z podpisem na dole złotnika: Robił „P. Jan Czyżowic 1677, 12go kwietnia. Patena do niego „szczerozłota, duża z wyrysowaniem Sw. Stanisława Bpa Kra„kow. w laurze. Ex 4 candelabris 2 erant magnae formae, 2 minora. V. Act. Cap. 1678 Vol. VII fol. 10. — Porro Acta Cap. 1676 Vol. VI fol. 487 etiam alium calicem argenteum deargentatum, et baldachinum sericeum, auro et argento affabre textum, ceu donum hujus Praesulis comemorant, addita observatione: tam pretiosa munuscula a nullo antecessorum ipsius huic ecclae data fuisse.

[1]) V. Sierakowski in libro Vis. Ecclae cathedr de ao 1744 s. artic. „Seminarium dioeces.“ haec habet: Illm. Sarnowski E. P. conscientia motus in compensationem villae Łukawiec (c. attin., olim ad beneficium Lubaczov. pertinentis, quod Sigismundus III R. P. sub Eppatu Laur. Gośłicki mensae eppali pro fundatione Seminarii incorporaverat) pro erigendo Seminario Premisl. 2 Sumas destinavit, unam 13.400 f. pol. cum censu annuo 8 fl. a centum super Synagoga Iudaeor. Premisl. locatam (nam constitutio regni nuper edita summas ecclessiasticas super Synagogis, domibus, fornicibus Judaeorum locare permisit, quod antea fuit illicitum Vid Act. Cap. 1661 Vol. V p. 14. 15.); alteram 10.000 fpol. in villa Piella, terrae Sanoc. assecuratam.“ Prior Summa fuit legatum a Stanisl. Stremszewicz, Archidiacono Premis. in rem Seminarii factum, alteram Eppus e derelictis intestati Stanislai Bronikowski, Canci cathed. P. ad eundem usum destinavit. (V. Act. Cap. 1678 vol. VII fol. 13). Harum Sumarum adminiculo Sarnovius Seminarium erigere intendebat, at ad aliam Sedem translatus opus hoc suo successori relinquere debuit. (V. Act. Cap. 1680. f. 58).

[2]) V. Act. Cap. 1678. Vol. VII. p. 10. — Acta Cap. 1680 f. 68 insuper commemorant Summam 3000 fp., quam pro fabrica ciborii, reparatione organi, et aliis necessitatibus ac ornamentis ecclae cathedr. donavit, quamque Capitulum successori ejus Stanisl. Zbąski in primo ad ecclam cathedr. accessu mutuo dedit.

[3]) Vid. Visit. Sierakov. de anno 1744 f. 291 n. 44.

A. D. 1672 coepta est controversia cum PP. Societatis Jesu Collegii Prem. respectu antiquae ecclesiae S. Petri diu et cum magno fervore sine ullo tamen effectu, continuata. [1])

A. D. 1676 Clemens P X magnum Jubilaeum, praecedente anno Romae celebratum, ad regnum Poloniae extendit. [2]) Eodem anno Stanisl. Sarnowski, postquam ecclesiam Prem. 18 annis sapienter rexerat, ad eppatum Vladislaviensem translatus est, [3]) in quo 1680 vitae temporalis cursum consumavit. [4])

---

[1]) Hoc templum ann. 1618 Stanislaus Sieciński E. P. consentiente Capitulo PP. S. J. donaverat „de novo erigendum, aedificandum, exornandum, ut in eo intermissus cultus divi„nus denuo commode peragi posset.“ At PP. S. J. nova ecclesia in loco vicino s. t. S. Ignatii exstructa, hanc antiquan ecclam S. Petri neglexerunt, ita ut anno 1672 summam desolationem praeseferret,— imo eam penitus demoliri intendebant. Aegre ferebant Eppus et Capitulum, quod antiquissimum in hac Civitate r. l. templum, in quo primorum epporum, et Catholicorum, a Schismaticis propter fidem occisorum, cineres quiescere putabantur, contra mentem privilegii donationis tanto neglectui traditum esset. Summa diligentia per delegatos Capituli in statum hujus aedificii, et super eo inquirebatur: an et qui eppi in eo sint sepulti? Quoad primum agnitum est, hanc aedem restaurationis incapacem esse, quoad alterum nil certi comperiri potuit. (V. Act. Cap. 1672 Vol. VI f. 355—363). Hoc non obstante Eppus consentiente Capitulo PP. S. I. demolitionem hujus templi prohibuit (ib. fol. 365).— Sarnovio ad sedem Vladislav. translato lis sub ejus successore continuabatur de quo suo loco dicemus.—

[2]) Vid. Act. Cons. s. a. 1675 fol. 623, 1676 fol. 694.

[3]) Vid. P. Niesiecki tom IV, ubi adducit quoddam privileg. Joannis III R. P. de ac 1676, ubi St. Sarnowski qua Nominat. E. Vladisl. occurrit.— Anno 1677 in Capitulo fer 2 post Dom X. p. Pentec. celebrato lecta fuit epla Eppi dd. Brzozov. 12 Aug. 1677 nuntiantis: expeditionem bullarum Romanarum ad capessendum eppatum Vladisl. et Pomeraniae ad manus ipsius devenisse, ipsumque a nexu sponsalitio cum eccla Prem. solutum esse. Quo audito ad electionem administratoris spiritualium et temporalium processum est. (Vol. VI. fol. 497).

*) MS. s. t. „Vitae eppor. Pr.“ adnotat: „Cum ad eppatum „Vladisl. 1677 diebus Augusti discessisset, in itinere infirmita„tem contraxit, commoransque Volboriae — (quae arx fuit „epporum Cujaviens.) — suasu amicorum Varsaviam se con„tulit juvandae aegritudinis gratia in copia medicorum, cui „cum Galenus pharmaca, mors aeternam accelerat vitam 1680.“ Fuit vir bonus, et antistes zelosus, in ecclam suam perquam munificus, magna apud omnes aestimatione fruens, Michaël Rex P. adeo eum suspexit, ut testamenti sui voluerit esse executorem. — Anniversarium ejus super Summa 2000 fp. fundatum olim 7 Decembr. absoloebatur, nunc diminuto proventu, 8a Novembr. cum aliis communiter peragitur.

APENDIX AD HISTOR. EPPATUS STANISLAI SARNOWSKI.

Memoria illustris diei 18 Octobris 1660 qua Serenissimus Dominus Joannes Casimirus Rex Poloniae Ecclesiam cathedral. Premisl. invisit ex Actis Consistorii depromta.

Anno Dni. 1660, die 17a mensis Octobris, Dominica 22da post Pentecosten, vergente ad occasum sole, inter 22am et 23am horam Serenissimus et invictissimus Princeps Dnus Joannes Casimirus D. g. Rex Poloniae, M. Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae, Livoniae, Smolenscae, Czerniechoviaeq, nec non Suecorum, Gothorum, Vandalorumque haereditarius Rex, ultimus jam Jagellonicae prosapiae princeps, cum Serenissima Dna Dna Ludovica Maria, ex Mantuae et Niverniae Ducissa Regina Poloniae et Sueciae, Samboria, ubi per aliquot constiterat septimanas, Cracoviam iter faciens, cum aulico suo comitatu ordinario coenoso itinere Premisliam intravit, et in Curia Eppali habito noctis illus reclinatorio, postridie in festo S. Lucae Evangelistae Ecclam cathedralem magnus a duobus saeculis non visus hospes, simplici viatico cultu, ad sacrificium missae audiendum cum Serenissima Regina ingressus, in Presbyterio ad altare majus, infra cathedram eppalem et cancellos, in stallo ad meridionalem plagam, regalibus serici villosi rubei peristromatibus adornato, erecte stans, cum Serenma Regina, pariter stante a perillri et adm. reverendo Do. Stanislao Stramszewicz J. U. Dre. Archidiacono, Vicario in spirit. et Officiali grli Premisliensi, Canco Varsav., Praepto Mosciscen. et Krosnen., et Ejusdem Majestatis Secretario, nomine venerabilis Capituli infrascripta oratione est salutatus, qua finita perillustris et revendiss. Dnus Joannes Miaskowski, Abbas Praemetensis, majo-

ris Cancellariae Regens, solus extunc e primoribus Curiae Praelatis Regiae Majestati assistens, de Ipsius speciali mandato, in aurem dato, luculenta oratione gratias Venli Capitulo egit, eo solenniter addito, quod gratissime Sua Majestas audiverit memoriam Vladislai Jagellonis, proavi sui, gratiamque suam Regiam qua privatim, qua publice venerabili Capitulo pollicita sit. His peractis ad osculum manus Regiae pro tum ad Ecclam praesentes Perillres A. R. Dni Praelati et Canci: D. Archidiaconus, D. Frider. Alembek Cantor, D. Albertus Woytowicki, D. Joann. Januszewicz, D. Stanisl. Temberski, D. Stanisl. Bronikowski, idemq. Actorum Venlis Capituli et Conrij Notarius, deinde Venles Vicarii, Venles Mansionarii praesentes sunt admissi. Quo finito hymnus „Te Deum laudamus“ ritu solenni a clero et Musicis Ecclae cum organis pro gratiarum actione est decantatus, missaq lecta per A. Rdum D. Valerianum Rożewski, Capellanum et a literis privatis S. R. Mattis, de festo ad altare majus est celebrata. Qua audita Majestates Suae recta ex Eccla, coelo pluvio, lutoso itinere rheda conscensa, ad instar curruum Germanicor non aperta, et tegumento superiore vacua, ut facile a populo videri possent, desideriumque ipsius occurrentis sibi explerent, Jaroslaviam discesserunt.

Salutatio Sacrae Regiae Majestatis.

Post Apostolum Lithuaniae et Samogitiae Vladislaum Jagellonem, Regem victoriosisimum, atavum Majestatis Vrae, qui Prussiae ubere gleba pingui, portubus, arcibus, civitatibus munitissimis gravida, maritimo cum aquilonaribus regnis et anseaticis urbibus commercio celebri, gloriosissime a Cruciferis recepta et Regno asserta, *a)* ante ducentos triginta sex annos in hac Eccla victoriarum datorem, et prodigia de coelo facientem Dnum pro triumphis de rebelli hoste a Majestate ipsius reportatis, belloque, plus quam saeculari, pene jam finito, peragrans Russiam, adoravit, et in eadem, accepto intra Missarum solemnia de suscepto e Serenissima Sophia, consorte sua, primogenito filio Vladislao, qui tanquam alter Machabaeus, castra Dei protegens ad Varnam pro Christo et fide ipsius gloriosiorem quibusvis trophaeis mortem oppetiit, desideratissimo nuncio laetatus, amplissimis privilegiis Ecclam hanc, et Collegia ipsius muneratus est, nullum alium principem postea majores nostri, quod vel fama ad posteros transmiserit, vel Acta loquantur, salutarunt. *b)* Id fuit illorum infortunium; feliciores nos ter qua-

a) Prussiam occidentalem non Vladislaus Jagello, sed ejus filius Casimirus regno Poloniae adjunxit. En sicut eloquentiae ita scientiae historicae in Polonia decrementum.

b) Fallitur orator; nam Joannem Albertum, Sigismundum I et Stephanum Bathoreum Premisliae fuisse, quae a nobis sub

terque beatiores, quibus, tertio licet ab iis saeculo, auspicatus hic hoadiernus illuxit dies, quo Majestatem Vram Divi hujus Ecclae indigenes laeti e coelo prospiciunt, nos fideles subditi Regem, beneficiati patronum, Christum unctum Dni vocati in sortem ejusdem clientes, debito subjectionis tributo, tanquam praesens numen alacri corde veneramur, jucundamque praesentis diei memoriam non tantum candido signamus lapillo, sed ad multas annorum centurias, seramque posteritatem annalium Liburnicis (navibus?) transmittemus. Et meritissime. Quod enim toties divina bonitas super sacrum Mattis Vrae caput, quo stante viremus, obumbraverit in die belli, quod abominationem desolationis, stantem in loco sancto, non viderimus, quod non miserit hostis manum in omnia desiderabilia ejus, quod hic Sancti sua lipsana laetentur in cubilibus suis, quod sacratis altaribus ex pia liberalitate pientissimorum Mattis Vrae praecessorum in demenso quisque suo deservimus, nec unquam divinarum laudum, clauso templo, dispersoque clero, cessavit psalmodia, quod a jugis ferro, jugo a cervicibus depulso vivimus, quod bina obsidione soluta, quater a moenibus et portis rejecto diverso hoste, nullo externo admisso dominatore, fide servata Civitatem hanc virginem castam exhibeamus Christo (uncto) Domini, Majestati Vrae, totum id post Deum, a quo omne datum optimum, et omne donum perfectum, et SSmam principalem hujus Ecclae patronam; reliquosque Sanctos tutelares id totum, inquam, Regali, plusquam paternae sollicitudini, laboribus, vigiliis, sudoribus, victricibus undequaque armis, verbo dixerim, fortunae Mattis Vrae acceptum ferre debemus. Non panegyres hic texuntur, nec enim, tantum mihi arrogo, sed divina beneficia, per Mattem Vram collata, rudibus et incultis verbis numeramus, recensemus, osculamur. Quae, ut diuturna nobis suprema Regum, regnorumque regnatrix majestas (divina scilicet) esse velit, ut longaevam, et pacatam de nostris annis Matti Vrae concedat vitam, ut palmas ac laureas multiplicet, capita hostium pedibus Ejus substernat, et ubicunque nomen Mattis Vrae invaluerit, ut cum timore et tremore ab illis audiatur, ut pacifici nostri Salomonis dies nobis aurei redeant, quibus non jam sub ficu et vite, sed ad focum more patrio unusquisq suum sedens frugibus alternis, non proeliis et milite computet annos. Proprium enim et peculiare Regibus Casimiris est, perturbatam accipere, quietam reddere Rempublicam quod ut coelum nobis subscribat, sanctis Supremae majestatis altaribus advoluti, vota nostra circa tremendi re-

---

eppis Nicolao de Krajow, Mathia de Drzewica et Alberto de Starożreby allata sunt, indubium faciunt. Casimirum IV Premisliae anno 1486 fundationem xenodochii Sanoc, confirmasse, in Actis eppalibus et in libro visit. Sierakov. ex anno 1744 legimus.

demptionis nostrae pretii memorias effundemus. — Quod reliquum est, ut Ecclam hanc cum dote sua lacera, nosque operarios ejus Majestas Vra, Dominus noster clementissimus, regali dignetur patrocinio, cernui supplicesque exoramus.

DOCUMENTA AD EPPATUM JOANN. STANISL. ZBĄSKI.

I 1678. 11 Febr. Erectio Conventus et hospitalis FF. S. Joannis de Deo, vulgo Bonifratellorum, Premisliae. Act Eppatus.

II 1678. 29 Mart. S. Congregatio rebus Consist. praeposita authoritate Jnnocentii P. VI erigit Suffraganeatum ad ecclam cath. Prem. Acta Cap.

III 1686. 6 Febr. Erectio Seminarii clericor pro dioec. Prem., directioni Sacerdotum Congr. Miss. Sti. Vinc. a Paulo commissi, quibus beneficium in Sambor cum consensu regio et ordinum reip. incorporatur. Act. Capit. vol. VIII.

IV 1688. 30 Novemb. Erectio confratern. sacerd. in distr. Premisl, Jaroslav. Pruchnic. Act Sierakowski. 1760.

V 1688. 4 Febr. Erectio altariae S. Stanislai in eccla cathed. Prem. Act. Epp.

VI 1677. Brzoz. 20 Jul. — Incorporatio advocatiae in Przysietnica Capitulo cathedr pro fabrica ecclae, porro lapideae Sadowska pro sustentandis baldachiniferis. Rosa II fol. 175. 177.

XLI. JOANNES
STANISLAUS
ZBĄSKI

STEM. NAŁĘCZ

E. P.

1678 — 1689.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Joann. III.	Jnnocent. XI.	And. Olszewski † 1677.
		Steph. Joan. Wydżga † 1686.
		Mich. Radziejowski.

Archi-Epp. Leopol.

Constant. Lipski 1677—1698.

Zbąsciorum domus ab oppido Zbąszyn in majori Polonia nomen ducit. Gens illa ex earum numero fuit, quae ab antiquo religiosis novationibus favebant. Długoss. hist. lib XII ad ann. 1439 Abrahamum Zbąski commemorat, qui Hussitis, e Bohemia in has oras advenis, in oppido suo receptaculum praebebat.

Saec. XVI Zbąscii Calvini dogma amplexi sunt.

Joannes Stanisl. Zbąski, [1]) filius Abrahami et Elisabethae Bogusz, errores Calvinianos cum lacte materno

[1]) Notitias de eo quaere aqud P. Niesiecki et Łętowski in operib. frequenter allegatis.

suxit, ast adolescens, cum Lublini litteris incumberet, a PP. Soc. JESV conversus, tantum religionis cathol. zelum concepit, ut relicto saeculo statui clericali nomen dederit.

Aulae servitiis deditus, Secretarii regii partes sustinuit, insimul varia beneficii eccles. possidens, scilicet Canonicatus: Gnesnen., Cracov., Varsav., Decanatum Łoviciensem, Archidiaconatum Sandomir. — Anno 1672 e gremio Capituli Cracov. ad regni tribunal judex deputatus est.

A Floriano princ. Czartoryski, cum regi Primas nominatus fuisset, Romam missus est, ejus nomine pallium archieppale petiturus, cum quo redux patronum suum non amplius in vivis reperit.

Michaël Rex ei praepturam Miechov. contulit. Tum ille peculiari devotione erga B. V. Mariam in eccla villae suae patriae Studziana miraculis claram, ductus, ibidem PP. Congregationis oratorii S. Philippi Nerei collegium fundavit, iisque dictam villam dotis nomine cessit.

Nec minori gratia apud Joannem III floruit, qui eum Cancellarium Mariae Casimirae, reginae, uxoris suae, esse voluit, mox et eppum Premisliensem nominavit [1]) (1676), in qua sede sequentia ab eo gesta memorantur:

---

[1]) Litterae regiae nominationis non supersunt, adest vero epla nominati, qua Capitulo promotionem suam notificat, tenoris seq. „Perillres. Rnmi et AA. RR. Dni, Dni et fratres „colendmi et observandmi! Po otrzymany z dobrotliwey Kro„la Jo. Mci. Pana moiego miłosciwego łaski na Bpstwo Prze„myskie nominacyey nic przyzwoitszego i bardziey należy„tego, iako powolne moie WW. MM. Panom i Braci presen„tować służby, y in uno łask WW. MM. PP. i Braci compen„dio moie bezpiecznie zamknąć desideria. Upraszam przeto „uniżenie WW. MM. Panow, aby do tey łaski, ktora mnie „z Pańskiey Jo Krol Mci. Pana m. miłość., w naznaczeniu „tego Bpstwa potkała munificencyey, WW. MM. Panowie

Premisliae conventum fratrum S. Joann. de Deo cum nosocomio, [2]) Seminarium dioecesanum, [3]) et praebendam

„i bracia suum etiam adjicere raczyli calculum, y zgodną „swoią elekcyą acceptam habere Jo K. Msci Pana m. mił. „voluntatem. I lubo nie wątpię, że uznam w tym omnem „WW. MM. Panow y braci facilitatem et affectum, upraszać „iednak nie ustawam, y moię oraz do odsługowania każde- „mu z osobna z WW. MM. Panow y braci przynależytey „wdzięczności w oblig podawam gotowość. A teraz powolne „moie łasce i dobroci WW. MM. Panow zalecaiąc iako nay- „pilniey usługi zostawam — w Krakowie d. 16 Maja 1676 „WW. MM. moich wielce miłościwych Panów zawsze życzli- „wy brat i powolny sługa X. Jan Stan. Sbąski. — P. Nie- siecki vult, eum etiam Abbatiam Sulejov. post Sarnoscium accepisse. Cum hoc titulo in Actis nostris nuspiam occurrit, attamen in quadam epistola sua, ad Capitulam data, alicujus abbatiae sibi collatae meminit pro qua confirmationem Aplicam diu exspectabat. — Bulla confirmatorea Innocentii P. XI pro eppatu Prem. est dd. Romae 19 Novemb. 1677, unde patet, inter nominationem et confirmationem semialterum annum effluxisse. Aenigma hoc resolvit epla Joannis III ad Sum. Pont. dd. Gedani 30 Decembr. 1677 data, ubi conqueritur, ad monachorum quorumdam instantiam AEppatus Leopol., tum eppatuum Premisl., Camenec. et Kijovien. provisionem canonicam tamdiu differri. (Vid. Theiner mon. hist. pol. tom III fol. 666) Difficultates ergo Romae fiebant quoad retentionem praepositurae Miechov. cum eppatu Premisl. Observat autem rex, praesules dictarum sedium in florentissimo regni statu sine abbatiarum possessione dignitatem suam eppalem et senatoriam tueri non potuisse, tanto minus nunc posse, ubi hae provinciae bellorum calamitate exhaustae et in favillas redactae sint. — A. D. 1678 die 17 Januarii, quae fuit fer 6 post Dom III p. Epiph. Zbąscius in persona sui procuratoris Benedicti Gozdowski, Decani foran. Premisl. et Parochi Radymnen., ecclae cathedralis possessionem accepit. Dies adventus ejus ignoratur quia Acta eppatus ejus deficiunt, Acta vero Capituli ex annis 1678 et 1679 manca sunt. Id modo constat, occasione hujus solennitatis ipsi „a P. Joanne Kwiatkiewicz S. J. gratulationem s. t. „Zodi- „acus Polonus, seu fascia infulata“ exhibitam fuisse. (V. Hoppius in schediasmate editioni Lips. Joannis Długos. praemisso). Etsi tot sacerdotia ante eppatum habuerit, non tamen opulentus Premisliam venit, siquidem mox a Capitulo Summam 3000 fp. mutuo accepit (Act Cap. 1680 Vol. VIII fol. 60).

altaris Sti Stanislai Martyris,[4]) in eccla collegta Jarosl. Cancatum S. Sophiae,[5]) in Laszki-murowane[6]) novam parochiam erexit.

---

[2]) Vid. Schematis. D. sub paroch. Premisl.

[3]) Vid. docum. nro III. Acta Cap. vol. VIII fol 564—570. Inde a temporibus Laur. Goślicki de Seminario ad mentem Concilli Trid. erigendo cogitabatur, atqu memoratus eppus 1596 ad hunc effectum a Sigismundo III R. P. incorporationem opulentioris beneficii in Lubaczow ad mensam eppalem impetravit; at nova subinde obstacula, praesertim bella, crebraeque epporum ab hac ad alias sedes translationes negotium hoc procrastinaverant. Joannes Stanisl. Zbąski, praeparationibus ab antecessore suo Stanis. Satnowski factis (vid nos sub hoc Praesule insistens diuturnae et urgenti dioecesis suae exigentiae satisfacere ulterius non distulit, quo nomine, etsi alia circa hanc sponsam merita non posuisset, perennem ejus gratitudinem et benedictionem meruisset. — Pro domo Seminarii aream sub arce Premisl. ecclesiae cathedr. vicinam emit, in qua necessaria aedificia construxit. — Pro sustentatione 6 alumnorum Sumam 23.400 fp. ab antecessore suo ad fundationem Seminarii destinatam, porro medietatem Sumae 8600 fp. pro fundatione Psalteristarum inscriptae cum consensu Capituli impendit, ejusmodi alienationem, vel potius fundationis in melius opus commutationem, nec menti SS. Canonum nec fundatricis (Cathar. Humnicka) intentioni contrariam fore ratus, praesertim, cum partem obligationum Psalteristis incumbentium in Seminarii alumnos transtulerit, ac singulis neoordinatis presbyteris onus 100 missas ad intentionem Psalteriae absolvendi imposuerit. — Quia vero fructus utriusque Summae additis proventibus beneficii Sambor. ad propositum scopum non sufficiebant, se suosque successores ad annuum censum 760 flor. pol. e reditibus benefiicii Lubaczov. (respective villae Łukawiec cum attin.) contribuendam obligavit. Alumni ad Seminarium suscipiendi saltem 20 annos habere, eoque judicio ac scientia praediti esse debebant, ut Theologiae moralis addiscendae capaces essent. Eorum in Seminario educationem biennio durare voluit. Optabat quidem, ut, quod in aliis pridem fundatis institutis obtinebat, Seminaristae omnia Philosophiae et Theologiae speculativae studia condiscere possent, uttendens vero sumtuum ad id necessariorum defectum, et cleri in dioecesi sua penuriam Superiorib. Seminarii interim id tantum officii imposuit, ut Candidatos muneris sacri in Theologia morali (videlicet sen-

Regimen Seminarii sacerdotibus Congr. missionis Sti Vincentii a Paulo, e Gallia in Poloniam adductis commisit,[7]) quibus annuente rege beneficium paroch. Sambor. incorporavit.[8])

---

su latiori accepta, quo integram Theologiam practicam, adeoqua praeter ethicam, etiam disciplinam pastoralem, liturgicam, et majorem partem juris eccles. complectitur, in resolvendis casibus conscientiae, in cantu Gregoriano ac ceremoniis eccles. solide instituerent, iis scripturam S. praesertim N. T. facili dilucidaqua methodo explanarent, denique, ut Clerici cum Catechismo Romano simul methodum ad captum simplicium recte praedicandi, et controversias cum haereticis ac Schismaticis tractandi, sive eos fortiter ac suaviter ad veritatis agnitionem ducendi, addiscerent. Ante omnia vero Superiorib. commendat: ut in Seminario pietatis exercitia aequali passu cum litterarum studiis procedant, utque juventutem ad statum eccles. adspirantem, non solum verbo doceant, sed et exemplis ac operibus suis aedificent, ac ad perfectionem christianam manuducant.

[4]) Vid Act Epp. s. 4 Febr. 1688 fol 410. Fundator fuit Nicolaus de Sitno in Rybotycze et Wielopole Sieciński, qui pro Altaria S. Stanislai in eccla cath. Prem. annuum censum 200 fpol. super bonis Rybotycze, Borysławka, et Posada inscripsit. — Archivum cathedrale continet documentum ex anno 1464, quod ostendit, jam tunc certam praebendam, s. t. S. Stanislai in eccla cathedr. Prem. extitisse. At hujus antiquae fundationis omne vestigium periit.

[5]) Vid. Vis. Sierak. Collegt. Jarosl., ubi allegat huc spectans decretum erectionis dd. 31 Aug. 1685.

[6]) Vid Schemat. d. sub parochia Chyrov.

[7]) Labores hujus congregationis circa salutem animarum per sacras missiones, circa institutionem Cleri in Seminariis aliarum dioecesum, per recollectiones spirituales cum clero parochiali et alia pietatis exercitia optime explorata habebat, hinc ab Edmundo Jolly, Superiore generali Congregationis, Parisiis ad S. Lazarum residente, obtinuit, ut Missionarii ab eo e domo Varsav. deligendi, directionem novi Seminarii Prem. susciperent. Nominatio Superiorum Seminarii Superiori generali Parisiis, ut praedictum fuit, degenti derelicta, eidemque jus attributum est, Praepositum ecclae Sambor. nominandi, te Eppo pro canon. institutione praesentandi.

Magnam dioecesis partem per delegatum visitavit.[9])

Capellam in villa Kaszyce ab haereticis redemit, et ecclae Pantalowicensi qua filiam adjunxit.[10])

Ecclas paroch. in Brzozov. et Albigowa consecravit.[11]) Confraternitatem sacerdotalem in decanatibus Premisl., Jaros. et Pruchnic. instituit.[12]) Beneficium in Sąsiadowice, obtenta ad id facultate Sedis Aplicae Conventui Carmelitarum perpetuo univit.[13])

Capitulo cathed. advocatiam in Przysietnica[14]) pro fabrica ecclae, et lapideam Sadowska[15]) pro baldachiniferis cessit.

---

[8]) Vid. doc. nro III. Item constit. regni de an. 1685 Vol. V legg. fol 723, ubi hae incorporatio per ordines regni approbatur.

[9]) Ex Actis Capit. 1685 prodit, eum ecclam cathedr. personaliter visitasse, nam ibidem ad ejus decretum reformationis provocatur, quod nunc non superest. Occasione hujus visitationis Platos Cancos plura beneficia possidentes ad producendas dispensationes Aplicas monuit, qui eo se defendebant: quod Synodus provinc. Leopol., tpore Valent. Herbort E. P. celebrata dum canones Concilii Trid. acceptaret, S. Sedi supplicaverit, ut constitutionis, beneficiorum pluralitatem vetantis, executio in Russia rubra, ubi beneficia quoad maximam partem tenuiter dotata sunt, suspenderetur. — Alias dioec. ecclesias per Albertum Włodek, Cancum cathedr., qua delegatum visitavit, cujus liber visitationis, in Actis saepius citatus, hodie non superest.

[10]) Vid. Schemat. dioec.

[11]) Vid. Vis. Szemb. et Sierak.

[12]) Vid. Acta epp. Sierakowski s. a. 1760 p. 421 spp. ubi historia confrat. sacerd. in hac dioecesi occurrit.

[13]) Vid. oblatam privilegii Innoc. P. XI dd. Romae 12 Nov. 1683, unionem perpetuam hujus beneficii cum Conventu Carmelit. concedentis, et executionem ejus per eppum dd. 15 April 1687 Vol XXXVIII Act. Eppalium fol. 248. 270.

[14]) Vid. librum privil. Capituli, transsumpta auctoritate Christoph. Szembek E. P. confecta continentem, sub tit. Rosa II fol. 177, ubi occurrit copia huc spectantis privilegii dd. Brzozov. 30 Jul. 1688 Per hanc cessionem Eppi ab obligatione contribuendi pro fabrica et aliis necessitatibus cathedral. eliberati sunt.

[15]) Domum hanc a Capitulo 2000 fpol. emit (Act. Cap. 1687. Vol VIII fol. 21. 26.), dde vero eam pro sustentatione bal-

Quod antecessores ejus pridem ardenter optaverant, id eo sedente tandem prospero eventu coronatum est; siquidem summus Pontifex pro erigendo ad ecclam cathedr. Prem. Suffraganeatu consensum praebuit. [1])

Lis cum PP. Soc. JESV occassione demolitionis ecclae S. Petri, sub antecessore ejus coepta, animose continuabatur, et tandem post multas scriptitationes ita terminata est, ut PP. Jesuitae in loco, ubi dicta eccla sita fuerat, Capellam seu oratorium construere pollicerentur. [2])

---

dachiniferorum i. e. eorum, qui tempore processionum, et dum s. viaticum ad infirmos portaretur, baldachinum supra SS. Sacramentum ferre tenebantur dd. Brzozoviae 20 Jul. 1688 inscripsit, additis 1000 fpol. pro sartis tectis illius aedificii, ac superpelliceis baldachinistarum et ceroferariorum. (V. Rosa II fol. 175). Magna in genere devotione erga SS. Sacr. ferebatur, unde ipsemet officium protectoris confraternitatis SSmi. Corp. Christi (Canonico Włodek in vicesgerentem suum assumto) sucepit, Platos vero et Cancos, ut simile officium quo ad confraternitates in variis decanatibus subsistentes, susciperent, provocavit. (Act. Cap. post f. S. Joann. 1681. fol. 91).

[1]) Vid. docum. nro II Actis Capit. s. anno 1681 vol. VII fol. 95 insertum, quo statuit, ut Suffraganeus per Eppum juxta voluntatem fundatoris semper de gremio Capituli assumatur, et auctoritate aplica confirmetur. (Cf etiam de Suffrag. dicta sub Eppatu Petri Gembicki et Stan. Sarnowski) Primus Suffraganeus Prem. creatus fuit Joannes a Dęby Dębski, Decano. cathedr., cum titulo Eppi Bellinen. in p. inf. — Sub c. r. rogimine Austriaco, cum Eppi continuo in dioecesi residerent, mos et necessitas assumendi Suffraganeos ceu Vicarios epporum in pontificalib. exsolevit, praesertim, cum et dotatio suffraganealis multum diminuta fuisset.

[2]) Vid. dta s. epp. Sarnowski. Non attenta prohibitione eppali PP. S. I. quod de eccla S. Petri supererat, demoliti sunt, porrecta deductione juridica, sibi id vi donationis, per eppum Sieciński factae, facere licuisse (Acta Cap. 1678. vol. VII fol. 9). Hic actus eppum et Capitulum magno dolore affecit, qui etiam edita a Jesuitis declaratione, quod in loco, ubi antea eccla S. Petri steterat, Capellam de muro sub eodem titulo aedificaturi essent (Act. Cap. 1679 vol. VII f. 38), non leniebatur. Igitur querela ad P. Praepositum generalem

Cum Capitulo cathedrali Zbąscio variae simultates intercedebant,[3]) quibus mutua harmonia aliquamdiu pertur-

S. I., Joannem Paulum Oliva, Romam delata est. In responsoriis suis dd. Romae 4 Nov. 1679 dolet dictus Pater generalis, „Eppo et Capitulo Prem. pro meritis et benevoletia erga S. I. „non modo gratiam redditam non fuisse, verum etiam traditi „PPbus sanctissimi templi beneficium injuria, ut sane videtur, „compensatum fuisse. His praemissis asserit, se Pri Provinciali Poloniae commisisse, ut tam aequis Eppi et Capituli postulatis satisfiat, nec dubitat, cum sedulo curaturum, quantumqua temporis et Collegii Prem. facultas permiserit, cullaboraturum, ut a religiosissimo templo omnis injuria prohibeatur ac publicae offensae causa tollatur, quam cuperet praebitam nunquam fuisse. His litteris obtentis Plati et Canci in Capitulo grli 1680 p. f. Circumcis. Dni celebrato ad P. Provincialem se converterunt, ut promissorum P. Generalis fidem liberaret. At ab hoc Patre (Bartholomaeo Wąsowski) litteris Jaroslavia 30 Januar 1680 datis non sine stupore responsum obtinuerunt, quod nil aliud, quam recapitulationem antefatae juridicae argumentationis Collegii Prem. continebat. Finita deductione, Collegium ad reaedificandum templum S. Petri non te„neri, concludit: „Jednakże pro reverentia loci et antiquita„tis memoria ordinatum est in idea collegii (i. e. novae do„mus aedificandae), aby tam na samym tym iego mieyscu wy„stawiono oratorium, kiedy się będzie budowało, cum aliqua „inscriptione traditionis, lubo żadney obligatiey tey nie ma„my, y lubo exempla widziemy, że nie masz pamiątki ża„dney, gdzie kościoł był zruinowany.„ Cum anno 1682 Jesuitae novas scholas aedificarut, Capitulum eis hanc declarationem in memoriam revocavit, qua occasione a P. Rectore Collegii Prem. (Ludovico Woiński) responsum accepit: „So„ciatatem J. minime negare, hanc ecclam S. Petri fuisse „antiquissimam, consceratam, cathedralem, in qua Sacramen„ta fidelib. administrabantur, et quod ibidem multorum SSor „corpora requiescant, quae tamen postea inventa, translata „sint ad ecclam novam S. Ignatii. Desolationem et demolitio„nem ejus per antecessores suos factam se intime dolere, „neque eam excusare, locum tantum vacuum circa possessio„nem modernam Rectoratus sui se offendisse, qui ne sit va„cuus Scholam Rhetorices in forma oratorii ibi aedificari coe„ptam esse, ubi diebus feriatis lectiones non profanae prae„legantur, diebus autem Dom. et festis sodalitas B. M. V. „oratorium suum una cum altari habebit, ubi exercitia spiri„tualia et aliae devotiones absolventur, et ita divina officia

bata, in egressu autem ejus ex eppatu utcunque restituta est. [4])

„non cessabunt.“ Declarationem hanc Capitulum acceptavit, praesertim cum dictus P. Rector quoque spoponderit „se in „formam chori minoris aedificium protracturum,“ quod Capitulum ita intellexit: tectum oratorii in forma ecclesiae fore. V. Act. Cap. vol. VII s. an. 1679 f. 38. 48. 1680 f. 51 71 1682 f. 110. An promissis satisfactum fuerit ambigere licet, quia anno 1691 (vol VIII f. 149) Capitulum apud Eppum Doenhoff conqueritur quod in loco dirutae ac solo aequatae ecclessiae S. Petri scholae, aliaequae officinae cum scandalo schismaticorum aedificatae sint, porro quod area, quae antea erat ecclae coemeterium, profanis usibus tradita sit. Etiam anno 1707 fol. 575) conqueritur Capitulum, quod PP. S. I. in loco, ubi ecclesie fuerat, minus decentia aedificia collocaverint, qua occasione declaratio de oratorio, seu Capella eo loco aedificanda eis in memoriam revocanda decernitur. Quidquid lector de quaestione juris sentiat: an videl. Jesuitae ad ecclam S. Petri conservandam, et collapsam reaedificandam obligati fuerint, nec ne? certe piam sacrae antiquitatis venerationem, cujus eppi et Capitulum pendete hac lite tam luculenta specimina praebuerunt, non improbabit, et ut ea nostris diebus imitatores inveniat, optabit.

[3]) Gravamina Capituli contra eppum varii generis erant, et ad sequentia puncta reduci possunt: *a)* Quod occasione jucundi ingressus ecclae cathed., sponsae suae, nihil ornamenti sive muneris more antecessorum suorum contulerit. (At nemo dat, quod non habet. Zbąscium cum vacua crumena eppatus possessionem adgressum fuisse supra observatum est). — *b)* Quod Summam 3000 fpol. a Stan. Sarnowski pro fabrica ciborii, reparatione organi, et aliis ornamentis ecclae cathedr. destinatum, quam Capitulum ipsi (Zbąscio) tempore primi ingressus mutuo dederat, restituere de die in diem procrastinaret, nec usuras ab ea solveret. — *c)* Quod in villa eppali Domaradz, ubi Capitulum advocatiam possidebat, extructa nova taberna jus propinandi, Capitulo inserviens, turbaverit, liberam incisionem lignorum in sylvis eppalib. denegaverit, inquilinos (komorników) aqud subditos eppales manentes, Capitulo ademerit, eorumque operas et labores praedio eppali adjunxerit. — *d)* Quod duos Canonicos, ad ipsum de gremio Capituli cum Gosliciano privilegio incorporationis advocatiae in Domaradz ad commonstranda jura, eidem advocatiae inhaerentia, ablegatos, inurbane exceperit, eosque documento minime lecto, sine responso dimiserit. — *e)* Quod in

A. D. 1683 die 12 Septemb. Joannes III R. P. Viennam Turcica obsidione solvit, et potentiam Ottomanicam valide infregit. [5])

---

villa Lubatowa novam tabernam, ubi nunquam fuit, aedificari curaverit, et jus propinandi Capituli praepedierit. — *f)* Quod ad fabricam ecclae cathed. nihil contribuerit, et annuum censum 20 marcar. e villa Golcowa a plurib. annis retinuerit. — *g)* Quod Summas per p. m. Andream Trzebicki E. Crac. ecclae cath. legatas, tanquam executor ejus testamenti exsolvere continuo distulerit. — *h)* Quod subditos bonor. eppal. per factores seu administratores suos et arendatores insolitis laboribus, oneribus et exactionibus appresserit. (V. Act. Cap. 1680 Vol. VII fol. 68—70). Ad removenda haec gravamina Capitulum ad eum 20 Maji 1680 eplam dedit, paulo amariore stylo scriptam (vid. ib. fol. 59—61) quam in hunc modum conclusit: „Uniżenie suplikuiemy, abyś W. Mość, nasz miłość. „Pan przy naszych prawach nas conservare raczył, y w tym, „w czym się bezprawie nam stało y dzieie in integrum re„stituere kazał. Być była śmierć niezakroczyła ś. p. Xięcia „Ieo Mości Bpa Krakowskiego (Andrzeja Trzebickiego) an„tecessora W. Msci n. m. P. na Bpstwie Przem., mieliśmy do „Jeo Mości ex gremio sui wyprawić, prosząc, o przyczynę „do W. Mści n. m. P., abyś nas tak jak Jeo Mość przy zu„pełnych prawach naszych i possessyey ich zachować raczył, „ale mamy jeszcze żyiącego Jeo Mości X. Bpa Kujawskiego „(Sarnowskiego), tedy i do Jeo Mści z prośbą naszą udamy „się, abyśmy przez te instantie przywrocenia praw naszych „u W. Mści, n, m. P. uprosić mogli, bo inaczey, salva debi„ta reverentia et veneratione W. Mości n. m. P. z supliką „ad sedem Aplicam udać by się przyszło. — Haec epla ep„pum vehementer pupugit, et sequentes ejus ad Capitulum „litteras, quae in Autographo supersunt, provocavit. — Peril„lres et AA. RR. Dni, Fres observandmi! Lubo mi żal cię„szki tamował rękę, że gravi calamo a partiali — (sic data „opera scribit, pro: „particulari") — Capitulo impetitus „iestem, atoli vicit amor, i spieszy ad consilia WW. MM. Pa„now, na teraźniejszą generalną Kapitułę zgromadzonych, „cum pastorali benedictione. Nie wiem co o takowych radach „rozumieć, ktorymi nie ad amorem, ale ad dissidia iter ster„nitur, i ieżeli cum assistentia S. Spiritus odprawiaią się, po„niewasz on jest Deus pacis et ipse amor, y pochodziłby „od iego Maiestatu nie mogły, aby przeciwko mnie, ktory „nie tylko Bpem, ale głową iestem WW. MMściow, y tak

A. D. 1687 Zbąscius (postquam Joannem III in variis expeditionibus comitatus, ejusq nomine diversis lega-

„iako amantissima membra mea wszystkich WW. MMściow „kocham i piastuię, takowe miały, a ieszcze niewinnie con- „citari turbines. Jakosz nie przypisuię tego Vener. Capitulo „ale tylko tym, którzy persecuti sunt me odio gratis. Teraz „zaś tego uprzeymie życzę, i o to Bogu memu niegodny su- „plikuię, aby Paraclitus Spiritus effulgeat in personas WW. „MMściow suis charismatibus, podaiąc do serca zdrowe i po- „bożne rady, któreby Ven. Capitulo dent quieta tempora, a „temu, co spólną miłość, zgodę, iedność w zruszać innititur, „prospectum być mogło. Składam oraz in sinum V. Capituli „moię tak znaczną, która z przeczytanych patebit punktów, „urazę, y ieżeli tak crude traktowanym być miałem, daię to „sub trutinam WW. MMściow, de quorum integritate, o roz- „sądku i statecznym nie powątpiwam affekcie, sam zostaiąc „perillrium AA. RR. DD. Vestrarum addictus frater et ser- „vus: Joannes Stanislaus E. Pr. — Calvariae ad Landzkoro- „nam d. 21 Jun. 1680. (A. Cap. l. cit. fol. 63. 64). — Provocata puncta continent excusationem Eppi quoad singulas Capituli querimonias. — Quod attinet debita, Capitulo non exsoluta, duritiam temporum, expensarum magnitudinem, confirmationis abbatiae — (fortasse Sulejoviensis) — retardationem, et similia incusat. Jnjurias Capituli in Domaradz (praecipuum gravaminum objectum), inficiatur, eaqua, de quibus Capitulum conqueritur, sinistris et mendacibus informationibus tenutarii advocatiae imputat. Caeterum, quae Capitulum de privilegio originali, sibi ad legendum oblato commemorat, silentio praetermittens, observat, sibi pleniorem notitiam de juribus advocatiae in Domaradz non suppetere. Praefata Epla, et punctatione ei annexa, Capitulum minime acquievit; nam et posteriores ejus ad Eppum epistolae, salva semper reverentia Pontifici debita, amaritudine non carent.

4) Vid Eplam Eppi valedictoriam infra allegandam.

5) Auxilo tunc Imperatori Leopoldo I, in summis angustiis versanti, praestito Rex Poloniae non tantum huic, sed et toti Occidenti Christiano maximum obsequium praestitit, quod Sedes Aplica grato animo recognovit. (Vid. apud Theiner Eplam Innoc. XI ad Joann. III tom III fol. 691. item fol. 693 (nro 713), ubi Pontifex regi tam splendidam victoriam gratulans, ait: „Sacro exultantes gaudio Majestati Tuae prosperum tam faustae rei successum gratulamur, invictaequae fortitudini, qua publicam salutem, summum pene in discrimen adductam, asseruisti, laudes tribuimus immortales.

tionibus perfunctus est),[1]) ad cathedram Varmiensem et Sambiensem in Prussia promotus est,[2]) ad quam 1689 sese contulit.

Recensebitur profecto in ecclae Cathol. fastis inclytum nomen tuum, ac fidelium memoriam non interituris praeconiis occupabit.)" — Ingens, eaqua cumprimis opima praeda Polonis victoribus obtigit, e qua primarium Turcarum vexillum Rex per Joannem Casimirum Doenhoff, Abbatem Claraetumbae, Romam misit tamquam trophaeum in principali orbis Christiani templo, in basilica S. Petri appendendum. (Vid Theiner, in praefat. ad tom III monum. hist. Pol).

[1]) A. D. 1686 Joannem III in expeditione Moldavica comitabatur, ubi vitae suae ratione et sermonibus suis militum animos non minus ad pietatem, quam ad virtutem et perseverantiam bellicam accendebat. — A. D. 1687 legationem ad Imperatorem, Rempubl. Venetam, et Pontificem obivit, consilia regni contra Turcas communicans, et in hac causa toti reipublicae Christ. communi, subsidia postulans. Vid Załuski in eplis historico familiar. tom I post 2 fol. 990., Act. Cap. ex 1687 vol. VIII fol. 25, ubi notatur: durante hac legatione Joannem Dębski, suffragan. Prem. et Decan. cathed. nomine absentis Eppi Dioecesin administrasse. Załuski op. cit. fol 1104 observat, hanc legationem aerario publico magno constitisse, quod regni ordinibus ac 1689 suspicionem de legati integritate movit, ita ut, quum relatione sua in comitiis exposita solito juramento praestandos esse accingeret, clamor exortus sit: ut a juramento abstineret, et tam enormes sumtus restitueret! Ista quidem non modica confusio fuit, at num promerita, quis dixerit? Legatio certe diuturna fuit, et dispendiosa esse poterat. Quidni suspicio illa susurronum opus fuerit, reginae et ejus Cancellario infensorum?

[2]) Eum jam anno 1687 ad eppatum Varmien. nominatum fuisse ostendit documentum Joannis III dd. Żołkiew mense Octobri 1687 ad Joann. Stanisl. Zbąski, E. Prem. Nominatum Varm. directum, quo Theodorum Potocki ad Praepturam cathed. Prem. praesentat. (Act. Cap. VIII. fol. 31). — At et hac vice confirmatio ejus per Sedem Aplicam probabiliter ob legationem anno 1687 susceptam et usque ad 1689 durantem retardata est. Acta Capituli 1689 continent ejus eplam valedictoriam tenoris sequentis: „Perillres Redssmi, et AA. RR. „Dni, Dni et Fres observandmi! Desiderio desiderabam sam „obecnie qua capitulariter, qua każdego z osobna WW. MM. „Panow i braci fraterne amplecti, y życzliwey powolności

Quoad obitum ejus auctores variant, quem alii ad ann. 1696, alii ad 1697 referunt. [1])

„moiey, która a primo ingressu WW. MM. PPom incessanter „konsekrowałem, tym iaśnieyszy dać dowód. Ale kiedy tera- „źnieysza oyczyzny naszey facies et publica consilia żadną „miarą dopuścić mi tego nie chciały, listowną życzliwości „moiey et gratitudinis przysyłam tesseram, braterskie WW. „MM. Panom y powolne oddając dzięki, żeście mię przez „te wszystkie lata sobie i Diecezyey całey lubo niegodnie „służącego Pastérza, y życzliwego brata swego respektem, „affektem, consiliis, amore fulcire et prosequi raczyli, upe- „wniaiąc, że coelum, non propensissimum mutaturus affectum „taki in totum sacrum WW. MM. Panow Collegium, iako „tesz i przeciwko in particulari WW. MM. Panom do tey, „którą mi dobrotliwa SSmi Dni nostri clementisimi, y Jeo „król. Mości, Pana mego i Dobrodzieia miłościwego łaska „conferre dignata est, przenoszę się prowincyey, y jako nihil „sanctius et intaminatius zachować usiłowałem dotąd, tak „deinceps tesz, qua continuo feror, chcę życzliwą moią prze- „ciwko WW. MM. Panom y braci powolność, y do odsługo- „wania wszelkich wyświadczonych mi chęci oblig dożywo- „tnie i integerrime zachować. W czym iteratis vicibus WW. „MM. Panów i braci y każdego z osobna assekuruiąc, nie- „odmienney braterskiey WW. MM. Panów moich z uniżonością „moią jako naypilniey zalecam się łasce. Perillrium, Rudis- „simae et AA. RR. DD. Vestrar. devinctissimus frater et ser- „vitor i Joan. Stanisl. a Sbąszyn Sbąski Eppus Varm. et „Sambien. w Warszawie 27 April 1689 Qua Epla recitata ad „electionem Administratoris in spirit. et tempor. processum „est.

[1]) Niesiecki in Ser. eppor. Varm. 1596 qua annum ejus fatalem ponit, at tomo IV (art. Zbąski) obitum ejus anno 1698 adsrcibit. Janocki in excerptis litteraturae Pol. fol. 67 scribit: cum exeunte Majo 1697 ab hominib. recessisse. Huic posteriori potior fides habenda videtur, utpote bibliothecario Załusciano; constat enim Andream Chrysost. Załuski Zbąscio in eppatu Varm. successisse. — Teste eodem Janocki Zbąscius fuit moribus gravis, imo sanctus, studiorum cupidissimus, doctorumque homirum amantissimus, quos inter eos imprimis liberaliter habuit, qui repudiata Lutheri aut Calvini disciplina ad avitum sacrorum morem rediere. Multam et splendidam librorrm supellectilem comparavit, eamqua Varm. ecclae cathedr. testamento legavit. Nummos quoque antiquos magno studio conquisivit, quorum index, propria ejus manu conscriptus,

DOCUMENTA AD EPPATUM
GEORG. ALBRECHTI DOENGOF.

I 1691. 18 Jan. Incorporatio advocatiae in Przysietnica ad mensam Capituli confirmatur; et ager Wronowka insuper additur Act. Cap.

Varsaviae in publ. bibliotheca Załusciana servabatur. Quum Constant. Brzostowski, Vilnen. Eppus, Casimirum Sapiehan, tractus illius Palatinum, summumque copiar. Lithvan. ducem, ob milites in bonis eppatus collocatos, a sacrorum comunione amovisset., eaqua res a Senatu et equestri ordine vehementi animorum contentione ageretur, Sbanscius rogatus sententiae Eppi suscepit patrocinium, gravemqua pro ecclesiastici ordinis imunitate dixit orationem, quam Polono, quo recitavit sermone in vulgus emisit 1695 fol. latine versam autem eplarum suar. historico familiarium tom. I p. 1471 — 1488 inseruit Andr. Crysost. Załuski, qui etiam praeclariora Sbanscii gesta notavit. — Haec sane memoriam ejus suavem et jucundam Dioecesi praesertim Varmiensi reddunt, at si cum his Acta Capituli Prem. conferantur, Zbąscius quoad administrationem bonorum eppalium si non a labe avaritiae certe a nota culpabilis conniventiae erga procuratores suos purgari vix poterit. Sede vacante incolae oppidi Brzozov. Jasliska et Radymno de variis praegravationibus et jurium suor. laesionibus conquerebantur, quos Capitulum, visis eorum privilegiis in integrum praerogativarum antiquar. usum restituit (Vid. Act. 1689 fol. 85. 95 — 98). At Seminarii Dioecesari erectione et ordinatione pulcherrimum, et aere aut marmore perennius nominis sui monumentum in hac Dioecesi reliquit, e qua discedens vasa aenea in bonis eppalibus clavis Brzozov., tum in Rowne et Łukawice non modico sumtu comparata, Capitulo cathedrali, pro necessitatibus ecclae cathedr. convertenda tradi jussit (Act. cit fol. 93).

II 1692. 12 Decemb. Confirmatio privilegiorum per antecesores eppos oppido Brzozov. concessorum imprimis privil. Stanislai Sarnowski dd. 27 Julii 1676 collati. Act. Cap.

III 1694. 7 Maji. Unio Coventus Prem. Monial. O. S. Bened. cum Conv. Jaroslav. tollitur, et Conventui Premisl. facultas propriam abbatissam eligendi conceditur. A. Epp.

IV 1597. Varsav. 1 Jul. Consensus pro aedificando Drohobyciae Conventu FF. B. M. V. de monte Carmelo. A. Epp.

V 1694. Romae 4 Non. Aug. Innocentius P. XI Capitulo Prem usum rochettae et mozettae violac. coloris concedit. cf. Ros II P. 181.

VI 1694. 7 Jun. Ecclae paroch. in Żołynia decimae eppales de praediis in Brzoza, Stadnicka, Białobrzegi, Węgliska, tum ecclae in Grodzisko s miles decimae de praedio in Budy ad preces Const. Przedbór, Canonici Prem., et rectoris utriusque praedtae ecclesiae — donatur. Visit. Czap.

VII 1699. 15 Maji. Incolarum villae Sielec praestationes ad obsequia circa pulsum majoris campanae ecclae cathedr. Prem., et famulatum circa curiam eppalem restringuntur. Rosa II fol. 295.

VIII 1694. 31 Jul. Beneficium in Radymno ad mensam Capituli cathedr. Prem. incorporatur Act. Epp.

IX. 1700. 5 Mart. Erectio scholasteriae ad ecclam cath. Prem. Act. Cap.

X 1701. 10 Januar. Imago B. M. V. scapularis in eccla praeposituali Łancut. miraculosa declaratur. Act. Epp.

XI 1701. 10 Febr. Erectio Cancatus cathed. fund. Snopkovianae Act. Cap.

XII 1701. 31 Jan. Erectio Cancatus cathedr. fund. Drohojovianae Act. Cap.

XLII. GEORG.

ALBERT.

DOENHOFF

ARM. DOENHOFF

E. P.

1690—1701.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim. R.
Joann. III † 1696	Alexand. VIII	Mich. Card. Ra-
August. II	† 1691.	dziejowski
	Innocent XII † 1700	
	Clemens XI.	

Archi-Eppus Leopol.

Constant Lipski † 1698.
Constant. Zieliński.

Familiae Doenhoff, comitum S. R. imperii dignitate conspicuae, quae capite apri pro insigni utebatur, patria Livonia, oppidum autem Swekerten in Samogitia ordinaria sedes fuit.

Georgius Albrechtus Doenhoff,[1]) filius Sigismundi, Capitanei Bidgostien. et Sokal. e Theresia Ossolińska (filia Georgii, S. R. I. comitis et sub Vladislao IV regni Cancellarii), litterarum rudimentis in patria combibitis, altioribus studiis in Italia mentem polivit. Theologicis studiis Romae, magistro P. Martinez S. I., cum singulari ingenii et industriae laude animum applicuit.

Sacerdotio inauguratus factus est canonicus Culmen. Custos Posnan., Abbas Witov., Praeptus Petricov., Cancus Cracov. Praeptus Plocen.[2]) Iterata vice officio deputati tribunalitii prefunctus ab Andrea Olszowski, R. Primate AEppo Gnesn., Referendarius causarum curiae Aeppalis, creatus est.

PPbus Soc. JESV impense favens iis qua praeptus Petricov. in ecclesia sua verbi divini praedicandi copiam fecit.[3])

Suffragante Maria Casimira, regina Pol., A. D. 1689 munus supremi regni Cancellarii ipsi collatum est.

Magna in eo facundia enituit; dum siquidem Jacobus Cantelmi, AEppus Caesareensis, et nomine Jnnocentii XI ad Joannem III legatus Aplicus, missionis suae seriem coram rege exposuit, Doenhoffius ipsi regio nomine extemporanea oratione tam diserte, tamque apposite respondit, ut stylus ejus diu praemeditatus, ac singulari

---

[1]) Noltitias de eo suppeditant Niesiecki et Łętowski.

[2]) Praepturam Plocen. et Abbatiam Witovien. etiam cum eppatu retinuit, nam cum utroque titulo occurrit in privilegio 1696 a Joanne III R. P. FF. minor S. Franc. Conventus Leżayscen. concesso.

[3]) Vid. Act. Epp. vol. XL, ubi pag. 202. 203 inductum legitur privilegium Stephani Wydżga, AEppi Gnesn. dd. Lovicii 26 April. 1680, quo ad preces G. A. Doenhoff, Abb. Witov. Canci Crac. Praepti Petricov. PPes S. I. ad praedicandum verbum Dei in eccla paroch. Petricov. admittit.

cura limatus videretur. Neque tantum in saecularibus negotiis innatae sibi suadae egregium usum facere noverat, verum etiam e sacris pulpitis verbum divinum tanta eloquentia, tantaque spiritus unctione praedicabat, ut a multis honorifico Chrysostomi Polonici titulo, qui post Petrum Skargam nemini obtigit, ornaretur. [1])

A. D. 1687 sortitus est eppatum Camenecensem, inde 1689 progressum fecit ad Premisliensem, quem initio anni sequentis auspicatus est. [2])

---

[1]) Prostant facundiae ejus monumenta in 2 sermonibus sacris typo expressis, quorum unum in funere Mariae Princ. Jabłonowska, uxoris Palatini Russiae ac supr. R. Mareschalli, alteram Varsaviae, electionis tempore in introductione reliquiarum S. Felicissimae pronunciavit. Efficaciae eloquii ejus nec pertinaciter incredulus et atheus Casimirus Łyszczyński resistere potuit; nam, cum incarceratum eppus visitaret, presuasionibus suis effecit, ut ad veritatis orthodoxae tramitem rediturum se sponderet. Mox tamen ad vomitum rediit, et capitali supplicio affectus periit. (V. Niesiecki).

[2]) Ab Alexandro P. VIII confirmatus die 2 Januar. 1690 in persona Procuratoris sui Michaëlis Jos. Wilgowski, Canci. Camenec. et Kijov., Praepti Sanniccnsis ecclae cathedralis possessionem cepit, mox ipsemet Radimnam veniens a Capitulo honorifice exceptus est. (Act. Cap. 1690 vol. VIII fol. 100. 116). — Reversus ad latus regis Varsaviam Capitulum generale p. f. S. Joan. B. congregandum his litteris compellavit. Illme, Perillres, Rndssmi, et AA. RRdi Dni. fratres ob„servandmi! Pierwszą tę moią pasterską WW. MM. Panom „przesyłaiąc observantią P. Boga mego proszę, abym in flo„renti salute y iako najpomyślnieyszych successach mogł za„stać WW. MM. Państwo. Desiderio desidero iako nayprędzey „stawić się ad sponsam meam, y powitać z WW. MM. Pany, „że mie iedak ex vi ministerii mei publiczne trzymaią przy „boku Państwa mego miłościwego necessitates, byle tylko „ułatwiłem się, nieomieszkam iako nayprędzey accelerare by„tności moiey. Ze zaś następnie na dzień S. Jana generale „Capitulum, na którym de more zwykła bywać electia De„putata na trybunał, nie chcę decsse muneri meo, y wielkich „w kapitule ludzi huic oneri pares zalecam IMci X. Suffraga„na (Dębskiego) y IMci X. Dubrawskiego. Z tych iako ex

Qua eppus ecclam cathed^r. personaliter [1]) ecclesias decanatus Sanocen. ac Dynov. per delegatos [2]) visitavit. Conventum Monialium O. S. B. Premislise a Conventu Jaroslav., cui hucusque affiliatus fuerat, separavit, [3]) pro condendo Drohobyciae Carmelitar. monasterio consensum dedit, [4]) imaginem B. M. V. in eccla praepturali Łancuten. miraculosam declaravit, [5]) Capitulo cathedr. beneficium paroch. in Radymno incorporavit, [6]) et incorporationem advocatiae in Przysietnica ad mensam ejusdem, addito agro Wronowka, ratam habuit, [7]) subditorum villae Sielec praestationes ad pulsum campanae majoris ecclae cathedr. in majoribus festis, et obsequia aulae eppal. restrinxit. [8]) Privilegia oppidorum eppalium Brzozov. [9]) Radymno [10]) et Jasliska [11]) confirmavit, dotationem parochia-

---

„eeclesiae Dei luminaribus zechcieycie WW. MM. Państwo „accendere ignem justitiae, mnie zaś w braterskiey swoicy „chować raczcie życzliwości, który zostaię — w Warszawie „d. 12 Junii 1690 — WW. MM. Państwa devotissimus frater „et servus X. Jerzy Albracht Doenhoff B. P. Kancl. W. Kor.

[1]) Vid Acta Cap. 1692, fol. 182—186 ubi legitur ejus ordinatio, Capitulo post visitationem intimata.

[2]) Extat liber Visitationem ejus jussu et autoritate institutarum A. D. 1699.

[3]) Vid. Docum. nro III

[4]) V. doc. nro IV.

[5]) V. doc. nro X.

[6]) V. doc. nr VII. At sicut anterior Szoldrsciana incorporatio, ita et haec Doenhofiana effectu caruit, nam deficiente confirmatione Aplica, successor ejus Joan. Cas. Bokum, cum beneficium hoc vacare contigisset, ad illud, rescissa unione, qua patronus Sebastianum Zawadzki praesentavit. Sub Sierakovio demum unio iila firmas radices egit:

[7]) V. doc. nro I.

[8]) V. doc. nro. VII. Cf quoque dicta s. Alb. de Starozreby Sobiejuski E. P. not 17.

[9]) V. Act. Epp. s. 12 Decemb. 1692.

[10]) V. Act Cap. 1692 fol. 206.

[11]) Act. Cap. 1695 fol. 260.

rum in Żłynia et Grodzisko decimarum eppalium cessione [1]) et in Brzozov. dotem Organarii [2]) ecclesiae paroch. melioravit, ecclam in Domaradz [3]) consecravit, statuta confraternitatis sacerdotalis in decanatu Jaroslav approbavit, eamque cum assensu Capituli peculiaribus facultatibus (sc. testamenta confratrum confirmandi, et de substantia intestatorum disponendi) instruxit. [4])

Sub ejus praesulatu Capitulum cathedrale praelatura Scholasteriae, [5]) tum canonicatibus Drohojoviano [6]) et Snopkoviano [7]) auctum est, et ab Innocentio P. XI insigne privilegium usus rochéttae et mozettae violacei coloris impetravit. [8])

---

[1]) Vid. docum. nro. VI.

[2]) Vid. Act. Cap. 1692 fol. 208, ubi legitur privileg. eppale dd. 31 Decemb. 1690, quo Praepto Brzozov. unum cmetonem eppalem cedit, cum obligatione: ut organarium Brzozov. sufficienti salario provideat, cui pro sustentatione hortulaniam Kislewiczowskie adjungit.

[3]) Visit. Sierakov.

[4]) Act. Epp. s. 17 Maji 1694, Acta Cap. s. 1698 fol. 301. Acta Sierak. s. 1760 fol. 421.

[5]) Vid. Act. Cap. 1700 vol. VIII fol. 328. 337. Liber Vis. Sierak f. 93. Fundator est Christoph. Zielonka, Praeptus Oleszycen., Paroch. in Niemirow et Harta, qui idem primus fuit Scholasticus Prem.

[6]) V. Act. Epp. et 1701 p. 30 — Act. Cap. 1701. vol. VIII fol. 265. Vis. Sierak. fol. 106. Fundatores erant: Sigismundus Korczak Drohojowski, Parochus in Kusienice, Joann. Drohojowski, Colonellus reg. exercitus. haeres in Zabłocce, Thomas Drohojowski, pincerna Podoliae et cohortis loricatae vexillifer, tandem Joannes Paris Drohojowski, sortium villae Bolestraszyce haeres, fratres patrueles. Partem dotationis constituebat beneficium in Kusienice, Canonicatui incorporatum, primus autem Cancus hujus fundi fuit memoratus Sigism. Korczak Drohojowski.

[7]) V. Act Cons. 1701 fol. 61. Act. Cap. 1700 vol. VII fol. 349. Vis. Sierak. fol. 104. Fundatores erant: Stanisl. Snopkowski, pincerna Zydaczov., et Anton. Snopkowski, parochus Krakovecensis, primusque Cancus hujus fundi.

[8]) Vid. docum. nro V.

Rutheni Premisliénses et Sambor. hucusque schismatici, vestigia Vladicae sui Innocentii Winnicki secuti, unioni cum S. Romana ecclesia tandem accesserunt. [1])

A. D. 1696 Ioannes III R. P., gloriosus Turcarum domitor et heros toto orbe christiano celebratissimus, fatis succubuit, succedente in ejus locum per liberam electionem Augusto II Saxoniae electore. [2])

---

[1]) P. Niesiecki scribit, Vladicam Premisl. Jnnoc. Winnicki Doenhoffii persuasionibus ad unionem 1691 amplectendam inductum fuisse. At vero monumenta historica Pol. ab Aug. Theiner edita tom 3 fol. 677 continent eplam Josephi Szumlański, Vlad. Leopol. ac Camenec. ac Jnnocentii Winnicki, Prem. dd. Vars. 27 Mart. 1681 ad Innocentium P. XI datam, qua referunt, se cum aliquot Archimandritis, Monasteriis, ecclesiis ac parochis s. unioni accessisse, ac in comitiis istius anni professionem fidei emisisse. Plena tamen omnium ecclesiarum, monasteriorum et parochorum unio nonnisi 1691 subsecuta fuisse, ac Vladica Premisl., qui, sicut Szumlański jam 1677 fecerat (vid Thein. tom, cit fol. 650), unionem 1681 *occulte* suscepit, eam 1691 *palam* professus fuisse videtur. Acta Eppalia de hoc anno 1691 fol. 143 continent oblatam documenti Joann. III R. P. dd. Jaroslaviae 28 Sept. 1691, quibus Innocentium Winnicki, hactenus episcopum Prem. disunitum, unionem cum S. R. ecclesia amplexum, in eppatu Premisl. ac Sambor. integro, indivisoque confirmat, jam vero Joannem Małachowski, qui hucusque Ruthenis unitis in Dioecesi Prem. Eppus praefuit, ad sedem eppalem Chelmensem a se nominatum significat.

[2]) Joannes III die 17 Jun. 1696 Villanoviae (prope Varsaviam) vitam finivit.— Pro vacante corona regni tres erant competitores: Jacobus, defuncti regis filius, Franc. Ludov. Conti, regis Galliae cognatus, et Frid. Augustus, Saxoniae elector, nuper a Confessione Augustana ad fidem Catholicam conversus. Partes Contianae caeteris erant validiores, nam et magna nobilitatis pars, et Legatus aplicus cum Eppis regni, nuper conversi— electoris sinceritati diffidentibus, huic Candidato favebant. Vicit nihilominus elector sine cunctatione in Poloniam advolans, et obstacula sibi opposita prudenter superans, qui anno 1697 sub nomine Augusti II rex agnitus est.

A. D. 1701 Doenhoffius ad eppatum Cracov. transiit, [1]) in qno vix annum emensus temporalia cum aeternis commutavit.

---

[1]) Vivo, adhuc et spirante, sed aegro Joanne Małachowski E. Cracov. duo de eppatu post ipsum obtinendo certabant: Stanisl. Dąbski, eppus Vladisl., et noster Doenhoffius. Mortuo Małachowski eppatus ejus Dąbscio cessit 1697, qui dum primum aditum ad novam sedem parat, 1702 morte extinctus est. Nunc rivali eius Doenhoffio fortuna faventior fuit, at et ipse in hac cathedra vix unicum annum exegit. Sic neuter fructu curarum suarum diu laetatus est! — Capitulum Prem. obtenta notitia de Doenhoffi translatione per Sedem aplicam confirmata, die 16 Junii 1701 ad electionem Administratoris processit.

Obiit Doenhoff Kielciis, ubi eppi Crac. amplum palatium habebant, et in eccla clari montis Częstochoviensis sepultus est. Si dexteritatem et facundiam spectes, inter eppos Poloniae suo aevo nemini secundus erat, si vero mores respicias, vitae splendidae et sumtuosae amator, continuo pecunia egebat, et cum eppatus, munerumque ac beneficiorum annexorum proventus indigentiis ejus non sufficerent, etiam media minus honesta argenti obtinendi non aspernabatur. Andr. Załuski in eplis historico familiarib. (tom II f. 437) refert, eum tempore electionis regiae obtentis mille aureis (titulo viatici) a partibus Contianis ad factionem Saxonicam transiisse, et unum e paucis eppis fuisse, qui Augustum II templum Varsav. ad S. Joannem solenniter intrantem, comitabantur. Acta Capit. 1696 fol. 277 adnotant: Platos et Canonicos pro obtinenda incorporatione beneficii Radymnensis Doenhoffo per Const. Przedbor Custodem (qui ejus familiaris erat) annulum quendam pretiosum, in thesauro Cap. asservatum, offerendum decrevisse, cum jam prius vasa aenea, quae Zbąscius pro impensis exornandae ecclesiae destinaverat, ad 1500 fpol. valoris sui taxata, ipsi pro 1000 fpol. vendidissent (cf. Act Cap. 1692 fol. 179). Praeterea variis debitis Capitulo obstrictus fuit, quae ab ipso, Cracoviam translato, sequenti Epla repetebantur: „Celsissime Princeps, Dne Dne et Patrone colendme! Pewni iesteśmy, że exaltacya Waszey Xiążęcey Mości „do Katedry Krakowskiey serca y affektu W. X. Mści od „tey, którą 11 lat pastorali solicitudine piastowałeś, diecezyi „et a sponsa sua praeterita nie wyniosła. Ile znas iest, zna„my to do siebie, żeśmy wielkiemu imieniowi W. X. Mści „do szczętu życia sacratae victimae. A iako Ducalis W. X.

DOCUMENTA AD EPISCOPATUM JOANNIS CASIM. BOKUM.

I 1709. 4 Januar. Erectio Conventus Carmelitar calc. in oppido regali Drohobycz. Acta Eppatus.

II 1713. 3 Febr, Erectio Capellaniae in oppido Baligrod ad instantiam gener. Ignatii Bal. Act Epp. vol. XLIV.

„Mści fortuna iest nam solatio, tak do niey recurrimus in„nixi słowu W. X. Mości Pańskiemu, żeś pretensye kościoła „naszego in opimiori fortuna sua zawsze zaspokoić obiecy„wał. Eo fine dwóch e medio nostri uprosiliśmy Ich Msciow „konfratrów, aby zebrane in numerum dłuszki od W. X. „Mści nam należące tak od osoby W. X. Mości Pastérskiey, „iako i z membranu na 7 tysięcy Zł. I. M. Xiędzu niebo„szczykowi Dębskiemu danego, i nam w długach nieboszczy„kowskich przekazanego, uczynili informacyą. Czekamy tedy „postulatorum nostrorum debitam a munifica W. X. Mści ma„nu satisfactionem, przydając coronati capitis — (Davidis re„gis) — słów: memor esto Domine verbi tui, in quo nobis „spem dedisti! aby nie tylko my, ale i successores nostri „cieszyć się mogli et recolere beneficia W. X. Mości od wiel„kich niegdy antecessorow W. X. Mści Sarnowskich i Zbą„skich pobrane, od W. X. Mości oddane i przydane. Caluiąc „przy tym oram vestimenti W. X. Mości zostaiemy Illmae „Excellmae et Revrdssmae Celsitudinis humiles servi: Plati „et Canci cathedr. Eccl. Prem. Ex Capitulo Circumcis. Christi „Dni A. D. 1702.“ Nescio, quem effectum hae litterae habuerint; at cum Doenhoffius hoc ipso anno 1702 rebus humanis exemtus sit, parum verosimila est, memoratis practensionibus satisfactum fuisse. — Pro coronide reticere non possemus, hunc Antistitem praefato Załuski in opere cit. asserente, nimis vino fuisse obnoxium, quod sane vitium, (quantumvis ea aetate in patria nostra vix pro peccatillo habitum), nemini magis quam eppo probrosum est.

III 1713. 2 Aug. Erectio praebendae in arce Krasiczyn et extinctio antiquae parochialis ecclae. Ibid.

IV 1714. 14 Decemb. Erectio praebendae confrat. immac. Concept. B. M. V. in eccla Hussov. Ib.

V 1715. fer 3 in crast. S. Agnet. Erectio Collegii Passionalistar. in eccla cathed. Premisl., una cum confrat. SS. Trinitt. ib.

VI 1716. 6 Martii. Erectio altaris S. Joann. B. in eccla Lescensi vulgo altaris Stadniciani dicti. Ibid.

VII 1716. Id. Maji. Clemens P. XI concedit indulgentias pro confratt. SS. Trinitt. in eccla cath. Prem.

VIII 1718. 10 Jan. Villae Wiązkowice, Wulka et Satkowice, hucusque nulli parochiae adscriptae, ecclae paroch. in Krukienice una cum decimis ingremiantur. Act Epp.

IX 1718. 18 Julii. Erectio ecclesiae paroch. in Medynia. Ibid.

X 1709. in castr. ad Wysocko 24 Aprilis. Stanislaus I R. P. bona Capituli et ecclae cathedr Premisl. in patrocinium suum recipit, et a contributionibus militarib. liberat.

XLIII. JOANNES

CASIMIRUS De Alten

BOKUM

STEMM. PAPRZYCA

E. P.

1701—1719.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Augustus II.	Clemens IX	Mich. Radziejowski
Stanisl. Leszczyński, Antirex	1700—1721	† 1706.
		Stanisl. Szembek.

Archi. Epp. Leop.

Constant. Zieliński † 1709 Moscoviae.
Nicol. Popławski † 1711.
Joann. Skarbek.

Familia Bokum teste P. C. Niesiecki e Curonia in Lithuaniam immigravit. Joannes Casimirus, [1]) de quo agimus, filius fuit Henrici, Dapiferi M. D. Lithvan. e conjugio cum sorore Joan. Clemen. Branicki, R. P. Mareschalli, inito. Cum statum ecclesiast. elegisset, visitatis academiis extraneis, potentium agnatorum patrocinio diversas praelaturas et praebendas accepit, uti Canonica-

[1]) De persona ejus consulantur Niesiecki et Łętowski in operib. saepe citt.

tum Gnesn., Cracov., Varsav., Abbatiam Czerwenensem.[1]) Minora quoque beneficia non aspernabatur; etenim Praeptus in Rzeszow ac Tyczyn parochus in Błażowa, dioec. Premisl., tum parochus eccliae Drzązgowa cum filia Żabionka in Dioec. Cracov. fuisse legitur.[2])

Post obitum Joannis III. legatio ad Innocentium P. XII et Leopoldum I Roman. Imperatorem cum notificatione hujus lugubris eventus ipsi commissa fuit, qua occasione S. Pontifici adeo placuit, ut eum in numerum Referendariorum utriusque signaturae referri jusserit.

Augustus II eum supremum regni Secretarium constituit, et abbatiam, de qua supra (scil. Czerwenen), ipsi contulit, anno vero 1701 eum Eppum Premisl.,[3]) ad extremum etiam regni Vice-Cancellarium[4]) nominavit.

---

[1]) Niesiecki et Łętowski de hac Abbatia ejus altum silent, in Actis vero hujatibus inter titulos ejus constanter occurrit ille „Administratoris perpetui Abbatiae Czerwenensis."

[2]) Videtur quoque Praeptus Jaroslavien. fuisse, et hanc praepturam cum eppatu tenuisse; nam in documento dd. 1 Jun. 1702, quo Andream Podolski, Archidiaconum, Officialem constituit, ponitur. „Datum Jaroslaviae" *in residentia nostra.* Nullam autem Eppi Prem. Jaroslaviae residentiam habebant.

[3]) Nominationis regiae litterae in Actis desiderantur, adest vero sequens epla nominati ad Capitulum responsoria ad gratulationem ejusdem: „Illustrissime, Perillustres, et Rndmi Dni, „Dni et confratres observandmi! Nie godzi mi się o tym „wątpić, co teraz iawną po sobie uznawam experyencyą, że „cor Regis est in manu Dei, kiedy naywyższa dobroć Boska „skłoniwszy serce Jeo Krol. Mości, Pana mego miłościwego, „na niegodną osobę moią, raczy mię vocare in sortem mini„sterii przezacney WW. MM. Panów Katedry Przemyskiey, „od którey godni antecessorowie Bpstwa tego swoią odebra„wszy ozdobę wzaiemnie ią wielkimi zdobili imionami, y „WW. MM. Panowie swemi zacnemi zdobicie osobami, któ„rych godność i affekt, iako sobie wielce poważam, tym „większą do WW. MM. Panów zabieram obligacyę, że mię „tak uprzeymym poprzedzać raczycie powinszowaniem. Zaco „WW. MM. Panom uniżenie podziękowawszy pragnę mieć „tyle sposobu i okazyi do oświadczenia WW. MM. Panów,

Turbulentissimo tempore hanc sedem obtinuit; nam inde ab anno 1702 Carolus XII, Suecorum rex, Poloniae provincias occupavit,[5]) exauctoratoque Augusto II Stanislaum Leszczyński, Palatinum Posnan. regem Poloniae proclamari jussit.[6]) At fuso tandem per Russos in proe-

„że w tym naybardziey moię pokładam ambicyę, abyście „mię znali za tego, którym się piszę na zawsze — w War- „szawie dnia 10 Febr. 1701 WW. MM. Panow uprzymie „życzliwy brat i uniżony sługa: X. Bokum, Nom. B. Prz. — A Clemente XI dd. Romae 15 Aug. 1701 confirmatus (cum esset annorum aetatis 35) — die 16 Semptembris ejusd. anni in persona Andreae Podolski, Archidiaconi cathed. et procuratoris, ad hunc actum deputati, episcopatus et eccliae possessionem accepit. Sequenti vero anno 1702 d. 13 Aprilis, quae fuit fer 5 in coena Dni, ecclam cathed. prima vice pontificaliter adiit (Vid. Acta Offlatus Andreae Podolski p. 313).

[4]) Iuxta P. Niesiecki Vicecancellariatum cum eppatu accepit, at vero Acta Capituli nostri hanc nominationem longe seriorem fuisse indigitant; siquidem in Capitulo Sabb. ante Dom I Novemb. 1712 celebrato (Vol. IX fol. 126) decernitur: ut Archidiaconus et Custos nomine totius Capituli Eppum adeant, eique occasione „non ita pridem obtenti Vice-Cancellariatus regni" gratulationem faciant. Videtur ergo Augustus Rex hoc munere collato eum pro jactura eppatus Cracov. (ad quem nominatus, per Sedem Aplicam rejectus est, ut infra videbimus), solari voluisse.

[5]) Bellum fuit regi Sueciae cum Petro, cogn. Magno, Moscoviae Czaro, qui ann. 1700 proelio ad Narvam superatus cum Augusto II R. P. foedus pepigit. Hoc irritatus Carolus XII arma in Poloniam vertit.

[6]) Anno 1702 Succus Augusti II exercitum proelio ad Clissoviam inito vicit, quo facto sub auspiciis Caroli confoederatio pro defensione regni et libertatum ejus coaluit. Major nobilitatis pars, et ipse regni Primas, Cardlis Radziejowski, ad Suecum defecit, quo volente ac jubente Stanislaum Leszczyński regem Pol. proclamavit (1705). Constantin. Zieliński, AEppus Leoppol. hunc antiregem, pontifice frustra prohibente, coronavit, ob quem actum a Russorum exercitu comprehensus Moscuam deductus est, ubi 1709 exul et captivus vitam terminavit. Rebus in Polonia confectis Carolus XII Augustum II in Saxoniam insecutus est, fusumque ac superatum ad pacem Vetero-Ranstadiae incundam compulit, qua corona Poloniae in rem Stanislai Lescinii sese abdicavit (1706).

lio Pultaviensi Carolo XII Augustus coronam regnumque denuo recuperavit (1709).

Quo tempore Sueci in Polonia rerum potiebantur Joan. Casim. Bokum E. P. regis, per eos intrusi (Stanislai Leszczyński) auctoritatem agnoscere nolens, extra regnum morabatur, ac Dioecesim in spiritualibus et temporalib. per Administratorem a se constitutum gubernavit. [1]) Ea tempestate ecclesiis et clero ab hoste, catholicae religioni infesto, plurima damna inferebantur, imprimis vero possessiones Eppi, Saxonicis partibus addicti, omnis generis exactionibus onerabantur. Neque laetior fuit Capituli conditio, [2]) quamvis ab antirege Stanislao Lescinio litteras libertatis ab hujusmodi emunctionibus impetraverit. [3])

Depulsis Suecis clero melior sors neutiquam illuxit; nam copiae regis Saxonicae, quin et polonicae, quae nunc Russiam rubram intrarunt, in bonis ecclesiae expilandis

---

[1]) Is fuit Lucas a Czermin Czermiński, Praeptus cathedralis, postea Decan. et Suffragan. Premisl. — Vide encycl. Eppi in Actis sub 26 Octob. 1705. Quorsum Episcopus abierit, non dicitur. Verosimiliter in Saxoniam se contulit. — Sub 10 Martii 1710 legitur: „Reassumtio jurisdictionis Officialis ordina„riae post reditum Illmi ac Rvmi Dni Joan. Cas. de Alten „Bokum, E. P., nominati Cracov. ad regnum provinciamque „suam. — Intermedio tamen tempore anno 1706 — quum Suecor. exercitus in Saxonia versaretur, — Eppus in Dioecesi adfuit, nam mense Junio illius anni visitationem eccliae cathedr., antea ob tumultus bellicos abruptam, reassumsit et absolvit.

[2]) Usque nunc in Archivo Capituli supersunt apochae ex anno 1709, partim latine, partim germanice exaratae, super variis contributionibus ad castra Suecorum comportatis. Stativa eorum erant Jaroslaviae, Felstini, item in villis Laszki et Chliple. Eorum copiae a L. B. de Krassow, generali, et Carolo Gustavo Mellin, Colonello, ducebantur.

[3]) Litterae Stanislai Leszczyński, in originali superstites, datae sunt in castris ad Wysock d. 24 Aprilis 1709.

Suecoram saevitiae parum, aut nihil cedebant.[1]) Ad cumulum malorum annis 1705 et 1710 etiam pestilentia miseram provinciam decimavit.[2])

His ita comparatis Eppus, longo pontificatus sui tempore aliis curis distentus, sponsae suae indigentiis ea,

---

[1]) Oppressum exactionibus Capitulum ipsum supremum exercitus ducem A. N. Sieniawski, Palatininum Bełzensem, Leopoli consistentem per legatos convenit, qui d. 4 Febr. 1710 libertatem a contributionibus spopondit. „Sama nawet, (sic ait in „respectivo documento) pogańskich wieków supersticya nie „czym barziey animowała wojennikow swoich ad fortia, tyl„ko pokazując aras et focos pretia belli. A dopieroż chrze„ściańska professya na celu naypierwszym mieć powinna in„ter humana divina: Więc Jeo Mość P. Woiewoda Bełzki, „Hetman W. Koronny we wszystkich swoich applikacyach „około dobra ojczyzny zna się być barziey obowiązanym re„ligioni, quam regioni, y przekłada tuitionem sacrorum nad „samą wolność Rzeczypospolitey. Dziękuie tedy przewiele„bney Kapitule Przem., że przyznawać raczy hunc zelum „Jeo Mości, deklaruiąc, że circa promotionem cultus divini „ma i mieć będzie w obserwancyey y samych ministrow jeo etcet. Haec bona ampullosaque verba erant, at Capitulum, ut militari licentiae satisfaceret, argenteriam ecclesiae partim alienare, partim oppignorare, reliquum vero securitatis gratia in terra defodere coactum fuit (Vid. Act Cap. 1710 fol. 50). Cf. qq. Acta 1712 et 1718 ubi contributiones pro stipendiis milit. a Clero sacc. et regul. exactae memorantur.

[2]) Vid. Act Cap. Vol. VIII fol. 496, ubi haec habentur: „Li„cet ex declaratione proxime et immediate praeteriti Capituli „generalis (p. f. s. Joann. Bapt. 1705 celebrati) dies reas„sumtionis designata sit post fest. exalt. S. Crucis, nihilomi„nus propter incursionem Sueticam limitatum est ad 12 Octo„bris. Invalescente vero peste et grassante Premisliae itidem „limitatum est ad Dom. IV Quadragesimae in anno 1705.“ Et additur: Post sopitam Deo adjuvante pestem die lunae 15 Martii 1706 Capitulum convenisse. — Porro Vol. IX pag. 56 sub. anno 1710 haec referuntur: „Plati et Canci d. 24 Octob. „1710 caplariter congregati duobus Vicariis curam animarum „tempore hujus pestis sponte et libere assumendibus, 100 flo„renos, scil unicuique 50 fpol. dandos esse censuerunt.“ Hoc autem contagium tunc brevius duravit, siquidem proxima 15 Novemb. 1710 Captlum particulare celebravi potuit.

qua optabat, sollicitudine servire haud poterat; nihilominus, quantum temporis iniquitas sinebat, officio suo non defuit.

Ecclam cathedr. canonice visitavit, et decreto suo reformatorco varias utiles ordinationes sanxit.[1]) Obligationes Capitulo vi diversarum fundationum inhaerentes, ob diminutum earum censum, facultate a Sede Aplica ad id impetrata, moderatus est.[2]) Collegium Passionalistarum[3]) et confraternitatem SS. Trinitatis[4]) ad ecclesiam cathedr. erexit, altariam S. Annae Collegio Vicariorum cath. incorporavit,[5]) in Medynia et Dobropol (Majdam Sienia-

---

[1]) Statium in primo ad ecclam cathedr. accessu (mense Aprili 1702) visitationem ecclae cathedr. indixit et inchoavit (Act. Cap. Vol. VIII fol. 434), attamen ob calamitosa turbulentaqua tempora eam abrumpere coactus est. Anno 1706 reassumsit (innotescentiales litteras dd. 25 Junii 1706 Act. Cap. vol. VIII fol. 514 seq.), ac post duas septimanas absolvit, attamen mox propter Succos et antiregem, eorum jussu creatum, patriae tergum vertere coactus, decretum reformationis 15 Jul 1706 conditum nonnisi anno 1710 d. 28 Jun. Sabb. p. fest S. Joan. B. promulgavit. (Act. Cap. Vol. IX. fol. 30—42).

[2]) Vid. libr. Anniverss. et Votivar. Captl. — Act. Cap. 1713 fol. 127. Facultates pro hac reductione a S. Aplica dd. Romae 20 Febr. 1712 concessae fuere.

[3]) Fundator fuit Paulus Const. a Dubrawka Dubrawski, Eppus Lorien. Suffragan. et Decan. Premisl. (1712) vid. doc. cit nro V. Collegium constabat 6 Presbyteris, quorum erat Officium S. Crucis et missas de pass. Domini absolvere. Diecbantur etiam praebendarii S. Crucis. — Cf. Vis. Sierak. f. 361 sq. Act. Cap. 1712 fol, 108.

[4]) Haec confraternitas simul cum collegio Passionalistar. introducta fuit, et Senior Collegii fuit Altarista Confraternittis. Officium ejus erat decantatio Coronae de SS. Trinitte more ecclae Metrop. Lcop. Confrattem hanc Clemens P. XI indulgentiis providit. Vid. doc. cit. s. nro VII.

[5]) Vis. Sierak. fol. 213. De altari S. Annae, cujus patronatus penes Academiam Cracov. fuit, cf. dta sub eppatus Nicolai de Krajow. Posteriori tempore hoc jus Academiae praescriptione extinctum fuisse videtur.

wski) novas parochias,[1]) in Baligrod[2]) Capellaniam, in Lesko praebendam S. Joannis B.,[3]) in Hussow altariam immac. Conceptionis B. M. V.,[4]) in Krasiczyn, extincta parochia, Capellaniam[5]) instituit. Canonicis Collegiatae Jarosl. usum mantolletti, non tamen cum rochetta, sed cum superpelliceo concessit,[6]) Drohobyciam Carmelitas introduxit,[7]) Samboriae moniales S. Brigittae visitavit et reformavit.[8]) Ecclae Radymn. decimas ex agris novalibus donavit.[9])

Cum Capitulo cathedrali ei quoad jus disponendi de substantia Canonicorum absque testamento e vita decedentium,[10]) et jurisdictionem Decani capitularis in clerum inferiorem[11]) acris contentio fuit, quae per appellationem[12]) ad altiora subsellia devoluta, demum vero ita utrinque

---

[1]) V. Schemat. dioec.

[2]) Act. Cons. Vol. XLIV sub. 3 Febr. 1713.

[3]) Vid. doc. nro VI. Fundator: Joan. Stadnicki, Palatin. Volhyniae.

[4]) V. doc. nro IV. Fundator: Remigian. Ulenieeki.

[5]) V. doc. nro III et Schemat. dioec.

[6]) Vis. Sierak. in decr. ref. pro Collegta Jarosl.

[7]) V. doc. nro I. Fundatio hujus Conventus et admissio ejusdem pertinet ad tempora G. A. Doenhoff, executio vero et erectio Convtus primum anno 1709 facta est.

[8]) Vid. in Actis Epp. decret. reform. pro hoc Conventu sub 8 Julii 1709.

[9]) V. Act. Cap. Circumis. 1716, ubi insertum occurrit respectivum Eppi privileg. dd. Brzozov 6 Jul. 1715.

[10]) Quum 1706 Andr. Albinowski, Suffrag Vladisl., et Cantor Prem., absq. testamento decessisset, et Capitulum de substantia ejus disponere vellet, obstitit Eppus, dispositionem de jure ad Lociordiin arii pertinere asserens. Inde magnae irae accensae. Vide Act. Cap. Vol. VIII fol 517. 521.— Cf. de simili controvensia dicta sub epp. Joan. Wężyk.

[11]) Vid. Act. Epp. vol. XLII sub 6 Jun. 1708. De simili lite recolantur dicta s. Epp. Szołdrski.

[12]) Act Eppi ex anno 1709 fol. 531. Act. Cap. vol. VIII fol. 601. 602.

composita est, ut eppus in plerisque punctis Capitulo cesserit.[1])

Introducto Suffraganeatu relationem Suffraganei ex Capitulo assumti, ad reliquos capitulares, praesertim quoad praecedentiam in processionibus et stallum in choro, regulavit.[2])

Adhuc 1702 a Rege Augusto II Eppus Cracov. nominatus, Sede Aplica translationem denegante, voti compos fieri non potuit.[3]) Itaque Premisliae pertaesus, cum pin-

---

[1]) Quod attinet bona, post Cancos derelicta, post obitum Suffraganei Dubrawski, qui cum Eppo in hac materia pro Capitulo acerrime decertabat, non solum Capitulo facultatem restituit, de substantia intestatorum confratrum disponendi, sed et facultatem concessit confratrum testamenta confirmandi, (V. Act. Cap. 1711 fol. 88. 1714 fol. 164), quod etiam ejus successor Christ. Joan. Szembek dd. Prem. 4 Decembr 1723 ratum habuit. (Act. Cap. ad 1723 vol. IX fol. 380). Decani jurisdictionem super Vicarios in integrum restituit privil. dd. Brzozov. 12 Octob. 1711, Actis Consist. sub 6 Novemb. 1711 inserto. Hoc documento Decanum judicem ordinarium Collegii Vicarior, constituit, eique potestatem dedit, Vicarios instituendi ac destituendi, refractarios ac excessivos servatis juris gradibus ac solennitatibus puniendi, corripiendi ac excomunicandi, suspendendi, causas tam civiles, quam criminales inter eos cognoscendi, visitationes tam reales, quam personales in Collegio ipsorum faciendi, decreta deffinitiva ferendi ac promulgandi, salva tamen in omnibus appellatione ad Sedem eppalem, et demta approbatione pro excipiendis confessionibus.

[2]) Decreto suo dd. Brzozov. 11 Julii 1718 sanxit: ut secundum laudabilem consuetudinem aliarum ecclaram scil. Metrop. Gnesn. et Leopol., tum cathedralium Cracov. et Posnan; Suffraganeus primum locum in stallo ante Praeptum cathed. ex opposito cathedrae eppalis (ergo primum locum post Decanum nisi ipse esset Decanus), in processionibus vero ante Decanum locum obtineat. Vid Acta Capit. ex an. 1719 Vol. IX fol. 255. 256.

[3]) Ratio, cur provisio eppatus Cracov. tamdiu retardata sit, in adjunctis illius temporis quaerenda est. Certabatur scil. de corona inter Augustum II et Stanisl. Leszczyński. Cur autem nominatio Bokumi ad hunc eppatum Romae non fuerit ratihabita, inde explicatur, quod Augusto II R. P. cum sorore

guiorem eppatum frustra expectasset, ad tenuiorem Culmae in Prussia transivit (1719),[1]) ubi 1722 subitanea morte sublatus est.[2])

---

nominati, Georgio Lubomirski, Castellano Crac. nupta, inhonestum commercium intercesserit, et promotio Bokumi artibus dictae feminae apud regem impetrata crederetur. Nonnihil momenti hac in ne etiam querela habuerit, quam Paulus Constant. Dubrawski, Suffrag, ac Decanus, tum Andreas Podolski, Archidiaconus Prem. contra eppum Romae moverunt, quod antiqua Capituli privilegia, per Sedem Aplicam approbata, violaret, potestatem Decani in clerum inferiorem, et jus Capituli de substantia confratrum intestatorum disponendi, restringeret; nam Acta Cap. anni 1708 (fol. bor. 602) testantur, Eppum, ut sese Romae contra has accusationes justificaret, a Capitularibus declarationem postulasse et obtinuisse: praefatos actores ad querelam nomine Capituli movendam nullum mandatum habuisse.

[1]) Obtenta ad eppatum Culmen. regia nominatione non exspectata sedis aplicae confirmatione e dioec. Prem. discessit, constituto Administratore Joanne Kurdwanowski, qui ejus nomine Dioecesin gubernaret (Vid Acta Epp. sub 21 Novemb. 1718) — Subsecuta translationis confirmatione Capitulares in Capit. Circumc. 1719 eundem Praeptum. Administratorem grlem spiritualium et temporalium elegerunt. (Act. Cap. cit.). In egresu suo Eppus praeteritorum immemor, Capitulo 25.000 fpol. quae aqud varios debitores habuit, in contestationem sui affectus donavit. (Act. Cap. Sabb. ante Dom IV Novemb. 1718).

[2]) V. Niesiecki.

DOCUMENTA AD EPISCOPATUM JONNIS CHRISTOPH. SZEMBEK.

I 1719. Brzozov. 1 Jul. Confirmatio privilegior. oppidi Brzozów. Act. Epp.

II 1720. Brzozov. 31 Jul. Confirmatio jurium oppidi epp. Jasliska, ab antecedaneis eppis collatorum et in privilegio Georg. Alb. Doenhoff enumerator. Ibid.

II 25 Sept. Erectio altariae et promotoriae tit. SS. Trinitt. in Mościska. Ibid.

IV 1723. 10 Maji. Erectio Mansionarior. in Sanok et ecclae parochialis in praeposituralem mutatio. Ibid.

V Brzoz, 12 Maji. Erectio praebendae altar. B. Mariae V. et S. Martini E. C. in Łąka. Ibid.

VI 20 Aug. Confirmatio antiqui usus Parocho in Jasliska de praetorio in Jaśliska (i. e. de proventu propinat.) quotannis 60 fpol. solvendi pro sustentatione organarii. Ibid.

VII 1724. 23 Febr. Erectio ecclae praeposituralis in Brzozow. s. t. transfig. D. N. J. C. in Collegiatam, cum incorporatione beneficior. paroch. in Blizne et Domaradz ac inscriptione Summae 18.000 fpol. Ibid.

VIII. 1724. 14 Julii. Separatio ecclae filial. in Kaszyce a matrice in Pantalowice, et erectio in parochialem. Ibid.

XLIV. JOANNES

CHRISTOPHOR. In SLUPÓW.

SZEMBEK

ED EADEM,

E. Pr.

1794 — 1724.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim R. P.
August. II	Clemens XI, † 1721.	Stanisl. Szembek. † 1722.
	Innocent. XIII 1721—1724.	Theodr. Potocki.

AEpp. Leopol.

Joann. Skarbek.

Familia Szembek, ut ipsum nomen innuit, germanicae originis est. Cum Maximilianus I, Rom. Imp., in comitatu Tiroliensi rupicaprarum venationi intentus, feram avidius persequendo locum praeruptissimum (Martinswand) unde nulla redeundi via patere videbatur, incaute ascendisset, vir nobilis Petrus a Schönbeck ex hoc vitae periculo eum liberavit, cui Imperator, ejus fidelitatem et intrepidum animum honoraturus, ad avitum trium rosarum stemma duas rupicapras addidit. Unus ex filiis hujus Petri circa annum 1507 in Prussiam, regi Poloniae subje-

ctam, domicilium transtulit, atque ab hoc equites ejus nominis in Polonia originem trahunt, quorum una linea a possessione sua epitheton „de Słupów“ assumsit.

Franciscus in Słupów Szembek, Castellan. Camenecen. e Sophia Pieniążkowna Stanislaum, AEpp. Gnesnensem, jam vero e Barbara Rupniewska, (cognata eppi Stan. Zbąski, nostrum Joannem Christophorum progenuit.

Hic [1]) lustratis regionibus et academiis extraneis a Secretariatu in aula reg. vitae publicae stadium inchoavit, Canonicatibus Premisliensi, [2]) et Cracov., [3]) Custodia Łoviciensi, dein praepositura Miechov. provisus,

A. D. 1712 factus est eppus Chełmensis, [4]) quo recte administrato 1718 ad Premisliensem progressus est. [5])

---

[1]) De eo scripserunt Niesiecki et Łętowski.

[2]) Introductus 1700 ad Cancatum fundi Bakuńczyce, quem 1705 resignavit.

[3]) Introductus 1703 (Łętow).

[4]) Multa in hoc eppatu memoria digna gessit, quae recenset P. Niesiecki. Dioecesin integram visitavit, A. D. 1717 Synodum dioecesanam Crasnostaviae celebravit (eod. anno Zamoscii typis impressam in fol.), ecclesiam cathedr. reparavit ac exornavit.

[5]) A Clemente P. XI confirmatus (dd. Id. Mart. 1718) eppatus possessionem eod. anno fer 3 post fest. SS. Trinitt. in persona Sigismundi Drohojowski, Decani cathedr. qua Procuratoris sui, adiit, die vero 25 Jun. (quae fuit dies solis) 1719 prima vice ecclam cathedr. ingressus est, cujus solemnitatis pro more illius aevi nonnihil ampullosa in Actis Capituli ex anno cit. fol. 276 legitur descriptio: „Affulserunt tandem „praesenti generali Capitulo — (p. fest. S. Joan. B.) — non „vana omina, dum gentilitiae Szembeciauae domus rosae can„didae (allusio ad stemma Eppi) immaculato hujus ecclae „cathedr. titularis patroni (S. Joan. B.) agno, suavissimum ac „jucundissimum spargentes odorem, suas eidem capras as„sociarunt, ac in his Premisliensibus pascuis figere pedem „de speciali providentia aeternoque decreto divino demanda„runt. Hodie namque a diu expectata, avidissime desiderata, „sollicitissime quaesita vota Venerab. Capituli nec non totius „Dioecesis suum sortita finem, extant odoriferis pleno can-

In hoc ovili omnia boni pastoris officia quinque annorum spatio exemplari zelo adimplebat.

„dore coronata rosis, dum Illmus, Exellmus ac Revendssmus „D. Joannes Christophorus in Słupow Szembek in assisten„tia Illmorum, perillrium, Rndissimor et AA. RR. Dnorum: „Stephani Rupniewski Camenecensis, Alexandri Fredro „Chełmensis, et Hieronymi Ustrzycki, r. g. Premisl. ep„porum, item Platorum et Cancorum tam cathedralium, quam „Collegtarum ecclarum variarum dioecesium, nec non cleri, „tam saecularis, quam regularis, numerosissime congregati, „tum quoque Illmi et Magfici Stanislai Fredro, Castellani „Leop., ac permultae, in diversis dignitatibus ac functionibus „positae, Leopoliensis, Premisliensis, ac Sanocensis terrarum, „et ferme totius palatinatus Russiae nobilitatis, nec non ple„bis, ad aliquot numero millia ascendentis, ineffabili omnium „et singulorum applausu, ipsis etiam sphaerarum coelestium dis„positionibus applaudentibus, nam antehac continuo pluviosis, „pro tunc vero insperate serenissimis, sponsam suam ecclam „cathedr. Premisl. dulciter consolaturus, solemnissime ex cu„ria Celsissimi et Illmi Ducis Radziwiłł, Capitanei Premisl. „de Bakuńczyce cum tympanis ac variorum instrumentor. mu„sicis, assistentib. ut supra numerosissima, his in curribus, „aliis in equis generoais, nec non contuberniis civitatensibus „cum vexillis, ac suis variis instrumentis, ad ecclam cathedr. „descendens primo a spectabili magistratu Premisl. honorifi„ce exceptus, per spectabilem Joan. Wargocki, procon„sulem, ante portam Leopoliensem, tandem in eccla PPrum „ord. S. Francisci Minor. Conventualium per A. R. Prem. „Guardianum sermone oratorio salutatus. Ex qua eccla, ut „moris est, et antiquissimae consuetudinis, pomposissime pro„cessionaliter sub baldachimo ad suam cathedram primo in „coemeterio ante majorem ecclae cathed. portam per me, „Venerab. Capituli Secretarium, hospitalis Premisl. praeposi„tum — (Franc. Baniecki) — nomine totius Dioecesis, deinde „postquam cathedram ascendit, per Reverendiss. ac perillrem „Sigismundum Drohojowski, Decanum, sermone diserto et „eleganti nomine Venerab. Capituli salutatus, ac in post ad „conclave Ven. Capituli descendens, ac statutis, nec non usi„tatae consuetudini satisfaciens, super statutis capitularibus „praestitit juramentum, ubi per perillrem et Revendiss. Joan„nem Kurdwanowski, Praepositum, gravi sermone exce„ptus, tandem eodem die missam summam solenniter cele„bravit, in cujus medio perillris A. R. Thomas Pozapow„ski, S. T. D., Cancus et praedicator hujus ecclae cathedr.

Necessitates gregis sui exploraturus ecclam cathedralem, [1]) item ecclesias parochiales in Rzeszow, Tyczyn, Krosno, Krościenko, Odrzykoń et Sanok personaliter [2])

„ordinarius, verbum divinum praedicavit, Illmo Rnmo ac Ex„cellmo Duo Eppo sub baldachino sedente. Finita summa „missa iterum cathedram — (thronum eppalem) — ingressus, „variis orationibus tam salutatoriis, quam panegyricis hono„ratus, ubi primo illris et A. R. D. Michalski, ecclae Colle„gtae Jarosl. Cantor, Praeptus Dobromil., dde PPes S. I. „Jaroslav., Crosnen., Samboriensis Collegiorum, demum PPes „scholarum piar. Collegii Ressov. panegyres dedicarunt, qui„bus exceptis, ac pro more solito resalutatis, ad palatium su„um eppale in magno magnorum hospitum numero pransurus „descendit.“ — E panegyricis illis, quos tum Praesulem, de „quo agimus, auscultare oportuit, sufficiat commemorare eum „quem typis ingressum PPres S. I. obtulerunt s. h. titulo: „Polonia in flore, i. e. e florentissimis in purpuras Szem„beciorum rosis orthodoxae fidei et aureae libertatis, ver„continuum, in ipso sacri honoris ascensu Illmi Excelmi „Rnmi Christophori in Słupow Szembek, post Chełmen„ses infulas Premisliensis Eppi, Praepti generalis Mie„chov., a devinctissima Societate JESU dioecesana demon„stratum, anno Jessaei floris plantati in Nazareth „MDCCXIX typis Collegii Sandomir S. I. (fol). (Equo titulo conjice, quantum bonus gustus, et genuina eloquentia in Polonia ea aetate degeneraverint!) Die 27 Junii 1719 Eppus eplam pastoralem ad universum populum et clerum dioecessanm direxit, quae, utpote typis excusa, actis non fuit inscripta, ad praesens vero non extat. Eodem die visitatis omnibus civitatis ecclesiis ad ecclam cathedr. r. g. sub tit. S. Joannis Bapt. se contulit, ubi ab ipsomet eppo, Hieronymo Ustrzycki, amicissime exceptus, ac postea lauto convivio honoratus est. — His peractis illico Brzozoviam discessit, ubi extra portam oppidi a magistratu solennissime salutatus, ad ecclam parochialem, inde ad palatium eppale deductus fuit. (Vid. Acta Eppatus ejus, initio).

[1]) Visitationem ecclae cathedr. indixit dd. Radim. 17 Jul. 1720 peregit mense Septembri ejusd. anni (Vid Acta Cap. ex hoc anno). Dolendum est librum hujus visitationis et decretum reformationis, pro Capitulo editum, periisse.

[2]) Propositum ipsi fuerat omnes dioccesis ecclas personaliter visitare, quod sub 5 Aug. 1719 literis suis encyclicis, typo impressis, Clero significavit. Ideo sub 17 Septemb. 1720 om-

reliquas per delegatos [1]) visitavit, earumqua statum, tum jura et proventus accuratissime connotari jussit. [2]) Statuta Capituli cathedr. et Seminarii dioeces. reformavit, [3]) ec-

---

nes decanos foraneos ad se citavit, cum quibus de statu cleri ac populi sedulo consilia contulit. At negotia supervenientia intentionem istam exequi haud permiserunt, nam praeterquam quod Capitulo generali Miechov., qua Praeptus illius Conventus, interesse debuerit, Augustus II R. P. eum tribunali thesauri regni, Radomiae constituto, praesidere voluit. (Tribunalis istius, anno 1613 erecti, erat, tributa retenta liquidare, et a debitoribus exigere).

[1]) Delegati hi fuerunt; Michaël Piechowski, Custos et postea Suffrag Prem., Sig. Drohojowski Decanus, et Joan. Stanisl. Metlant, Cancus Premisl. At Eppus Radomia reversus 1720 ecclas in Rzeszow. ac Tyczyn cum hospitalibus personaliter lustravit, tum Brzozoviam ad locum domicilii sni divertit. Anno seq. 1721 eaclas in Sanok, Krosno, Kroscienko et Odrzykoń invisit.

[2]) Acta harum visitationum operose conscripta quoad majorem partem supersunt, scil. lib. vis. decanatus Krosnensis et Sanoc. (1720) liber vicedecanatus Mosciscen. (1722), Decanat. Sambor (1722), Decanatus Ressov (1621), Dynoviensis (1723), Libri visit. Decanatus Premisl. et Tarnogrod. per cierunt. Haec autem in singulis methodus constanter observatur: *a)* Exhibentur copiae omnium documentorum cujusvis ecclesiae. *b)* Delineatur status ecclesiae antiquus, plerumque juxta visitationem Alembekianam et Włodkianam. *c)* Exponitur status modernus i. e. qualis in ipsa visitatione repertus est. *d)* Recensentur beneficia simplicia ad quamvis ecclam extantia cum suis privilegiis et documentis, infine ponitur decretum reformationis. Privilegia et documenta ecclae cathed. Szembek 2 voluminib. in folio nitide describi jussit. Primo volumine comprehenduntur privilegia eppatus, altero Capituli. Uterque liber manu Eppi subscriptus et sigillo ejus munitus in Actis „Rosa" dicitur, alludendo ad rosas in stemate Episcopi, cujus auctortiate conscriptus fuit.

[3]) Statuta Captli saec 16 circa ann. 1527 in pergameno descripta sunt. eorumq. volumen hucusque in Archivo superest, at lapsu temporum ob multas magnosque adjunctorum mutationes eorum reformatio non solum optabilis, sed et necessaria evasit. Quam Christophus Szembek tempore suae visitationis ecclae cathedr. perfecit. Ejus conatibus originem debet liber M. Stus „Statuta Vener. Capituli Premisl. e veteri

clam cathedr. restauravit,[1]) ejus supellectilem pretiosis donis auxit,[2]) Capellam S. Thomae, novo lithostroto pro-

„statutorum libro descripta sub Illmo ac Rmo D. Christopho„ro Joanne in Słupow Szembek D. et. S. S. Apl. graa E. P. „Praepto gen. Miechov. tempore visitationis ejusdem ecclae „cath. in Capitulo grli, p. f. SS. trium Regum celebrato, re„novata et confirmata A. D. 1722.“ Ad calcem libri legitur idiographa subscriptio Eppi, singulorumque Capitularium adjecta. (Vid Act. Cap. Epiph 1722 fol. 329). — Statuta Seminarii comprrhendit M. Stum s. t. „Status modernus Semi„narii ecclae cathed. Prem. p. visit. Excellmi Illmi ac Rmi „Dni Christoph. Joann. in Słupow Szembek E. P., quam vi„sitationem ex commissione Suae Illmae Celsitudinis peregit „et absolvit Rmus in Christo Pr et D. D. Michaël Piecho„wski‘ Eppus Gratiopolitanus. Suffraganeus, Custos et Offlis „grlis Premisl., a 13 — 22 Januar 1722.“

[1]) Act. Cap. extraord. fer 2 post Dom IV p. Pascha 1722 celebrati (Vol. IX fol. 336) perhibent: eum pro fabrica ecclae cathed. mille florenos in auro transmisisse.

[2]) Inter ejus munera primum locum tenent SSor. reliquiae thecis argenteis, aut ex parte argento decoratis inclusae, quas inter pertinet particula ligni vitae, monstratorio argenteo deaurato inclusa, quod in pede suo stemma Szembekianae domus exhibet. (Hae reliquiae etiamnum supersunt, et in Missis Votiv. oe sept. Dolor. B. M. V., tum de Cruce Dni feriis 4a et 6a in altari majori exponuntur). In altari Capellae Crucifixi visitur porro theca rubro holoserico tecta, in cujus parte anteriori est corona principalis de lamina argentea, paulo inferius Stemma Szembekianum, sub quo tabella argentea sequentem exhibet inscriptionem: „Circa solennem ligni „vitae, in quo Salvator noster pependit, spinae de corona ejus, „SSor patronor. ac patronarum regni, simulque plurimar. ali„ar. reliquiarum, ac de magna parte corporis Sti Felicis M., „huic thecae inclusi, introductionem ad hanc ecclam cathedr. „Prem. eidem Urbi huic et toti Dioecesi omnia fausta ac pros„pera e coelo ominatur et vovet amantisimus pastor gregis „sui Christphor. Joan. in Słupów Szembek E. Prem., „nominat. Varmien. et Sambien. Praeptus grlis Miechov. A. „D. MDCCXXIII.“ Act. Capit. partic. Sabb. ante Dom III Octob. 1723 celebrati (fol. 376) referunt: „In eod. Capitulo „Celsiss. Princeps (hoc titulo ornatur qua Nominat. Varm.) ob„tulit Vener. Capitulo et huic ecclae cathedr. de speciali sua „munificentia munera, videl. planetas, dalmaticas, cappas (plu„vialia), vela, bursas, palas et alia auro texta, non modico

visam, in capellam SS. Corp, Christi transformavit, [1]) ac pro consumatione argentei in ea ciborii sumtus tulit. [2])

Anno 1723 Brzozoviae Synodum dioecesanam [3]) celebravit, templum parochiale turri et divite apparatu in-

„sumtu comparata, tumque albas et humeralia, corporalia, „purificatoria, tobaleam pariter auro textam, quae omnia et „singula usui ecclae applicavit.“ Inventarium autem ecclae cathedralis ex anno 1761 haec habet: „Infula Szembekowska, „złotem tkana, z obu stron i na pendentach gęsto perłami „sadzona, atłasem karmazynowym podszyta, u pendentow „franzle złote. Na jednym S. Jan perłami sadzony, na dru„dim herb Szembekowski.“ Cujus infulae nunc nullum vestigium superest. Denique inter dona hujus Praesulis comemorantur peristrommata sericea numero 33 (quodvis longitudine cubitorum $7^1/_2$) ornandis parietibus ecclae cathed. destinata (V. Act. Cap. fer 2 post Dom. IV Pasch. 1722 fol. 336. 345), nec non imagines 5 Szembekorum, qui quondam Capituli Prem. membra fuere, sc. Stanislai (qui 1721 qua AEppus Gnesn. obiit), Michaëelis (qui qua Suffraganus Cracov. decessit), Antonii (Canci Cracov.), Ludovici (Abb. Andreovien.), et Joannis Christophori. (E. Pr. post Varm). — Vid Act. Cap. part. Sabb. ante Dom. Quinquag. 1723 fol. 389.

[1]) Vide tabellam marmoream, mediae columnae chori major. ad partem meridionalem affixam, cum hac inscriptione: „Chri„stoph. Joann. in Słupow Szembek, Eppus Prem. Nomin. „Varmien. Praeptus gen. Miechov., inter alia pretiosiora dona „cathedrae suae oblata hocce etiam pavimentum chori mino„ris, et Capellae SSmi Corp. Christi marmoreum sterni fecit „anno MDCCXXIII, quo et Synodus Dioecesana ab ipso ce„lebrata est.“ De Capella hac ciborii, origenctenus a familia Drohojovia in honorem S. Thomae Apli fundata vid. quae diximus sub eppatu Alb. Sobiejuski et eppatu Petri Gombicki in summar. docum. n. X.

[2]) Ciborium ex argento per olim Samuelem Malicki, Archidiac. cathedr. ad ejus structuram legato (V. Act. Cap. 1660 et 1722) fabricatum est, ast sumptus operis tulit Eppus Szembek (V. Act. Capp. 1722 fol. 333). Caeterum ciborium illud Szembekianum non est idem, quod hodie cernitur; nam Andr. Pruski, Suffrag. Prem. illud anno 1756 conflari et in novam formam redigi jussit (V. Act. Cap. ex an. cit).

[3]) Vid. libr. s. t. „Synodus dioecesana Prem. sub Illmo Ex„cellmo. Rvmo D. Christoph. Joanne in Słupow Szembek „D. et A. S. gr. E. Pr. Nomin. Varm. Praepto grli Miechov

struxit, [1]) ecclesiamquà praeposituralem in Collegiatam commutavit, cui beneficium in Blizne ac Domaradz univit, ac pro complemento dotis Summ. 18000 fpol. inscripsit. [2])

Ecclam in Kaszyce e filiali parochialem effecit, [3]) ad ecclam Sanoc. Mansionarios, [4]) in Mościska praebendam SS. Trinitatis, [5]) in Łąka altariam B. M. V. ac S. Martini E. C. [6]) erexit, fundationem montis pietatis Ressoviae auxit, [7]) ecclam paroch. in Hussakow consecravit. [8])

Oppidorum eppalium Brzozów [9]) et Jaśliska [10]) privilegia approbavit, proventum Organarii Jasliscensis e reditibus praetorii pendi solitum ratificavit, [11]) taxas expediti-

---

„praesente universo clero dioecesano celebrata in eccla prae„positurali Brzozov. Dom VIII post Pentec. die XI et seq. „mensis Julii A. D. MDCCXXIII. Cracoviae typis Jacobi Maty„aszkiewicz S. R. M. typograpi. — Haec est ultima Synodus „dioec. Prem.

[1]) Anonymi MS. Vit. Epp. Prem. Chronic. Archiconfr. sacerd. Kros. et Sanoc. „Ecclessiam Brzozov. turribus in muro aedificatis adornavit.

[2]) Vid. docum. nro VII. Chron. AConfrat. sac. „Pro Capitulo dotem 3 millium fl. pro Custode 5 mill., pro Vicariis ad decantandas horas. 10 mill. fl. p. dotem assignavit. Collegta haec origentenus 2 Platos (Praeptum et Custodem) ac 2 Canonicos habuit, at Fredro et Venc. Sierakowski ejus statum personalem auxerunt.

[3]) Vid. Docum. nro VIII.

[4]) V. doc. nro IV. Fundator: Franc. Gożliński Praep. Sanoc.

[5]) V. doc. nro III.

[6]) V. doc. nro V.

[7]) Vid. Synod. dioec. Cap. XXII. Fundator fuit Lucas Doctorius Cracov. Paroch. Ressov 1635, Eppus Szembek post visit. anni 1720 fundationi Summam 1000 fl. pol. e proprio adjecit.

[8]) V. Vis. Sierak. qua testante dedicatio haec 17 Sept. 1724 facta est.

[9]) V. Act. Epp. sub 1 Jul. 1719.

[10]) Act. Epp. s. 30 Jul. 1720.

[11]) Act. Epp. s. 20 Aug. 1723 inter docum. a nobis cit numero VI.

onum curiae suae diminuit,[1]) librum catecheticum, expositionem doctrinae christianae continentem, singulis ecclesiis paroch, donavit.[2])

Congregationes cleri decanales instauravit,[3]) processus seu currendas curiae eppalis per quemvis parochum describi et in actis asservari praecepit,[4]) modum adspirantibus ad s. ordines provisionem inscribendi accuratius determinavit,[5]) ac alia quaedam aptissime disposuit.

Eo eppatum Prem. tenente pax erat ab hoste externo, at inter regni ordines continuae discordiae agitabantur,[6]) quod varia comitia absque effectu celebrata aut

---

[1]) Act. Epp. 30 Sept. 1720.

[2]) Act. Epp. s. 16 Sept. 1720. Hic liber ejus jussu, cum ad huc Chełmen. Eppus esset, a Mich. Piechowski concinnatus et Cracoviae 1714 in 8o s. t. „Krótkie zebranie nauki chrześciańskiey“ typis impressus erat. (Vide praefat. a Piechovio vitis eppor. Chełmen. praemissam et Acta AConfratt. sacerd. Sanoc. ac Krosn.

[3]) Act. Epp. s. 6 Aug. 1720.

[4]) Ibid 16 Sept 1720.

[5]) Ib. sub eod. dato. — Provisio est titulus mensae adspirantibus ad S. ordines datus. Parochi, ecclarum, Cooperatore indigentes, clericum ad tale officium habilem sibi deligebant, factaqua provisionis inscriptione, eppo sacris ordinibus initiandum praesentabant. Quoniam vero circa has provisiones varii abusus committebantur, mandat Eppus: ut Clerici, quibus provisio datur, super vita, moribus, diligentia et scientia sollicite examinentur sique idonei reperti fuerint, tunc, providens et providendus ad Acta curiae eppalis personaliter accedant, ibique provisio coram testibus Actis inscribatur, per litteras autem, aut per procuratores facta non suscipiatur. Post haec provisi, nisi jam antea Seminaristae fuerint, illico ad Seminarium se conferant, ibique ante S. Presbyteratum saltem uno anno proprio sumtu studiis ac exercitiis pietatis vacent. —

[6]) Etiam Szembeko, qua Eppo Prem. cum A. N. Sieniawski, supr. R. Mareschallo et Capit. Lubaczov. quoad limites bonorum eppalium Łukawiec, Szczutkow et Bihale lis fuit, quam referente anonymo autore M. Sti de vit. Eppor. Prem. amice componere baud successit, eo quod dictus Marschallus, qui

turbulente abrupta palam faciunt. Appropinquabat tempus, quo denuo comprobaretur, regnum in se divisum subsistere non posse. Civitas Premisl. de pristino decore suo multum amiserat, et ruinis ac ruderibus squallida in actis illius temporis exhibetur.[1]) Anno 1721 pestilentia eam denuo tentavit.[2])

A. D. 1724 Thorunii in Prussia tumultus a Lutheranis contra Jesuitas et ecclesiam eorum concitatus est, qui summam Catholicorum indignationem in toto regno provocavit. Contra auctores turbae et magistratum loci per comitia regni, agentibus eppis, inter quos et noster Szembek non postremas partes tenuit, rigide, ne dicam crudeliter, animadversum est.[3])

---

paulo ante propositionibus Eppi assensum praebuerat, morte sublatus sit

[1]) Vid. Act. Cap. s. an. 1720 fol. 299.

[2]) V. Aat. Cap. s. an. 1721 vol. IX fol. 310. 311.

[3]) In festo SS. Corp. Cristi, cum venerabile Sacramentum in solenni processione per urbem portaretur, studiosus quidam e scholis PP. S. I. adolescentes Lutheranos ad nudanda capita, juxta nonnullorum relationem, etiam ad genua flectenda, compellere volebat. Inde tumultus ortus est, ac plebs Lutherana, quae Jesuitas in hac civitate, quoad majorem partem acatholica, obliquis oculis adspiciebat, furibunda in Collegium S. I. irruit, ubi varias violentias ac rerum sacrarum profanationes exercuit. Crimen certe non exiguum fuit, at sententia contra reos in comitiis regni lata, justo severior fuisse merito existimatur. Duo scilicet consules civitatis, et novem tumultus coryphaei capitis damnati, ac die 7a Decemb. 1724 gladio percussi sunt, excepto Zernecke, consule ac civitatis propraeside, cui ad intercessionem Catholicorum et PPum S. I. supplicium remissum est. Insuper integrae civitati Thoruniensi, ut deinceps ordini publico melius provideret, mulcta 22.000 fpol. imposita. — Inde magna Catholicos inter ac Dissidentes exacerbatio secuta, eoque adhuc aucta fuit, quod Reges Acatholici ex hoc eventu ansam summerent, Dissidentium in Polonia patrocinium suscipiendi, atqua sub hoc praetextu negotiis regni sese ingerendi, quod successu temporis Reipublicae summe perniciosum evasit, imo et interitum ejus acceleravit.

Hoc ipso anno, quo Jubilaei indulgentiae in Polonia celebrabantur,[1]) Joannes Christoph. eppus Premisl. ad Varmiensem in Prussia eppatum transiit,[2]) ubi A. D. 1740 e vita migravit. Fuit sine dubio unus e praestantissimis hujatis cathedrae eppis,[3]) qui si longius in ea sedisset, gloriam Vencesl. Hier. Sierakowski adaequasset.

---

[1]) V. Act. Cap. Vol. X fol. 16.

[2]) Acta ejus eppalia finiuntur cum 3 Sept. 1724, et additur: Venerab. Capitulum Varmiense habita notitia de proxima ejus ad ecclam Varm. translatione, eum per suos ablegatos: L. B. de Schenk, Decanum, et Joseph. in Słupow Szembek, Cancum Var., Radimnae d. 15 Septemb. 1724 praesentes, ad maturandum adventum suum invitasse, qui obtentis bullis Aplicis Capitulo ac Dioecesi die 4 Octob. 1724 valedixit, ac Varsaviam discessit, inde ad Varm. ecclam profecturus. — In hac Sede non postremum obsequium patriae praestitit, rebus Curonicis post extinctam familiam Kettlerianam ordinatis, eo que ducatu in formam provinciae regni Pol. redacto. Neque prioris sponsae suae, ecclesiae Prem., oblivio eum cepit, siquidem anno 1726 ipsi pretiosum pluviale, auro et argento intextum, cum fibulis argentis Deauratis et lapillo ornatis, dono misit. (Acta Cap. vol. X fol. 199).

[3]) Continuator chronicae Archiconfrat. sacerd. Kros. ac Sanoc: ejus indolem his verbis delineat: „Fuit vir aequanimis, justus et pius, totusque ecclesiasticus, frequenter ecclesiastes (concionator), cleri amans, et decorem domus Dei diligens. Dioecesim visitavit solus plerisque in locis, ad alia suos Commissarios designavit, reservatis sibi aliquibus ecclesiis, quas postea ejus loco Rmus Piechowski, illius Suffraganeus complevit visitatione generali . . . Vir fuit sanctus, qualem decebat esse Pontificem. Janocki in excerptis litteraturae Pol. p. 69 de eo haec scripta reliquit: „Fuit decora facie, eximiaq „virtute ac praestanti facundia, multis praeditus litteris, im„primis rerum divinarum peritus. Ejus singularem in eccla „administranda solertiam tot pastoralia opuscula, ab eo in lu„cem prolata, abunde testantur, quorum index accuratus, a no„bis exhibitus est in Polonia litterata nostri tem„poris. p. 131. — Claros nomine sapientiae viros perdili„genter coluit. S. I. Presbyteros incredibili studio ac beni„gnitate complexus est, lectoq et ingenti librorum acervo Res„selientis Collegii bibliothecam ditavit.“ Idem auctor annotat: eum ab Augusto II aquilae albae insignibus fuisse deco-

DOCUMENTA AD EPPATUM ALEXANDRI ANT. FREDRO.

I 1726. 27 Febr. Erectio Capellaniae et hospitalis ad ecclam in Starawieś. Act. Epp.

II 1726. 30 Octob. Erectio Capellae div. providentiae in eccla Radenic. per Franc. de Pułazie Puławski, pocillator: R. P. bonor regal. Radenice possessorem fundatae. Ibid.

III 1727. 12 Aug. Erectio altaris S. Crucis in Colleg. Jarosl. fund. Sebast. Zawadzki. Canon. gratialis Prem. Curati Radimn. Ibid.

IV 1727. 11. Jul. Approbatio fundationis Sig. Działowski pro Votiv. de B. V. M. Dolor. in eccla cathedr. fer 4 absolv. Ibid.

V 1728. 25 Aug. Erectio Capellaniae in villa Wołkowya. Ibid.

---

ratum. Inter opera hujus Praesulis primum locum tenent ejus Conciones, quae 3 volum. in fol. comprehensae longe meliorem gustum praeseferunt, quam alia similia illius aevi opera. Pars 1 continet sermones sacros a 1711—1720 recitatos, cum esset eppus Chelmens., Pars II conciones ex epocha eppatus sui Premisl, P. III denique eas, quas qua Eppus Varm. dixit.— Qua Eppus Prem. Varsaviae 4 Febr. 1720 Fran. Joseph. Kraszkowski, Archidiaconum Gnes. in Eppum Dardanensem ac Suffrag. Gnesn, (in subsidium aegri Primatis et fratris sui Stanisl. Szembek), die vero 10 Aug. 1721 Michaël. Piechowski, Custodem Prem., suum quondam Mentorem, et tam in Chełmen. quam Prem eppatu fidelem adjutorem, in eppum Gratiopolitanum ac Suffrag. Premisl. consecravit.

VI 1729. 21 Febr. Erectio Scholasteriae in Collegiata Brzozov. cum incorp. beneficii in Mrzygłod. Ibid.

VII 1729. 16 Octob. Erectio paroch. in villa Winniki. Ibid.

VIII 1729. 16 Oct, Erectio altaris S. Joann B. in eccla par. Medenicensi. Ibid.

IX. 1730. 25 Aug. Erectio Decanatus in Colleg. Brzozov. fund. per Val. Gadomski, paroch. in Hoczew. Ibid.

X 1731. 15 Januar. Executio beneplaciti Aplici incorporationis beneficiorum Piotrawin. et Pawłow. deputatis tribunalitiis Capit. Cracov. Ibid.

XI 1733. 10 Jul. Incorporatio praepturae hospitalis Lubaczov. cum dot. super villa Załuże Missionariis Premislien. Ibid.

XII 1729. Romae 29 Martii. Privilegium Capituli basilicae Lateran, quo eccla cathedr. Premisl. dtae ecclae, omnium ecclarum per orbem matri, ad spatium 15 annorum incorporatur, omniumque ejus indulgentiar. particeps efficitur. Ibid.

XLV. ALEXANDER

ANTONIUS De PLEZSOWICE In PRZĘDZIEL

FREDRO

STEM. BOŃCZA

E. P.

1724 — 1734.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
August II † 1733.	Benedict. XIII 1724—1730 Clemens XII.	Theod. Potocki.

Archi-Epp. Leopol.

Joann. Skarbek. † 1733.

Familiam „Fredro“ antiquissimis regni Pol. accenset Niesiecki. Ipso teste primitus vocabatur „Mierzb“ mutatio vero vocabuli saec XIV subsecuta fuisse traditur, quum Dobeslaus Mierzb equitem Alemannicum, singulari certamine secum congressum ad tantas angustias redegisset, ut victas manus tendens adversario acclamaret: Frid her! Insigne familiae (Bończa) est rhinoceros a quo, cum Fredrones villae suae, prope castrum Czerwieńsk conditae, nomen Bończa indidissent, ipsi quoque Boniecii appellari coeperunt. Sequentibus saeculis gens haec in Russia late propagata est, virisque belli et pacis artibus claris conspicua fuit, e quibus peculiarem commemorationem meretur Andreas Maximil. Fredro, fundator monasterii

Kalvariae Pacławianae, historiae Henrici Valesii, et operis s. t. „Vir consilii“ auctor. Aliorum quoque Fredronum epitaphia teste Starowolski in eccla cath. Premisl. visebantur. Potocki vero in sua „Centuria“ de Fredronibus ita scribit: „Domus haec et primitus antiqui moris virtutisque cultrix, et nunc exactior imitatrix vix non censetur una.“

Alexander Antonius Fredro [1]) fuit filius Stanislai, Castellani Czerniechoviensis, et Catharinae Bełziecka, filiae Alexandri, Palatini Podoliae, Capitanei Bełzensis.

Ante infulas pontificales fuit Canonicus, postea Custos Gnesnen., ac iteratis vicibus ad regni tribunal deputatus. Plura quoq parochialia beneficia habuit, scil. in Gołąb et Międzyrzecz, porro praepturam in Collegiata Jaroslav., et praepositurum hospitalis Lubaczov. Insuper factus est Secretarius regni major.

A. D. 1719 nominatus est eppus Chełmensis, [2]) unde 1724 ad eppatum Premisl. [1]) ita progressus est, ut cum

[1]) Notitias de ipso vid. apud. P. Niesiecki in „korona polska,“ Rzepnicki Vit. Praeful. Pol.

[2]) Qua Eppus Chelm. ecclam cathedr. Crasnostaviae laterculis texit, turri ornavit, duobus calicibus alioq. divite apparatu instruxit. Officia pastoralia diligenter implebat, ecclas visitans, verbum divinum praedicans, peccatores ad viam poenitentiae et virtutis revocans (Nies.). — Miracula B. M. V. in eccla Sokal. FF. Min. S. Franc. de obs. examnavit, nec solum imaginem Deiparae, in hac eccla cultae, decreto suo Schierbieszov. 7 April. 1723 thaumaturgam declaravit, sed et apud Sed. Apl., ut ei coronationis honos exhiberetur, Supplex intervenit, cui intercessioni cum per Innocentium P. XIII. annutum fuisset, caeremoniam coronationis Joannes Skarbek. AEppus Leopol. die 8a Sept. 1724 in magno populi fidelis concursu adimplevit. Vid. libr. „Mocna straż korony Polskiéj „niezliczonemi przy cudownym obrazie Sokalskim Najśw. „Bogarodzicy Maryi w kościele Zakonu OO. S. Franc. ob„serwantów rozlicznych cudów łaskami uzbrojona, tryumfal„ną teyże krolowey Nieba i Ziemie koronacyę poprzedzająca „1724. 4o.

eo Praepturam Jaroslav., beneficium Mesirecense et praepturam hospitalis Lubaczov. retinuerit.

Non quidem doctrinae laude floruit, at effusissima in domum Dei liberalitate et munificentia omnes antecessores suos superavit.

Paulo post aditum pontificatus sui opus Nicolai Błażejowski, basilicam cath. Prem. vetustate squallentem, reformandam innovandamque suscepit,[2]) nullisque sumtibus parcens fabricam hanc integro pontificatus sui spatio con-

---

[1]) Obtenta a Benedicto XIII. translationis bulla — (dd. Roma 5. Calend. Octob. 1724) — die 14 Novemb. 1724 in persona Sigismundi Drohojowski, Decani cath. Prem. inthronizatus, anno seq. d. 2 Junii 1725 prima vice ecclam cathedr. accessit, et solitum juramentum juxta rotham, in Statutis contentam, coram Capitulo praestitit (Act. Cap. Vol. X. fol. 25 — 31, 57), qua occasione omnia privilegia et gratias, Capitulo a suis praedecessoribus concessas, aprobavit, cum jam antea Capitulo facultatem disponendi de relictis confratrum intestatorum, ac testamenta, a Capitularibus condita, confirmandi approbasset (ib. fol 38.

[2]) Basilica 1460 a Nicolao Błażejowski coepta et a successoribus ejus continuata fenestris nimis angustis provisa, ideoqe tenebricosa erat, columnae chori majoris nimia crassitie deformes, multum spatii implebant. Ipsa denique temporis longinquitas aedificium istud non parum atrivit, parietibus eorumque ornamentis fuliginem superinduxit. His incommodis occurrens eppus Fredro fenestras dilatavit, columnas veteres sustulit (qua occasione nonnulla monumenta a Starovolscio commemorata perierunt), novas vero, graciliores et placidioris formae, construxit, novam testudinem in navi ecclesiae aedificavit, chorum musicorum, in Presbyterio ad cornu Epłae positum, ad navem ecclae, supra majorem portam, transtulit, novoq. organo instruxit, Capellam Crucifixi ex opposito Capellae Ciborii — a fundamentis excitavit, altaria omnia renovavit, et tam illa, quam et parietes ecclesiae imaginibus ornavit, deniq. totam ecclesiam cuprcis laminis texit. Fabrica anno 1728 coepta fere usq. ad tempora V. Sierakowski (1742) continuabatur. V. Act. Cap. vol. X. ad an. 1728 fol. 805, 1730 fol. 1055.

tinuavit;[1]) neque fortuita novae testudinis ruina[2]) a proposito suo deterritus est, sed omnia quae casus ille conquassaverat, in pristinum statum restituit, absolutisque muris aedificium cuprea lamina contexit.[3]) Finem operis, morte praeventus, non vidit, sed impensas pro ejus consumatione reliquit,[4]) cum jam antea inventarium ecclesiae variis pretiosis donis locupletasset.

---

[1]) Vid. infra sub. not 8.

[2]) Casus hic 1732 ante Dom. Quadragesimae accidit. Lapsus fornicis non tantum columnam vixdum finitam prostravit, sed et testudinem cryptarum sub ecclа, sepulturis servientium, dejecit. Ea occasione tanquam rem mirabilem Acta Capituli referunt, quod cum alia sepulchra hac ruina conquassata fuissent, sepulchra familiae Fredrovianae non tantum minime laesa fuerint, sed et odorem suavissimum exhalaverint. Post tantam jacturam Eppus a coepto opere desistere nolens, at tantis expensis imparem se sentiens, cum Capitulo ad Augustum II R. Pol. et ad Sedem Aplicam recurrit, ut huic fabricae per assignationem proventuum alicujus abbatiae, imprimis Praepturae Miechov., eo tempore vacantis, quae olim eppatui Prem. fuit incorporata, et etiam sublata incorporatione a pluribus hujus Dioecesis Eppis possidebatur, subveniretur. (Acta Cap. 1732 fol 1102). — Frustra! Nam factio aulica tam pingue sacerdotium membris familiae suae praeripi non sivit. Non despondit tamen animum bonus Praesul, et intensis cucutis viribus collapsa Deo opitulante reaedificavit.

[3]) In tecto chori majoris sub deaurato Stemate Eppi (Bończa) annus 1729 expressus cernitur, in tecto vero Capellae ciborii ac in frontispicio ecclae visitur annus 1730. His ergo annis ea fabricae pars terminata est.

[4]) Vencesl. Sierakowski in relatione de statu ecclae cathedr. anno 1750 ad sedem Aplicam expedita ait: „Ecclam cathe„dralem Alexand. Fredro praedecessor meus in maxima „parte reaedificando, ad elegantiorem formam, tota sub„stantia fortunae suae, etiam propriis patri„monii sui bonis disvenditis ad hunc effectum, dispo„sita, — reducere incepit cujus praematuris anno 1734 suc„cedentibus fatis executores testamenti inchoatum opus „per aliquod annos continuando.... plane majestuose perfe„cerunt.“ Etiam Acta Cap. ex anno 1734 fol 1117 adnotant: cum pro decore et ornamento ecclae cathedr. testamento suo ingens peculium assignasse ac legasse.

Neque sola cathedr. eccla Prem. ejus largitatem experta est[1]); nam praeterea novas ecclesias in Radymno[2]), Jaśliska,[3]) Fulsztyn[4]) aedificavit, ecclae Jaroslav. Campo Marianae pro tecto cupreo 100 millia flor. pol.[5]), Collegtae Sandomir. pro fundatione Canci concionatoris 12 mill. fl. p.[6]) Conventui Minorit. Conventualium in Calvaria Pacła-

---

[1]) Anno 1727 varia vestimenta sacra ecclae cathedr. donavit (vid. Act Cap. vol. V fol. 802). Eodem anno (vid. fol. 600) testando affectum suum erga Capitulum, ac majori decori ecclesiae cathedr. providere cupiens, non tantum varias argenti species, usui prorsus nulli servientes, et in abjecto jacentes, proprio sumtu, ad eum, quem Capitulum voluerit, modum et formam Vratislaviae transformari se mandaturum declaravit, sed etiam in casu suorum in hoc eppatu fatorum omnem supellectilem suam in argento et auro ecclae cathedrali applicaturum se promisit, quod ipsum etiam sub tempus visitationis generalis ecclae cathedralis in praesentia Capituli, ac ejusdem visitationis Secretarii recognovit. — Inventarium ex anno 1761 monstratorium ab eo pro ecclesia cathedr. comparatum his verbis commemorat: „Monstrancya szczerozłota, kamieniami „rożnemi kameryzowana kosztem Illmi olim Fredro Eppi „sprawiona“ cujus in inventario de anno 1786 talis extat descriptio: „Monstratorium e puro auro, pretiosis lapidibus ad„ornatum, in quo reperiuntur adamantes variae magnitudinis „numero 393, sapphiri numero 18, inter quos 9 insignis ma„gnitudinis, unus vero praecipuae et rarae magnitudinis, car„chedonii (Granatstein) numero 13, carbunculi virides (Sma„ragdi) nro 12, carbunculi rubri (rubini) nro 19. Pretium „9000 floren. Hoc ostensorium sub finem saec 18vi fisco caes. regio pro impensis belli cum Republica Gallicana extradi debuit.

[2]) Vid. Kocieński in panegyrico funebrali, ac visitatio Sierakov. structuram ecclae Radymn. de cocto latere. Sebastiano Zawadzki, Canco honor. et Parocho loci, tum vero post fata ejus Francisco Gożliński adscribit. Putaverim ergo Fredroni nonnisi structuram tecti laminei super hac eccla in aceeptis referendam esse.

[3]) V. Idem Kocieński, et epitaphium Eppi in Capella Crucifixi.

[4]) V. Idem Kocieński. Videtur tunc oppidum Fulsztyn ad bona eppi patrimonialia spectasse.

[5]) V. Niesiecki et epitaph.

[6]) V. Niesiecki.

viana 30 mill. fl. p. pro dotis augmento donavit.[1]) Collegiatae Jaroslav., quam vivus argentea supellectile, pretiosis missalibus, altari B. M. V. Częstochov., et statua lapidea Sti Joann. Nepomuceni decoravit, pro ulteriori exornatione 6 mill. flor. pol. legavit.[2]) Pro restauratione ecclae Lubaczow. 500 fp. contribuit.[3]) In villa eppali Starawieś primum Capellaniam penes ejatem ecclam B. M. V. una cum hospitali erexit,[4]) mox vero aedificato loco anterioris ligneae ecclae magnifico templo penes illud Conventum eremitarum S. Pauli fundavit.[5]) In oppido Radymno novam curiam struxit, quam aeque ac Brzozoviensem eleganti pictura ornavit.[6]) Catechismum Roman., polonico idiomate editum, cunctis ecclesiis paroch. gratis distribuit.[7])

Quis vero opera charitatis et misericordiae ab eo exercita, secretas eleemosynas, dotes egenis puellis numeratas, subsidia nosocomiis et xenodochiis praestita, aliaque innumera benefacta, quae post ejus obitum miserabilium personarum singultus et lacrymae mundo patefecerunt, recensere et meritis encomiis celebrare valeat.[8])

His omnibus ut sufficere posset, non tantum proventus eppatus et sacerdotiorum, quae tenebat, sed et bona

---

[1]) V. Niesiecki et epitah.
[2]) V. Nies. et Visit. Sierak. Collegtae Jarosl.
[3]) V. Niesiecki.
[4]) Vid. docum. s. nro I.
[5]) Vid. Act. Cap. ex anno 1731 fol. 1065 ex 1070. Ad hoc monasterium in hujus fundationem teste Niesiecki plus quam 100,000 fl. p. expendit coloniam eremitar. S. Pauli primi eremitae e claro monte Częstochov. adduxit.
[6]) MS. vit. eppos. Prem.
[7]) Ibid. — Videtur fuisse nova editio Catechismi Concil. Trid. anno 1568 per Cancum Cracov. Valent. Kuczborski in linguam vernaculam translati.
[8]) Rzepnicki in vit. Praesul. Pol.

proprii patrimonii hilari animo Christo consecravit, pro his temporariis et caducis meliorem et stabilem in coelis haereditatem quaerens.[1])

Sed veniamus ad alios eppatus ejus actus.

In villa Winniki novam parochiam,[2]) in Wołkowya Capellaniam,[3]) in Collegta Jarosl. altariam S. Crucis,[4]) in Brzozov. Scholasteriae[5]) et Decanatus[6]) dignitatem, in eccla Radenicensi capellam divinae providentiae[7]) in Medenicensi altariam S. Joannis B.,[8]) in Krzemienicensi praebendam consolationis B. M. V.[9]) erexit.

Seminario Dioecesano praepturam hospitalis Lubaczov. cum villa Załuże incorporavit.[10])

---

[1]) Cf. supr. not. 8. Bona patrimonialia Przędziel cum attinentiis Ordinatis Comitib. Zamoysciis vendidit.
[2]) Vid. docum. nro. VII.
[3]) V. doc. nro. V.
[4]) Act. Epp. s. 12. Aug. 1727 (inter doc. nro. III.)
[5]) V. doc. nr. VI.
[6]) V. d. nr. IX.
[7]) V. d. nr. II.
[8]) V. d. nr. VIII.
[9]) Act. Epp. s. 27 April. 1733.
[10]) V. d. nr. XII. — Ab ingressu suo ad hanc cathedram in Seminario Prem. praeter numerum alumnorum, prima fundatione definitum (vid. s. Zbąski) quotannis 12 clericos proprio sumtu alebat. Volens autem fundationem Seminarii modo stabili augere, praepturam hospitalis Lubaczov., cujus dotem constituebat villa Załuże, hucusq. vi canonicae institutionis a se possessam, resignavit, et una cum patronatu, jure gentilitio ad se devoluto, domui Premisl. congr. missionis ea lege incorporavit: ut Missionarii in Seminario Premisl. ultra numerum, primaria fundatione determinatum, adhuc 10 alumnos, per Capitulum eligendos, sustentarent, et unum Presbyterum de gremio suo pro functionibus Praepti hospitalis Lubaczov. adimplendis Eppo praesentarent. Serius attenta proventus insufficientia numerum alumnorum e fructib. villae Załuże sustentandorum ad 8 reduxit (Act. Epp. sub 5 Febr. 1734).

Ecclae cathedralis unionem cum basilica Lateranen. cum participatione indulgentiarum ejusdem impetravit. [1]) Fundationem Sigism. Działowski, Canci, pro Votiva de septem dolorib. B. M. V. quavis fer 4 in eccla cathedr. absolvenda, confirmavit. [2]) Ecclas Decanatus Jarosl., Leżaysc., Ressov., Krosnen., [3]) Premisl., Mosciscensis [4]) per delegatos visitavit, cumq ipsemet, aegritudine impeditus, ad visitanda limina Aplorum proficisci non posset hoc quoq officium per delegatum adimplevit. [5]) Beneficia in Piotrawin et Pawłow in dioecesi Cracov. ad mensam Capituli Cracov. pro pensione deputatorum ad regni tribunal tanquam Sedis Aplicae Commissarius incorporavit. [6])

Ejus temporibus antiquae ordinis equestris cum clero contentiones renovatae, et utrinq magna animositate agitatae sunt. [7]) Dissidentes quoque in summa rerum dome-

[1]) Vid. docum. nro XII. Privilegium hujusce unionis tantum pro 15 annis valebat, hinc V. Sierakowski illud 1744 renovari procuravit. — Ultima vice prorogatum est pro 15 annis die 21 Aprilis 1770 sub eppatu Jos. Kierski. Anno 1785 sub eppatu Venc. Betański non prolongabatur, quia Josephus II. Imp. sine licentia regiminis politici Romam pro indulgentiis recurrere prohibuit, licentia vero hujusmodi aegre concedebatur.

[2]) Vid. docum. nr. IV.

[3]) Has ecclas ejus auctoritate 1727 Andreas Pruski, Archidiac. cathedr. visitavit. Vid. libr. vis. in Act. Consistorii.

[4]) Has ecclas Jacob. Arakiełowicz S. T. D. Cancus Prem. ejus jussu visitavit. Vid. libr. vis. in Consist. — Ecclam cathedr. ipse Eppus visitavit et liber vis. deest.

[5]) Vid. Act. Epp. s. 17 Decemb. 1728, ubi Eppus ad visitanda limina Aplorum sui loco Plenipotentem constituit A. R. Patrem Alexand. Salarolli, Clericum regular. Congr. Theatinorum.

[6]) Vid. doc. nr. *X*.

[7]) Cfer. dicta sub eppatu Henrici Firley. — Acta Cap. 1728 fol. 903 haec continent: „Cum status saecularis in libertatem „et imunitatem eccles. toto conatu assurgat ad evincendum, „ut causae decimarum et censuum nonnisi in judiciis saecularibus agitentur, censusq. a sumis capitalibus, quas illi— „(saeculares) — in parato, plerumq. pro exoneratione bonor. „suorum, et in pretium eorudem (bonor.) multo studio ab

sticarum perturbatione aularum extranearum patrocinio freti veteres querimonias et praetensiones suas audacius resuscitarunt. [1])

A. D. 1728 beatificatio S. Stanislai Kostka Premisliae celebrabatur. [2])

A. D. 1733 Augustus II. rex diem obiit supremum; cui per electionem ordinum regni successit filius Augu-

---

„ecclesiasticis conquisiverunt, nonnisi secundum eorum arbi-„trium, et non in tali, quae per constitutiones aplicas et regni „ordinata est, quota persolvantur..... ideo decernit: ut a Ca-„pitulo hocce ad confoederata Capitula scil. Gnesnense Leo-„pol., Luceorien. et Camenecense recursus litteralis dirigatur, „quatenus in hoc discrimine immunitatis eccles. rem sibi „communem unanimi prosequi velint auxilio ac remedio. — „Novi pugiles pro juribus esiastici status ture prodierunt: *a)* P. Ignatius Głowacki S. J. in opere: „Gladius evagina-„tus pro defensione immunitatis ecclesiae. Calissii 1725, 4o. „*b)* A, Kostrowski, I. U. D.“ Clypeus cleri Poloni contra te-„lafori saecularis efformatus. Varsav. 1728, 4o. — Compositio „horum dissidiorum saepius attamen usq. ad finem regni Poloniae semper sine effectu tentata fuit. V. Skrzetuski, pra-wo polityczne narodu pol. tom. II. p. 32.

[1]) Anno D. 1731. Ablegati regis M. Britanniae regi Poloniae memoriale tradiderunt, quo, recensitis Dissidentium gravaminibus, eorum coaequatio cum Catholicis postulabatur. Id occasionem dedit Josepho Załuski, tunc Referendario regni (postea Eppo Kijov.) edendi opus s. t. „Dwa miecze katoli-„ckiey w krolestwie ortodoxcyskiem odsieczy przeciwko na-„tarczywym Panow Dyssydentow Polskich zamachom, jeden „defensive, drugi offensive się mający w Warszawie 1731 4o.“ Liber eruditus, quo auctor, si non omnem intolerantiae labem a Catholicis Poloniae removet, saltem luce clarius ostendit, alia regna, et praesertim regnum Mag. Britanniae in hoc puncto Poloniam intolerantiae accusare minime posse, quin se suomet judicio condemnent. — Tempore interregni Dissidentes rebus suis non defuerunt, atque a novo rege Augusto III. obtinuerunt, ut in pactis conventis antecessorum suorum exemplo eorum paci et securitati prospecturum se sponderet. Vid. Pacta conventa Augusti III R. P. Commentario illustrata a Godofredo Lengnich, Lipsiae 1736 fol. §. IV. pag. 8—13.

[2]) Vid. Act. Cap. 1728. fol. 905.

stus III, Saxoniae elector. Interregni tempore, Russorum exercitus, qui ad fulciendam ejus electionem, Russiae rubrae provinciam occupaverat, bonis eppatus et Capituli perquam molestus fuit.[1])

A. D. 1734 Alexander Eppus Radimnae extinctus, et in Capella crucifixi ecclae cathedr. sepultus est.[2])

[1]) V. Acta Cap. ex an. 1734 fol. 1119 et ex anno 1735 fol. 1131. Copiae Russiae Poloniam intrarant, ut defuncti regis filio tempore electionis contra partes Stanislai Leszczyński, qui hac occasione denuo ad coronam adspirabat, opem ferrent. En liberam electionem et auream libertatem, crepantibus buccis praedicatam!

[2]) Funus defuncti Praesulis, — cui praeter Hieron. Ustrzycki, Eppum Prem. graec. unitum, interfuerunt: Samuel Głowiński, eppus Hebron. Suffragan., Custos et Sede AEppali vac. Administrator Leopol., et Joseph. Czarnecki, Eppus Domitiopolitanus, Suffrag. et Cantor Kijoviensis, — in ecclesia cathedr. diebus 24ta, 25ta et 26ta Maji celebrabatur. Sermonem funebralem dixit: Josephus Ignatius de Rogala Kocieński, Canus Premisl. et Camenec., qui sub titulo: „Nieśmier„telna chwała w doskonałem życiu i nadludzkich prawie „dziełach J. W. nayprzewielebnieyszego J. X. Alexandra „Antoniego z Przędzela i Pleszowic Fredra, z B. i A. St. „łaski Biskupa Przemyskiego, wiecznie ufundowana w Lu„blinie typ. Colleg. S. J. 1734. fol. Capitulum ad exhibendam gratam mentem pro tantis beneficiis, ecclesiae cathedrali collatis, adhuc stante hujus Praesulis vita decreverat: ut post sera ipsius fata in utroque generali Capitulo anniversarium 3 Nocturnorum cum missa cantata, et quidem ante omnia alia anniversaria, pro anima ejus perpetuis temporibus absolveretur. Vid. Act. Cap. 1730 vol. X. fol. 1038. Chroniconi Confratt. sacerd. Kros. et Sanoc. eum 23 Aprilis 1734 Radmnae (in ipsis Paschae solemniis) supremum diem obiisse testatur, cum antea aliquot septimanis eger decubuisset. At juxta epitaphium dies 26 Aprilis ipsi fuit fatalis. In ecclesia cathedr. juxta dictum fontem primum sub majori altari sepultus, deinde ad Capellam suam S. Crucis, ubi epitaphium ejus cum altari marmoreo cernitur, translatus est. Fuit ut dictum Chronicum addit, vere secundum nomen suum Alexander magnanimus, solitarius ob suas affectiones (infirmitates crebras intelligit), in dictione alter Cato, in scriptura compendiosissimus, in liberalitate profusissimus, et cui dedit, plena manu contulit."

Epitaphium in Capella
Crucifixi ecclae cathed. Prem.

D. O. M.

Siste gradum viator. Illmi excellmi ac revermi D. Alexandri *de Pleszowice in Przędziel* Fredro, *Secretario primo regni, tum Chełm. post Premisl. Eppi venerare cineres. Eum fatale hic condit marmor, qui omnibus ad vota vixit. Tam liberales patrii unicornis in templa et aras fudit cornucopias, ut omnem fortunae suae gazam, tantum non animam effuderit. Ubi collapsa nuper Prem. cathedrae rudera ad similem Deorum pantheo erexit majestatem. Jaroslaviae sacratam thaumaturgae B. Mariae V. aedem divite decoravit aere. Calvariae S. Francisci montes XXX. locupletavit millibus. Jaslisciis dicatam numini parochialem aedem in murum conscendere fecit, prout in Starawieś novus fundator porrectas in astra turres lapide angulari firmavit, ut sic in coelo et in terra poneret fundamenta. Dignus, cujus tot Divorum prominent Sanctuaria, ne fatali unquam premeretur saxo, Pressit tamen coecum numen XXVI April., aetatis suae anno LX, sed non oppresit. Quem victor de morte Christus fer 2 Paschatis ad vitam extulit aeternam. Ecce, inquit, locus, et apud me stabis supra petram. — Tu viator lauda habitatores petrae, et bene viventi sic mortuo coelestem precare requiem.*

XLVI. VALENTINUS

ALEXAND. CZAPSKI,

STEM. LELIWA,

E. P.

1737 — 1742.

Contemporanei:

Rex. Pol.	R. Ponfic.	Prim. R. P.
Augustus III.	Clemens XII. † 1740. Benedict. XIV.	Theodr. Potocki † 1738. Christoph. Szembek.

Archi, Epp. Leop.

Nicolaus Wyżycki.

Post obitum Alexandri Fredro (1734) episcopatus Premisl., Friderico Augusto, Saxoniae electore, et Stanislao Leszczyński [1]) de Poloniae sceptro concertantibus, biennio vacavit. Quum vero electio prioris sub nomine Augusti III praevaluisset, ab illo Valent. Czapski Eppus Prem. nominatus est. [2])

[1]) Stanislaus Leszczyński pro infula Prem. destinabat Martin. Załuski, Suffragan. Vladislav. At ipso succumbente etiam Candidatus ejus succubuit. (Łęt. in Catal. Can. Crac.

[2]) Si Felici Bętkowski in hist. litt. pol. fides est Augustus III. eppatum Prem. primum obtulit Stanisl. Konarski, sacerdoti scholar. piar. viro de reformatione studiorum in patria

Gens Czapscia testante Niesiecki in Prussia circa Stargardiam possessiones habuit. Valentinus Antonius filius erat Alexandri Czapski et Barbarae Białochowska.

Ante eppatum fuit Scholasticus Posnan., Praeptus Dubiecens., Swiecen., Zbąszyn., pluribus vicibus ad regni tribunal deputatus, Coadjutor primum, tum actualis Abbas comendatarius monasterii Pelplinen. (ord. Cisters.) in dioecesi Culmensi. Ad eppatum Prem. promotus est regia nominatione A. D. 1736. [1])

Quoniam e tempore eppatus ejus nulla in Consistorio Acta supersunt,[2]) ideo parum, idq solum ex capituli et aliorum epporum actis, de rebus ab eo gestis constat. Quantum ex his colligitur, Czapscius Dioecesin tum personaliter[3]) tum per delegatos visitavit,[4]) ecclesiam in Błażowa[5]) et Capellam in arce Ressov. consecravit, cujus praebendario (capellano) quoad personas in arce habitantes, jura parochi concessit,[6]) ecclam in Medyka, temporum injuria multum

---

optime merito, et operibus suis orbi litterario bene noto, ut eum a partibus Stanislai Leszczyński retraheret. At ille non solum eppatu carere, sed et in voluntarium exilium (in Lotharingiam) migrare maluit, quam Lescinium deserere, qui utique propter ingenium, et virtutes suas tanto amore dignissimus erat.

[1]) Anno 1736 in Vig. Assumpt. B. M. V. a Capitulo de more postulatus fuit; at consecratio et inthronizatio ejus in ann. sec cadit; nam acta Cap. ex anno 1737 meminerunt electionis trium deputatorum ad assistentiam Illmo Rmo Val. Czapski pro consecratione sua Radomiam venturo.

[2]) Adsunt tamen nonnullae ejus eplae in variis negotiis ad Capitulum scriptae.

[3]) Ex harum numero fuit eccla paroch. Reszov. (Vis. Sierak.).

[4]) Adest in Consistorio MS. sub tit: „Acta visitationis decana„tuum Jaroslav., Leżaysc., et Mosciscen. per Stanisl. Wy„kowski, Canon. Prem. auctoritate Jll. Rev. Valent. Czapski „E. P. factae.

[5]) Vis. Sierak. huj. ecclae.

[6]) V. Sierak. in Visit. eccl. Reszov.

lesiam, a ruina salvavit,[1]) in collegiata Brzozov. patrono suo, s. Valentino altare posuit,[2]) in eccla paroch. Hussakoviensi altariam SS. Trinit. erexit,[3]) confraternitati bonae mortis sub tit. S. Barbarae ad ecclesiam par. in Golcowa existenti, agrum Sojowka applicuit,[4]) Collegium Mansionarior. in Krosno, ob dotis insufficientiam, e sexi ad quinque personas reduxit.[5]) Capitulum cathedrale magna benevolentia complectebatur, cui non solum advocatias in Radymno et Blizne incorporavit,[6]) sed etiam, dum eppatu cederet, in variis retentis Summam circ. 30 mill. flor. pol. pro Anniversario cessit.[7])

A. D. 1742 transiit ad Sedem Vladislav.,[8]) de qua benemeritus A. D. 1751 Gedani mortuus est.[9])

---

[1]) Nimirum Mansionariis ecclae cathedr. quibus beneficium in Medyka incorporatum erat, demandavit, ut proventus unius mansionariae, tunc vacantis, per 4 annos cum dimidio in fabricam hujus ecclae impenderent, quae hoc modo anno 1743 perfecte restaurata est. (V. Sier.).

[2]) Auctor MS. „vitae eppor. Pr. — " Abipso quoq S. Valent. M. in patronum dioecesis delectus fuisse videtur, nam in anterioribus actis cum hoc tit. nullibi accurrit.

[3]) [4]) [5]) Vis. Sierak.

[6]) Reperitur in Archivo Cap. originale ejus privilegium d. d. 15 Febr. 1740, quo has advocatias [salvo tamen jure possessorum, tunc existentium] mensae capituli incorporat. Sub eodem dato etiam consensum suum declaravit, ut Capitulum pro obtinenda confirmatione similium aliarum incorporationum, per antecessores suos eppos Prem. factarum, ad Sedem Aplicam recurrere posset. At Capitulum in eo negotio debitam diligentiam pretermisit, nec approbationem Sedis Aplicae expetere properavit, quo factum est, ut incorporatio advocatiarum in Radymno et Blizne per successorem Czapscii. Venc. Sierakowski rescissa sit.

[7]) Sic auctor MS. de vit. epp. Prem. Quia tamen ejus anniversarium nunquam absolvebatur, conjicere licet, Capitulo haec debita evincere non successisse.

[8]) Mirandum est, auctorem MS. de vit. epp. Pr., qui tamen sub Sierakowski, immediato Czapscii successore, scripsit, referre: eum ad eppatum Culmensem translatum fuisse. In quo

DOCUMENTA AD EPPATUM
VENC. HIER. SIERAKOWSKI.

I 1743. 8 Martii. Litterae executionis bullae Benedicti P. XIV dd. 4 Id. Januar. 1742, qua Decano Collegiatae Zamosc. praeter usum pontificalium a Clemente P. VIII concessum, etiam usus mozettae et mantoletti violacei coloris, porro Custodi, Scholastico et 12 Cano-

---

turpiter hallucinatur; nam *a*) Acta Capituli 1747 eum vocant eppum Vladislav. *b)* Superest ejus epla dd. 8 Jan. 1742, in qua subscriptus legitur eppus Prem., nominatus Vladisl. *c)* Niesiecki testis coevus (in suppl. ad t. 4) tradit, eum Adamo Grabowski in eppatu Vladisl. successisse. — Confundit ergo scriptor ille Val. Czapski aut cum Joan. Cas. Bokum, qui ex eppatu Prem. ad Culm. migravit, vel quod probabilius est, cum Francisco Czapski, abbate Pelplin. et postmodum eppo Culmensi, patruo ni fallor Valentini nostri, cujus ille in Abbatia Pelplin. coadjutor, et deinde successor fuit.

9) P. Rzepnicki in vit. praesulum Pol. refert, eum ecclae Vladisl. (in qua sepultus jacet) aureum calicem donasse, basilicam cathedr. aereis laminis texisse, in decorem ejus magnas Summas erogasse, ac in Capitulo anniversarium fundasse. — Continuator chronicae Archiconfrat. Sacerd. Kros, ac Sanoc., Czapscio, ut videtur coevus, hoc ipsum ornat encomio: „Vir „eximius et gementibus facilis (accessu), plebemq minimam „cum querela ad aures suas admittens, et reliquas virtutes „viri probi, tenacis verbi, justi et prudentis, pro sola dunta„xat justitia militantis, retinens. Pro quarum virtutum et ali„arum complemento seu coronide prae aliis concurrentibus „nominatus est in episcopatum Vladislaviensem seu Cujavien„sem A. D. 1740.

E nota 8 sub litt. b. consequi videtur auctorem hujus adnotationis quoad annum translationis falli, nam initio Januar. 1742 adhuc fuit „nominatus“ Vladisl. Ergo nominatio ejus ad hunc eppatum sub finem 1741 vel initium 1742 evenit.

nicis ejusd. Collegtae usus mozettae et mantoletti nigri coloris permittitur, — per Venceslaum E. P. qua Commissarium Aplicum. A. Epp.

*II 1743. 4 Cal. Aprilis. Benedictus P. XIV Platis et Canonicis ecclae cathedr. Premisl. concedit signum distinctivum i. e. crucem auream tetragonam, catenae aureae illigatam.

III 1743. 10 Maji. Confirmatio erectionis Capellae in arce Ressov., et juris parochialis pro Capellano. A. Ep.

IV 1743. 8 Novemb. Erectio ecclae paroch. in Nowosielce terrae Sanoc. A. E.

V 1743. 13 Nov. Erectio Cancatus Witosławskiani in eccla cathed. Prem. Ib.

VI 1743. 24 Septb. dd. Rychcice. — Capella in Skole ob notabilem ab eccla paroch. Stryjensi distantiam Carmelitis Drohobycensibus administranda committitur. Ib.

VII 1743. 2 Decemb. Eccla conventualis in Calvaria-Pacławska in parochialem erigitur. Ib.

VIII 1744. 7 Febr. Erectio praebendae hospitalis in Sokołow s. t. S. Spirit. et S. Sebast. M. Ib.

IX 1744. 14 Febr. Erectio Cancatus Dutkieviciani in Collegta Brzozov. Ib.

X 1744. 15 Maji. Erectio Cancatus Gozlińskiani in eccla cathedr. Prem. Ib.

XI 1745. 17 Febr. Erectio Capellae arcis Krasiczyn. in ecclam paroch. Ib.

XII 1745. 5 Maji. Erectio Praelaturae Cancellariatus ad ecclam cathedr. Premisl. Ib.

XIII 1745. 11 Jul. Erectio promotoriae SS. Rosarii B. M. V. in Sokołow. Ib.

XIV 1745. Brzozov. 1 Junii. Venceslaus E. P. cedit Capitulo suo villam eppalem Lubatowa in compensam pro advocatiis in Domaradz et Przysietnica A. E. et A Cap.

XV 1747. 30 Januar. Resuscitatio contra jus supressi Cancatus Drohojov. in eccla cathedr. Prem. A. Ep.

XVI 1747. 23 Junii. Imago B. M. V. in eccla paroch. Hyżnensi declaratur gratiosa. A Ep.

XVII 1747. 23 Jun. Statua B. M. Vir. in eccla convent. Ressov. ord. S. Franc. declaratur gratiosa A. Ep.

XVIII 1747. 5 Jul. Eccla in Polana erigitur in parochialem. A. Ep.

XIX 1747. 5 Jul. Innovatio erectionis ecclae paroch. in Winniki. Ib.

XX 1747. 22 Aug. Erectio promotoriae Confratr. SS. Trinitt. in Hussakow. Ib.

XXI 1747. 6 Nov. Incorporatio praebendae imac. Concept BMV. in Hussow doti paroch. ecclae Hussov. Ib.

XXII 1748. 13 Maji. Erectio Capellae in Bukowsko in ecclam paroch. Ib.

XXIII 1748. 1 Jul. Eccla convent. FF. Praedicator. in Cieszanow erigitur in parochialem A. Ep.

XXIV 1749. Rom. 13 Kal. April. Benedictus P. XIV. Canonicos novae fundationis ad ecclam cathed. Prem. ad participationem distributionum ex antiquis fundationibus manantium, admittit, beneficior in Radymno et Kusienice incorporationem ad mensam Capituli approbat, modum primitivum administrandi beneficia Ca-

pitulo unita per vicarios perpetuos instaurat. Lib. Vis. eccl. cathedr.

XXV 1749. 2 Jun. Erectio ecclae paroch. in Uherce A. Epp.

XXVI 1749. Radłow 7 Sept. Andreas Stanisl. Kostka Załuski, Eppus Cracov. cum assensu Capituli sui ecclam paroch. in Jasliska ob nimiam a Consistoriis Cracov. et Biecen. distantiam pro majori cleri et populi commoditate jurisdictioni eppi Prem. committit. A. Epp.

XXVII 1750. 8 April. Erectio Canonicatus Poenitentiarii ad eccl. cath. Prem. A. Epp.

XXVIII 1750. 29 April. Erectio Capellaniae in Zagorze in ecclam paroch. Ib.

XXIX 1751. 24 Mart. Erectio Archidiaconatus in Collegiata Brzozov. A. Epp.

XXX 1751. 24 M. item erect. Archid. in Colleg. Jaroslav. Ib.

XXXI 1752. 10 April. Erectio 2 Cancatuum fund. Michalscianae in Collegt Jarosl. Ib.

XXXII 10 Apr. Erectio Cancat. Zabłockiani in Collegt. Brzoz. Ib.

XXXIII 10 April. Prebenda altaris S. Annae confratt. sacerd. transformatur in Cancatum Collegt. Brzozow. Ib.

XXXIV 1753. 10 Maji. Erectio Cancatus S. Crucis in collegta Jarosl. Ib.

XXXV 10 Maj. item erectio praebendae canonical. Sti Stephani in Collegt. Jarosl. Ib.

XXXVI 10 Maj. Erectio Capellae in Więżownica cum affiliatione ad Collegt. Jarosl. Ib.

XXXVII 1754. 1 Jul. Erectio ecclae paroch. in Łukawiec. Ib.

XXXVIII 1755. 21 April. Admissio fundationis monasterii PP. Capucinor in Krosno. Ib.

XXXIX 1756. 7 Jul. Admissio executionis litterar. Aplicar Benedicti P. XIV in forma brevis dd. Rom. 23 Aug. 1755 emanatarum, quibus conceditur: ut ad restaurandas aedes Academiae Zamoscen. fructus vacantium beneficiorum in dioeces. Cracov., Premisl. et Chełmen., Patronatui Antonii Thomae Ordinati Comit. Zamoyski subjacentium per 15 annos a tempore vacantiae, salvo consensu Ordinarior. impendi queant. A. Epp.

XL 6 Sept. Eccles. paroch. in Przysietnica Vicariis Colegtae Brzozow. incorporatur. Ib.

XLI 1759. 23 Jan. Beneficium paroch. in Zarszyn Collegio S. J. in Krosno incorporatur. Ib.

XLII 16 Martii. S. Dismas (bonus latro) ex concessione S. Congr. rit. dd. 3 Jan. 1759 in patronum minus principal. Dioec. Prem. et festum ejus Dom. infr. Octav. Ascens. ritu duplcicum Offo et Missa propr. celebrandum statuitur. Ib.

XLIII 1759. 30 Mart. Erectio Cancatus Nawrotowskiani in Collegt. Brzozov. A. Ep.

XLIV 14 Novembr. Erectio studii theologiae speculativae et bibliothecae publ. in Collegio S. J. Premisl. A. Epp.

XLV 1760. 5. Mart. Praebenda praepturae Confratt. sacerd. district. Sanoc., Krosn. et Brzoz. Commendario ecclae paroch. Krosn. incorporatur. Ibid.

XLVI 17 Martii. Erectio Mansionar. ad ecclam in

Sokołow, quae sub uno in praeposituralem elevatur. Ib.

XLVII 1760. 12 Maji. Fundatio eppi pro sacerdotibus senectute confectis, aut alias debilibus ad hospitale S. Rochi Premisliae. Ib.

XLVIII 4 Jul. Erectio Cancellariatus pro Collegta Jarosl. cum incorporatione beneficii paroch. in Markowa. Ib.

XLIX 28 Jul. Statua alabastrina B. M. V. in eccla convent. FF. Praed. Premisliae declaratur miraculosa. Ib.

L 4 Aug. Fundatio et erect'o domus sacerd. Congr. Miss. cum Seminario clericor Brzozoviae, item domus puellar charitatis ibidem. Act. Epp.

LI 18 April. Fundatio et erectio hospitii Capucinor in monte Bliznensi. Ib.

LII 27 Aug. Incorporatio Capellaniae curatae in Więzownica ad mensam Colegii Vicar. Jaroslav. Ib.

LIII 1 Sept. Nova dispositio et ordinatio confraternitt. presbyteral. per dioecesi. Prem. Ib.

LIV* Rom. prid. Non. Decemb. Privilegium Henrici, tit. S. Mariae trans Tiber S. R. E. Presbyt. Card., Ducis Eborac., AEppi Corinth. SS. basilicae principis Aplor de urbe Archipresbyteri, nec non Cancor ejusd. SS. basilicae pro coronatione statuae alabastrinae B. V. Mariae in eccla Prem. FF. Praedicatorum.

XLVII. VENCESLAUS
HIERONYMUS De BOGUSŁAWICE
SIERAKOWSKI,

STEMM. OGOŃCZYK

E. P.

1742—1760.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
August. III.	Benedict. XIV † 1758.	Christoph Szembek † 1747.
	Clemens XIII.	Adam Komorowski † 1758.
		Vladisl. Łubieński.

Archi. Epp. Leop.

Nicol. Wyżycki † 1757.
Nicol. Dembowski † 1757.
Vladisl. Łubieński (1758 Gnesn. transl.)

Sierakovii, Palatinatus olim Lanciciensis indigenae, a villa Bogusławice, (quam Vencsl. Sierakowski ducta 1510 uxore Tarnovia, vexilliferi Brestensis in Cujavia filia, in hac terra dotis nomine acquisiverat), epitheton assumserunt.

Vencesl. Hieronymus Sierakowski, [1]) Joannis Dapiferi Zakroczymensis et Mariae Ruszkowska filius, ad eppatum Premisl his veluti gradibus pervenit:

Prima Studia in Gymnasio Nowodworsciano Cracoviae absolvit, dehinc in Seminario Łoviciensi alumnorum numero adscriptus, theologiae sedulam operam navavit. Uberioris eruditionis gratia Romam profectus, in Archigymnasio Romanae Sapientiae doctoris in jure utroq gradum obtinuit.[2])

A. D. 1725 a Benedicto P. XIII Canonicatum in eccla cathedr. Cracov. accepit, et 1726 a Feliciano Szaniawski Eppo Cracov ad ordines sacros promotus est. Pergrata fuit huic praesuli juvenis Canonici applicatio ex dexteritas, quare Auditorem curiae suae ipsum constituit, Capitulum vo cathedr. eum deputatum ad supremum tribunal regni elegit. Ad haec munia accessit custodis corona regni dignitas, qua 1732 ornatus, cum post fata Augusti II duo Candidati de corona Poloniae disceptarent (nimir. Augustus defuncti regis filius, Saxoniae elector, et Stanislaus Leszczyński), non modicas difficultutes et pericula experiebatur, Deo tamen favente omnes scopulos feliciter praetervectus est.

Praeter canonicatum Cracov. fuit etiam Canonicus Collegiatarum Kielecen. et Sandomir., ab anno vo 1735 etiam Praeptus Collegiatae Jaroslav., quam praepturam usq ad vitae exitum Roma dispensante retinuit. Praedictus eppus Cracov. Felician. Szaniawski tantam in eo collocabat fiduciam, ut ipsum testamenti sui executorem constituerit.

---

[1]) Notitias de eo vide apud Łętowski in Catal. Canon. Cracov., item appendicem ephemeridum polon. Leop. ex anno 1858, auctore Mauritio Com. Dzieduszycki.

[2]) Adalb. Szylarski in Epla dedicatoria bullarii Benedicti XIV eum ita compellat: „Te olim Roma juris canonici controver„sias mira facilitate solventem audivit, et admirata ingenium „doctorali laurea emeritum insignivit.“

Non multo post obtentam praepturam Jaroslav. factus est Eppus Cestriensis in part. inf., et Coadjutor Eppi Livoniae, Constantini Moszyński, cui defuncto 1737 in hac sede successit. Inde 1739 transiit ad eppatum Camenecensem, [1]) 1742 vero Valentino Czapski, ad sedem Vladisl. translato, in eppatu Premislien. succesor datus est.[2])

Per 18 annos hujatem dioecesim tanta sapientia, tantaq sollicitudine pastorali rexit, tantum decoris sponsae suae adjecit, ut in hac parte omnibus antecessoribus suis palmam praeripuisse citra cujusquam injuriam dici possit.

E numerosis pontificatus ejus actibus hos tanquam majoris momenti commemorasse suffecerit:

Ecclam cathedralem finita ejus renovatione — (quam Fredro inchoaverat et Czapski continuaverat) — sub antiquo tit. S. Joannis Bapt. consecravit, [3]) et privilegium unionis ejus cum basilica Lateranensi instaurari procuravit. [4]) B. Dismam (bonum latronem) dioecesi in patronum

---

[1]) Ex hac periodo vitae ejus descendit liber s. t. V. H. Sierakowski. Eppi Camenecen., nominati Prem. edicta et ordinationes. Leopoli 1742 in 4° impressus.

[2]) Nominatus ab Augusto III R. P., confirmatus a Benedicto XIV, die 24 Sept. 1742 Eppatus possessionem adgressus est, atq. die 1a Octobr. 1742 jurisdictionem suam fundavit. Vid Acta Cons. ex anno cit.

[3]) Vid. libr. visit. ecclae cathedr., et relationem Eppi ad Sedem Aplic. de statu Dioecesis, ubi testatur hunc actum Solennem a se Dom IV post Pascha A. D. 1744 adimpletum fuisse. Extat quoq concio ejus, ea occasione habita s. t. „Kazanie w dzień aktu solenney konsekracyi kościoła katedr. „Przem. ritu solenni d. 3 Maja R. P. 1744 przez JW. JX. „Wacława Hier. Sierakowskiego B. P. odprawioney, przez „samego JW. Bpa konsekratora miane. Fol.“ sine indicio loci impressa. Altare majus ipsemet consecravit, reliqua altaria Andr. Pruski, Suffr. Prem., qui fabricam ecclae summa solicitudine direxerat.

[4]) Vid. libr. visit. eccl. cathedr. fol. 39.—

secundarium selegit. [1]) Capellam ciborii picturis udo illinitis (al fresco) exornavit. [2]) Sacristiam cathedralem vestimentis et lauta supellectile locupletavit. [3])

Anno 1751 magnum Jubilaeum a Benedicto XIV concessum publicavit, et cum Clero populoq suo devotissime absolvit. [4])

Capitulum cathedrale 4 novis canonicatibus, sc. Cancellariatu, [5]) Canonicatu Witosławskiano, [6]) Goźlinskiano, [7])

---

[1]) Patronus Dioecesis Prem. primarius est S. Valentinus M. [Cf. dict. sub Czapski]. Sierakowski annuente sub 31 Jan. 1759 S. rit. congreg. S. Dismam propatrono secundario elegit, cujus festum Dom. infr. Octav. ascens. Dni cum officio et missa propria ritu dupl. celebrari jussit. Vid. Act. Epp. s. 16 Mart 1759. [Sumar. doc. nr. XLII]. Insuper a S. Sede Aplica indultum majori altari omnium in Dioecesi ecclarum applicandum impetravit, vi cujus animae in purgatorio detentae sacrificio pro iis ibidem oblato a poenis eliberarentur. Vid Eplam dedicator. Academiae Zamoscen. operi: „Praxis Curiae Romanae forensis praemissam.

[2]) Vid. Inventar. ecclae cathed. ex anno 1761, ubi haec verba leguntur: „Kaplica SSmi Sacramenti . . . przed lat kilku „non paucis expensis Illmi Praesulis wymalowana."

[3]) Vid. Inventaria ex annis 1761, 1775, 1779.
In Inventario 1761 dicitur: „Accessit teraz (ad supellectilem „s.) circa valedictionem Illmi Praesulis moderni Leop. AE. „od niego ofiarowany kielich misterney roboty, wagi i wiel„kości, z pateną suto wyzłocony. Na kupie koronka odlewa„na w osoby aniołkow także odlewanych, z ktorych cztery „trzymają insignia męki pańskiey, jako to: młotek, kleszcze „i krzyż. In sede aniołkow 9, z ktorych 3 trzymają gąbkę, „włocznię i drabinkę." Hic calix etiamnum superest.

[4]) Acta epp. ex an. cit.

[5]) Vid. doc. nro XII. Fundator: Ignat Krzyżanowski, qui etiam primus fuit Cancellarius. Hujus Praelati erat, curam gerere Archivi ecclae cathedr.

[6]) V. doc. n. V. Fundator et primus Cancus hujus fundi: Michaël de Sielec Witosławski, Custos Jarosl., Praeptus in Dubiecko, postmodum etiam Suffrag. Prem.

[7]) V. doc. n. X. Fundator et primus Cancus: Franc. Gożliński, Praeptus Rossow. Cancus honor. Prem.

ac Poenitentiariatu [1]) adauxit. Canonicatum Drohojovianum contra canonum praescripta suppressum resuscitavit, [2]) porro tam novas has fundationes, quam beneficiorum in Radymno et Kusienice item praepositurae hospitalis in Radymno ad mensam capituli incorporationem Sedis Aplicae decreto confirmari impetravit. [3]) Aucto hunc in modum et sapientissime per Praesulem suum reformato Capitulo Benedictus P. XIV peculiare signum capitulare concessit, crucem auream tetragonam, ab una parte aquilam albam, insigne regni Poloniae, ab altera anaglypham imaginem S. Joannis B., ecclae cathedr. patroni, referentem, ex aurea catena super pectus deferendam. [4])

---

[1]) V. doc. nro XXVII. Joan. Cant. Sałacki, Cancus fundi Buszkowiczki, mulctam ob neglectum officium concionatorii ordinarii Sumam 12,000 fp. deposuit. Huic Sumae Epus de suo addidit 6000 fp., ac super Summa 18,000 fp. praebendam cancalem Poenitentarii cathedr. erexit.

[2]) De fundatione hujus Cancatus vide dicta sub eppatu G. A. Doenhoff. Postquam Sigism. Drohojowski primus Cancus hujus fundi ad Platuram Custodiae ascendit, Sumas pro fundatione canonicatus inscriptas consentiente familia sua et Capitulo retraxit, et ad alios pios usus destinavit. Hanc suppressionem praebendae, canonice erectae, Sierakowski 1747 invalidavit, ipsumq Cancatum Drohojovianum in integrum restituit. Vid. doc. nr. XV. Vid. qq. Acta Cap. sub anno 1751, et libr. Visit. ecclae cathedr. fol. 106.

[3]) V. doc. nr. XXIV. Taxas pro hac bulla Eppus in majori parte de suo persolvit. Vid. Eplam ejus dd. Brzozov. 20 Jun. 1750 ad Capitulum scriptam, ubi ait: „Taxa expedycyi prze„nosić miała 23,000 Złp., tandem magno motu, za wielką „Agenta mojego in Urbe pracą, et intervenientibus primis cu„riae Romanae viris, a osobliwie za usilną instancyą Kardy„nała Franc. Albaniego, stanęła redukcya mało co nad 11,000 „Złp. Ex humanitate et affectu erga sponsam meam et fra„tres przyjąłem na siebie zapłacenie majoris partis in quota „7000 Złp., tak że WWPanowie tylko 4000 Złp. contribuere „jesteście powinni.“

[4]) Vid. doc. nro II. Hoc documento concessit etiam Ptfx, ut Caplares Prem. cum dicta cruce in mortis articulo constituit

Premisliae novum palatium eppale de cocto latere aedificavit, [1]) curiam quoq Radimnensem aedificasse, Brzozoviensem autem novorum aedificiorum collateralium accessione ampliasse perhibetur. [2])

Proventus mensae eppalis bona ac circumspecta oeconomia auxit, advocatias Brzozov. ac Bliznens. a privatis possessoribus redemit, ac mensae eppali reunivit, [3]) villam Lubatowa Capitulo pro advocatiis in Domaradz ac Przysietnica cessit, [4]) cunctas possessiones eppatus per delegatos capitulares lustrari et accurate describi ordinavit. [5])

Sicut ecclesiae cathedralis, ita et Capitula Collegiatarum Brzozoviae [6]) ac Jaroslaviae [7]) auxit, et ut ipsis

---

benedictionem, et plenariam peccatorum suorum indulgentiam consequi possint. Solemnis investitura Capitularium his novis distinctoriis die S. Joannis B., patroni ecclae cathed. 1744 subsecuta est, qua occasione Joseph Kocieński, Cancus, Cath. sermonem habuit. Leopoli 1746 s. t. „Via Appia“ typis impressum.

[1]) Praenotationes in Consistorio extantes hanc fabricam ad ann. 1751 referunt. Mauritius Com. Dzieduszycki in append. ad ephem. Leop. not 1 cit. eam ad ann. 1754 reponit, quia in fronte aedificii sub symbolica imagine divinae providentiae insigne albae aquilae cernitur, quo Sierakowius hoc anno decoratus est. Fortasse fabrica hoc anno ad exitum perducta fuit.

[2]) Sic pariter perhibent variae praenotationes seriei epporum adjectae. Cum autem et Al. Fredro structura novae Curiae in Radymno adscribatur haec tempore intermedio incendio aut alio casu destructa fuerit oportet.

[3]) Vid. libr. Visit. ecclae cath. fol 48, et eplam Eppi dd. 3 Febr. 1750 ad Capitulum scriptam, quae in Archivo superest.

[4]) Vid. doc. nro XIV.

[5]) Libri harum lustrationum in Archivo eppali supersunt, eorumq testimonium, ubi de juribus ac proventibus quaestio est, magni ponderis habetur.

[6]) Ad Colleg. Brzozov. Archidiaconatum, porro Cancatus Dutkievicianum, Zabłockianum, Nawrotowscianum, et Cancatum S. Annae erexit. V. doc. nro IX. XXIX, XXXII, XXXIII, XLIII.

[7]) Ad Colleg. Jarosl. erexit: Archidiaconatum v. doc. nro XXX Cancellariatum v. doc. nro XLVIII duos Cancatus fun-

quoq certus decor esset, Praelatos et Canonicos utrobiq cum mantoletto rochetta uti permissit.[1]) Etiam Collegiata et Academia Zamoscensis eum ut peculiarem protectorem et Maecenatem suum coluerunt.[2])

Vicariis Jaroslav. Cappellaniam in Więzownica,[3]) nuper a se erectam, Brzozoviensibus beneficium parochiale in Przysietnica[4]) incorporavit.

Brzozoviae domum sacerdotum congr. missionis[5]) cum Seminario clericor, porro ibidem domum sororum chari-

---

dationis Michalscianae v. doc. nro XXXI, Cancatum S. Crucis doc. nro XXXIV, et S. Stephani doc. nro XXXV.

[1]) Lib. vis. Colleg. Jaroslav. — Cet. cfer dicta sub eppo Bokum.

[2]) A. D. 1743 executus est bullam Benedicti XIV dd. Rom. 4 Id. Januarii 1742, qua Decano Collegiatae Zamosc. usus mozettae et mantoletti viol. coloris, Custodi vero, Scholastico et 12 Cancis usus mozettae et mantoletti nigri coloris concesssus est (Vid Acta Epp. s. 8 Mart. 1743), 1756 admisit et in Dioecesi sua exequi concessit litteras Benedicti XIV s. 23 Aug. 1755 in forma Brevis emanatas, quibus permissum est, ut ad obtinendos sumtus pro instauratione aedificiorum Academiae Zamosc. fructus vacantium beneficiorum patronatus Thomae Ordinati Comitis Zamoyski per Spatium 15 annorum a tempore vacantiae computandorum, converti possint (vid. doc. nro XXXIX. Act. Epp. sub 7 Jul. 1750).

[3]) Vid. doc. m. XXXVI et LII.

[4]) Vid. doc. nro XL.

[5]) Vid. doc. nro L. Saluti animarum, praesertim pauperum ruricolarum in Submontanis regionib. Carpathicis, inter Ruthenos degentium, consulturus, item reformationi morum Cleri saecularis prospecturus, domum sacerdotum congr. missionis quos tamquam zelosos in vinea Domini operarios noverat, Brzozoviae erigere constituerat, et jam die 31 Maji 1745 cum Petro Hyacintho Sliwicki, dictae congregationis per Poloniam Visitatore conventionem inierat, per Joannem Couty, ejusd. Congr. Superiorem generalem dd. Parisiis ad S. Lazarum d. 12 Aug. 1745 approbatam. Vi hujus conventionis eppus Brzozoviae pro 8 Missionariis (6 Presbyteris et 2 laicis) residentiam lapideam ita construxit, ut per ambulacrum cum ecclia collegiata, in qua Capella seu oratorium usibus dictorum

tatis.[1]) Premisliae hospitale egenorum, senio aut infirmitate gravatorum sacerdotum,[2]) in Krosno Conventum Capucinorum,[3]) ejusdemq ordinis hospitium in monte villae eppalis Blizne[4]) erexit. Collegio Krosnensi S. J. beneficium parochiale in Zarszyn[5]) incorporavit, in Collegio Premisl. v. cathedram theologiae speculativae cum bibliotheca lecttssima a se donata. fundavit.[6]) Minoritis con-

missionarior adaptatum fuit, cohaereret. Dotem autem eorum constituebant 30.000 fp. super bonis Dydnia dolna et Krzywe, 30.000 fp. super Jabłonica ruska, 8.000 fp. super Wydrna, bonis Eppi propriis ac haereditariis, 10.000 fp. super Synagoga Judaeor. Opatoviensium. Pecunias has eppus partim vero e piis alior. legatis et derelictis intestatorum Sacerdotum collegit. Missionarii Brzozovienses in Seminario sibi concredito sex alumnos (pro quorum Sustentatione eppus eis beneficium sui patronatus in Dydnia incorporavit) biennio instituere, et ad curam animarum praeparare, aestivo tempore ad regiones montanas missionum causa excurrere, et cum sacerdotibus circumjectae regionis, aut e speciali mandato Eppi ad eos ablegandis, exercitia Spiritualia peragere tenebantur.

[1]) Vid. doc. praec. not. cit. Obligatio harum puellarum, sub inspectione superioris domus Brzozov. existentium, fuit cura infirmorum, et puellarum educatio. Dotis nomine Sierakowski ipsis praedium a famato Adalb. Radomski 2000 fpol. emtum, et Summam 3000 fp. sup. Dydnia et Krzywe locatam inscripsit.

[2]) Visitans Dioecesin multos reperiebat Presbyteros debiles et ita pauperes, ut in senectute sua nec locum haberent, ubi caput reclinare possent. Tales proprio sumtu Brzozoviae collocabat, et de mensa sua alebat. Serius vero penes hospitale Premisl. ad S. Rochum peculiarem pro hujusmodi Sacerdotibus fundationem fecit. et quidem pro victu et amictu eorum Summam 3.000 fp. super Boratyn ac 15.000 super bonis suis haereditariis Jabłonica ruska locatam, pro habitatione vo invalidorum et aliis commoditatibus Summam 5.000 fp. super Bachow et Babice inscriptam destinavit. Vid. docum. nro XLVII cit.

[3]) Vid. doc. nro XXXVIII et Schem. d.

[4]) Vid. doc. nr. LI et Schem d.

[5]) Vid. doc. nr. XLI et Schem.

[6]) Vid. doc. n. XLIV. Quia in Seminario dioec. nulla cathedra pro Theologia speculativa aderat (vid. dicta sub E. Zbą-

ventualibus pro nova, quam in diebus ejus Premisliae magnifice aedificare coeperunt, eccla, larga subsidia contulit. [1])

ski) ideo capaciores candidati sacerdotii, uberiorem eruditionem theologicam anhelantes, ad alienas Dioeceses proficisci cogebantur, quod sane Dioecesi Prem. perquam praejudiciosum erat; nam optima ingenia ex hac causa Dioecesi emigrabant, et meliori provisione alibi reperta, ad eam non revertebantur. Huic malo occurrere volens Eppus in Collegio Prem. S. J. Studium Theologiae speculativae cum bibliotheca fundavit. Bibliotheca haec ex libris bibliothecae eppalii, Prem., tum e propria manuali Serakovii bibliotheca, nec non e bibliotheca ecclae cathedr., quam Capitulum hortante Eppo Jesuitis cessit, conflata fuit. Praeterea Eppus 30.000 fpol. Collegio S. J. Premisl. cum hac dispositione inscripsit, ut ex usuris inde per 7 a centum provenientibus, Summa 1500 fp. quotannis ad sustentandos 2 Professores Theologiae speculativae ac unum bibliothecarium, Summa vero 600 fp. in coëmtionem novorum operum erogaretur. Typographiam quoq eppalem, nuper Premisliae erectam, Jesuitis tradidit, cum obligatione, eam perpetuis temporibus conservandi. Bibliothecam hoc modo fundatam, et suo sumptu necessariis, requisitis instructam, publicis usibus patere voluit, unde Collegio S. J. obligationem imposuit, eam certis horis ante et postmeridianis pro publico et Studentium commodo aperiendi. Fundationem Clemens P. XIII dd. Romae 27 Jul. 1762 approbavit. Ab hoc tempore plura opera theologica, haud invita Minerva scripta, Premisliae lucem viderunt, v. g. Paul. Gabr. Antoine S. J. Theologia speculativa et dogmatica ad usum Candidator. Teologiae per P. Joannem Kowalski S. J. in compendium redacta, et Andreae Pruski, Eppo Tanen. Suffr. Prem. dedicata Premisliae 2 tom. in 8°, — P. Andr. Narolski S. J. „De suprema Rom. Pontif. auctoritate, nec non Polonorum in avita religione constantia adversus Titelii eplam liber, qui ad omnes haereses sive exterminandas, sive tum aliorum, tum hujus praesertim regni aditu prohibendas, inservire possit“ Premisliae 1759. 8°. Sublata 1772 Societate JESU bibliotheca illa, tanquam usui publico civitatis Prem. dicata, ab Eppo et Capitulo, nullo tamen effectu, reclamabatur.

[1]) V. Rzepnicki in vit. Praesulum Pol., item: „Mnemosynon „gratae talionis excitatum favore, benignitate atq munificentia „Illmi ac Rmi Sierakowski E. P. mense Jan, 1759.“ In hac scriptiuncula, quam Minoritae Conventuales in congregatione

Novas parochias in Novosielce (terrae Sanoc), Polana, Uherce et Łukawiec creavit. In Krasiczyn, Bukowsko, Zagorz capellas, in Cieszanow et Kalwarya-Pacławska ecclas conventuales in parochiales mutavit.[1]) Erectionem parochiae in Winniki innovavit.[2])

In oppido Sokołow Mansionarios, praebendam hospitalis S. Sptus ac S. Sebastiani,[3]) nec non promotoriam Rosarii B. M. V.,[4]) in Hussakow promotoriam confraternitatis SS. Trinitt.[5]) erexit, in Hussow praebendam imac. concept. B. M. V. parocho locali pro dotis incremento incorporavit.[6])

Devotus cultor Deiparae Virg. ejus statuam alabastrinam in eccla Dominicanor Premisl. thaumaturgam declaravit.[7]) Jaroslaviae in eccla Campo-Mariana effigiem

---

generali Sierakovio obtulerunt, ecclam et Conventum suum Premisliae ejus propemodum solius sumtibus consumatum fuisse testantur. Cf. qq. „Kuryer polski“ N. 7 ex anno 1759. Rzepnicki supr. cit. et Kuropatnicki (w Geografii Galicyi) testantur, eum etiam erga Dominicanos Premisl. perquam largum se exhibuisse.

[1]) Vide de his omnib. eccl. Schem. dioec, et documenta cit. sub nris III, IV, VI, VII, XI, XVIII, XXII, XXV, XXVIII. Quoad eccles. in Łukawiec v. doc. n. XXXVII, Cieszanow nr. XXIII.

[2]) Vid. doc. nr. XIX.

[3]) Vid. doc. nr. VIII.

[4]) Doc. nr. XIII.

[5]) Doc. nr. XX.

[6]) Doc. nr. XXI.

[7]) V. docum nro XLIX. In eccla Dominicanor. Prem. ab antiquo parva statua B. M. V., e lapide alabastrite confecta, religiosissime colebatur. Fama est, eandem esse, quam S. Hyacinthus Tartarorum invasionem fugiens, Kijovia Cracoviam attulerat. Cum multae curationes desperatissimarum infirmitatum precibus Deiparae Virgini ad hanc statuam oblatis, adscriberentur, Sierakowski facta, quae de hac re circumferebantur, examinari jussit, spectatisq juratorum testium depositionibus, audita Theologorum et Jurisperitorum sententia hanc statuam vere thaumaturgam declaravit. Quod vero questionem

B. V. M.,[1]) et Leżaysciae in convent. eccla ord. min. S. Francisci imaginem ejusdem beatissimae virg.,[2]) utramq pridem pro miraculosa agnitam, solenniter coronavit.

---

attinet: an haec statua eadem sit, quam S. Hyacinthus Kijovia adtulit? rem in suspenso reliquit, cum de hac re inter FF. Praedicatores Conventus Premisl. ac Leopol. controversia agitetur; nam Dominicani Leopolienses contendebant, statuam genuinam, quam S. Hyacinthus attulit, in sua (Leop.] ecclesia reperiri.

[1]) Morem coronadi gratiosas aut miraculosas imagines a Gregorio Magno Papa repetunt. Urbanus P. VIII usum hunc certis praescriptis definivit, et Capitulo Vaticano facultatem dedit, privilegia pro tali coronatione concedendi. (V. Timot. Lipiński: Wiadomości o koronacyach obrazow. Warszawa 1850 8°). Historia statuae B. M. V. dolorosae in eccla Jaroslav. Campomariana cultae, continetur opusculo: „Morze łask i po„ciech bolesna Matka Boża Marya, albo: Cuda i łaski Boże „przy obrazie polnym Jarosławskim Najśw. Panny w koście„le OO. S J. doznane“ Leopoli typis Colleg. S. J. 1691 4°. Hanc statuam Andr. Szołdrski E. P. thaumaturgam agnovit (Vid. s. h. Eppo). Sierakowski teste P. Rzepnicki multos sumtus tulit, ut ei coronationis honor decerneretur, et concernenti rescripto Roma obtento hunc S. ritum die 8a Septembr. 1755 solennissime adimplevit. Ea occassione comparuit monographia s. t. „Mater dolorum et gratiarum septem „vulnerib. velut fontibus miraculorum in icone Jaroslav. con„spicua, septemplici munere, septem videlicet gratiarum Ejus „singularium perenni monimento a Societate JESU ad aedem „Ejusdem Virginis miraculis clarissimae ornata, anno, quo il„lius statuae coronatio a Benedicto XIV Ponrif., feliciter nunc „gubernante, est indulta, quae ante erat a Clemente XII obla„ta principibus Sobiesciis Jacobo ac filio ejus, Beata pa„rens suis favoribus ornaverat, enixe petentibus, nunc vero a „Venceslao Sierakowscio, antistite, Potociis sumtus susti„nentibus, solenni ritu facta.“ Typis Collegii Leop. S. J.

[2]) Vid. libellum s. t. „Tron chwały, czyli opisanie koronacyi Najśw. Panny Maryi, cudami słynącey w obrazie Leżayskim OO. Bernardynów na piasku.“ Caeremonia haec 8a Septemb. 1752 per Sieracovium in maximo populi fidelis concursu adimpleta fuit. De miraculis ad hanc imaginem factis judicium pridem tulerat Henricus Firley, E. Prem.

Ecclesiam cathedralem semel,[1]) ecclas vo parochiales in tota dioecesi bis personaliter visitavit.[2]) Operata harum visitationum mira industria et exactitudine concinnata, multis voluminibus inter Acta Consistorii continentur, et non solum pro historia ecclesiarum, institutorumque ecclesiasticorum, ac eorum dotatione summi sunt momenti, sed et futuris saeculis in hujusmodi actibus rite instituendis pro norma servient.[3])

---

[1]) Visitatio ecclae cathedr. coepta est 1744, at decretum reformationis primum 22 Aug. 1747 publicatum est. Decretum hocce, quod apud majores nostros in magna observantia fuit, quodammodo supplementum statutorum Capituli cathedralis constituit. Liber visitationis ecclae cathedr. grandi volumine constans, non solum Capitulum cathedr. ejusq dotationem, sed et omnia collegia sacerdotalia sc. Mansionarios, Vicarios, Psalteristas, Passionalistas, Altaristas, variarum fundationum, Confraternitates, contubernia, hospitale pauperum, Seminarium dioec., et Conventum monialium O. S. Benedicti complectitur.

[2]) Prima visitatio ab eo instituta est annis 1743, 1744, 1745, altera 1753, 1754, 1755. Post primam visitationem absolutam anno 1751 accuratam relationem de statu Dioecesis confecit, et per Stephan. Dzianott, Archidiaconum cath., a se ad invisenda limina Aplor. delegatum, Romam misit. Reperitur ad calcem libri visit. ecclae cathedr.

[3]) Sequentia visitationum ejus volumina in Archivo Consistorii reperiuntur- *a*) Vis. Decanatus Moscisc. et Sambor 1743, 2 tom. fol. *b*) V. Decan. Jaroslav., Leżaysc., Pruchnic. 1744, 3 tom. fol. *c*) V. Dec. Sanoc., Krosn., Ressov., Dynov. 1745. 4 tom. fol. *d*) V. Dec. Moscisc. et Samb. 1753 2 tom fol. *e*) V. Dec. Leżaysc. Mosc. 1754 2 tom. fol. *f*) V. Dec. Dynov. Sanoc., Jaroslav. 1755 fol. *g*) V. Decan. Krosn. et Brzozov. 2 tom. fol. *h*) Vis. ecclae Collegtae Jarosl. 1 tom fol. *i*) V. ecclae Colleg. Brzoz. 1 tom. fol. *k*) Vis. eccl. cathedr. Prem. 1 tom. fol.— Methodus, quam in actu visitationum sequitur, haec est: Primum refert originem Parochiae vel ecclesiae, et praecipua ejus fata, recenset loca, ad eam pertinentia, et patronum indicat. Sequitur specificatio dotis ecclae, et documentorum, quibus nititur. Describitur status SS. Sacramenti, fontis baptismalis, coemeterii, ossorii, et vasorum pro s. oleis. Porro capellae, altaria, et praebendae utrobiq fundatae, piae confra-

Profectus Cleri in doctrina sana et pietate ipsi supopere cordi fuit. Hinc congregationibus decanalibus sollicite invigilabat, earumq labores sapienter dirigebat. [1])

---

ternitates, hospitalia cum dote sua comemorantur. Haec excipit descriptio personarum cleri i. e. Parochi, Vicariorum et praebendariorum scil. cujusvis nomen, cognomen, locus nativitatis, tempus susceptorum ss. ordinum, institutionis, approbationis ad excipiendas confessiones. Ulterius sequitur descriptio aedificiorum ecclesiae, residentiae plebanalis, domus vicarialis, hospitalis et inventarium supellectilis eccles. ac fundi instructi plebanalis. Actum claudit decretum reformationis, ubi defectus inventi reprehenduntur, et ad eos tollendos necessaria disponuntur. Occasione visitationum Eppus omnes ecclesias nondum consecratas (nisi in statu desolationis essent) consecravit.

[1]) Videantur in Actis Epp. „Ordinationes, declarationes, et re„solutiones illustrium ac A. Rdor. Decanor. foran., ad prae„sentiam Illmi Excellmi et Rnmi Dni Venceslai Hieronymi „de Boguslawice Sierakowski E. P., assistentibus Redmis „Andrea Pruski Eppo Tanen., Suffraganeo, Praepto, Vicario „in Spirit. et Offli grli Prem., Ignatio Bonav. Sendzimir, „Decano, et perillri Cas. Chochmański Canco Poenitenti„ario Prem., per eundem Illmum D. Eppum A. D. 1752, 9a „mens. Julii factae et connotatae“ tum: „Ordinationes, consti„tutiones, et resolutiones in congregatione pastorali praesiden„te Illmo et Rmo V. H. Sierakowski E. P., praesentib. et assisten„tib. Revmis Perillrib. Josepho Dzianot, Archid., Ant. Ur„bański, Canco Prem., Mathia Kuryłowicz, Archid. Col„legtae Jarosl. Commendario in Lubaczow perpetuo, congre„gatis illribus A Rdis: Simone Słomiński Praepos. Tyczyn „Ressoviensi, Adalberto Cwynarski, Canco Jaroslav., Ni„żankowicen, pptuo Commendario, novae civitatis Bybel, Jo„sepho Napiorkowski, Custode Collegtae Opatov. in Dioec. „Cra., in Krzeminica, Leżayscensi, Francisco Dutkiewicz, „Canco Brzozov., in Strachocina, Brzozoviensi, Matheo Wa„lowski, Wyszatycen. perpet. Comendario, Pruchnicensi, „Thoma Szuszkowski, Collegt. Jarosl. Canco, in Harta, „Denoviens., Jacobo Smalczewski, in Rychcice, Sambori„ensi, Antonio Maliszewski, in Sieniawa, Tarnogroden„si, Laurentio Szmygdzieński in Besko, ecclarum paro„chialium curatis, Decanis foraneis — die 10 Julii 1758 Brzo„zoviae factae et Subsecutae.“ Ex his discimus, Sierakovium preter congregationes decanales cleri curati, etiam congrega-

Confraternitates vero presbyterales, ab antiquo in hac

---

tiones Decanorum in curia sua pro discutiendis quaestionibus curam animarum, regimen parochiarum, vitam et mores cleri attinentibus, instituisse. In primo ex modo adductis Actis (de anno 1752) Decanis enixe inculcat, ut congregationes cleri condecanalis juxta praescriptum constitutionum synodalium bis in anno, mensib. Februario et Septembri, juxta normam in ultima Synodo dioecesana (Szembekiana) Cap. XXXIII, et juxta instructiones a se suppeditatas, peragant, in quibus oblata missa de Sptu Sto et exhortatione ad clerum congregatum de negotiis occurrentibus conferant scil. de morib. et vita cleri ac populi, de cura animarum, de administratione Sacramentor, de necessitatibus ecclarum, de excessibus scandalis, ac delictis, et modo ea tollendi, de observatione processuum eppalium (quas vulgo currendas vocant) ac constitutionum Synodalium et deniq ut conclusa in rothulo obsigillato ad summum intra mensem a congregatione celebrata ad manus eppi expediant. Cf quoq relat. ad Sed. Apl. de statu diocc. ex anno 1751 ubi haec occurunt: „In singulis Decanatib. foraneis „sessiones a clero sub praesidentia Decani, lege synodali or„dinatas, tandem neglectas, et intermitti solitas, reassumsi, et „bis in anno peragi, (in quibus de necessitatib. spiritualib. „cujuslibet parochiae, de morib. Sacerdotum et ministrorum „subalternorum tractari solet, tum diversi conscientiae casus, „a Decano propositi discutiuntur resolvuntur mandavi, et mi„hi relationem de iis fieri jussi. Ordinavi praeterea et injunxi, „quatenus dicti Decani visitationem suarum ecclesiarum de„canalium semel in anno instituant, et utrum iis, quae in ses„sionibus constituta, injunctaq fuerunt, tum mearum reforma„tionum decretis satisfactum sit, inquirant, dein me ipsum de „his in scripto certiorem reddant. Post haec semel in anno „ipsorummet Decanor. congregationem in mei ipsius praesen„tia, praesentibus quoque Vicario meo generali, Curiae meae „Cancellario, ac promotore fiscali institui, in qua praedicti De„cani visitationum suarum rationem mihi reddant, et cum ip„sis de omnibus totius Dioecesis negotiis, necessitatibus, et „majori Spiritualium rer. incremento ac profectu consulitur, „de remediis opportunis tractatur, concluditur, et tandem or„dinationes meae et dispositiones necessariae e Cancellaria „mea prodeunt, publicantur, et ad Decanos eosdem in prima: „Sessione decanali condecanalibus Presbyteris communicandae „transmittuntur.

dioecesi existentes, nova, eaq aptissima ordinatione instruxit. [1])

Magna apud omnes saeculares aeque ac eclesiasticos dignitarios auctoritate pollebat, ideo tribunalis Radomiensis praeses [2]) electus est, cui cum singulari judicii, diligentiae, et integritatis laude praefuisset, ab Augusto III R. P. ordini equitum aquilae albae adscriptus est.

Anno 1760 ad Archieppatum Leop. transiit, [3]) in quo A. D. 1780 meritis et diebus plenus obdormivit. [4])

---

[1]) De confratenitatis sacerd. origine et scopo vide relata sub Mathia Janina. Prima idgenus societas 1419 in districtu (decanatu) Ressoviensi ac Tyczynensi coaluit, hanc secutae sunt confraternitas in distr. Sanoc. ac Krosn. anno 1440, in Decanatu Leżayscensi 1636, in districtu Dynov. ante 1651 (quo anno in Rakocianor. ac Cosacor. in cursu privilegia sua amisit), in Decanatu Samhor. ac Neomestensi 1667, in Dec. Premisl., Jaroslav. ac Pruchnic. 1688. Omnium veluti matrix ac norma fuit societas in Decan. Sanoc. ac Krosn., cujus Statuta adeo facta sunt universalia, ut etiam antiquissima confraternitas in Decanatu Ressov. ac Tyczyn. ea acceptaverit. Ea vero Sierakowski anno 1760 reformavit, dum cunctis confraternitatibus ad normam 3 Archidiaconatuum in quos Dioecesin diviserat (cf. Prolegomena III) sc. Premisl., Jaroslav., et Brzozoviensis, 3 Praepositos (nimirum unum in quovis Archidiaconatu, 4 Decanatus continente), libera confratrum electione ad dies vitae eligendos praefecit, qui confraternitates in singulis Archidiaconatibus existentes regerent. Praeterea tempora et loca congregationum determinavit, ac alia salubria praecepta quoad modum administrationis negotiorum tulit. Vid. Acta eppatus ejus ex anno 1760 fol. 448—451.

[2]) Tribunal hocce aerarii publici curam gerebat. Vid. dicta sub Szembek.

[3]) Testantibus Consistorii Actis d. 29 Septemb. 1760 ad Archieppatum Leop. discessit. Inter praecipua ejus opera in Archidioecesi praeter accuratas ecclarum visitationes (de quibus idem valet, quod de libris visit. ecclar. ad Prem. observavimus). ecmmemoranda est restauratio ecclae Metrop. Leop., et in eam formam, quam nunc obtinet, redactio, tum Synodus ADioccesana ann. 1765 celebrata. (De lite, quam occasione restaurationis ecclae archicathedr. propter demolitionem

Discessurus Premislia in eccla cathedrali mnemosynon, lapidem sc. sibi ponui jussit, cum hac modesta epigraphe:

---

capellae Domagalicianae cum consilibus civitatis Leop. in curia Romana habuit, vid. Zachariasiewicz in additamentis ad vitam ejus). Post dispartitionem regni Poloniae C. R. Austriacum regimen ejus merita pro eo, ac fas est, agnovit, aestimavitq. Aug. Maria Theresia eum intimis status consiliariis adscripsit, insigni ordinis Sti Stephani R. H. Aplici decoravit, cum tota, familia ad dignitatem comitum S. R. Imperii extulit, deniq. Abbatiam Tinecensem ipsi ad vitae tempora contulit, et postulanti in persona Ferdinandi Onuphrii de Kitki Kicki Suffrag. Leop. Coadjutorem cum jure successionis, S. Sede Aplica annuente, adjunxit.

*) Obiit Obruschini die 25 Octob. 1780, anno aetatis 81mo Leopoli vo in eccla Metr. quiescit. Nullas divitias, ab eo fuisse relictas nemo mirabitur, qui perpenderit, quantum in restaurationem ecclae archicathedr. aliaq opera pietatis et misericordiae erogaverit. Inde quoq explicatur, quod aes alienum contrahere coactus fuerit, at mobilibus ejus disvenditis debita hujusmodi exasse dispuncta sunt. Proventus Praepturae Jaroslav. multis ante obitum annis in fabricam ecclae Collegtae impendebat, testamentoq disposuit, ut si quid inde redundaret, ad idem opus erogaretur. Fuit vir vere magnus ac magnanimus. Praesul zelosus ac sapiens. A nonnullis intolerantiae erga haereticos et infideles tum animi iniquioris erga Ruthenos unitos (praesertim, cum eorum eppi Capitula cathedralia erigerent) arguitur. At haec, etsi omnino vera probataq essent, tot tantorumq meritorum ejus gloriam obscurare non possent. Accedit, quod et altera pars prorsus insons dici nequeat, quemadmodum tum ex aliis Actis hujus Eppi, tum praesertim e relatione de statu Dio. ad sedem Aplicam expedita, manifestum fit.

D. O. M.

Subsiste viator, ex Venceslao Hieronymo Sierakowski, *eppo Prem. post annos XVIII regiminis hujus eccliae ad Sedem Metrop. Leopol. anno dom. incar. MDCCLX evocato, commissorum omissorumq indulgentiam vivo, requiem aeternam mortuo precare.*

In eccla vo Metrop. Leopol. cenotaphium ejus hanc fert inscriptionem:

Venceslao Hieronymo de Bogusławice
SIERAKOWSKI,

post Livon., Camenec., Premisl., ad Lepoliensem infulam evocato, atq in hac metropoli summo per annos XX antistiti. S. C. R. majestatis intimo actuali consiliario, prius ord. aquilae albae, deinceps S. Stephani magnae crucis equiti, viro in ecclesia zelo, pietate, ac religione insigni, sapientia, consilio in republ. Senatori conspicuo, fidelitate in principem supremum integerrimo, ecclae hujus restauratori, ac sacelli istius conditori, Ferdinandus Onuphrius de Kitki Kicki, *ejusdem in hac metropoli successor, multis defuncti devinctus favoribus, hoc grati animi ponit monumentum die XXVIII Octobr. MDCCLXXXIV.*

XLVIII. MICHAEL

De GRANOW

WODZICKI,

STEM. LELIWA,

E. P.

1760 — 1764.

Contemporanei:

Rex. Pol.	R. Ponfic.	Prim. R. P.
August. III.	Clemens XIII.	Vladisl. Łubieński.

Archi. Epp. Leop.
Vencesl. Hieron. Sierakowski.

Michaël Wodzicki, ex nobili familia palatinatus Cracov., patre (juxta P. Niesiecki) Joanne, thesaurario Nurensi, salisfodinarum Wiclicensium administratore, juxta alios (Rzepnicki et Łętowski) Laurentio, subpincerna Varsav, matre autem Anna Grot ortus, ante eppatum Canonicus Sandomir. et Scholasticus Łancic., 1713 Canonicus 1737 Decanus cathedr. Cracov. Casimirus Łubieński E. Crac., celebrata Synodo dioecesana, cum Romam misit pro impetranda approbatione decretorum synodalium, qua legatione dexterrime perfunctus est. Sub Feliciano Sza-

niawski fuit Vicarius generalis dioec. Cracov., quam bis sede eppali vacante scit. 1732 et 1746 qua Vicarius capitularis administravit. Bis etiam qua deputatus Capituli Crac. in supremo regni tribunali sedit. In causa beatificationis S. Joannis Cantii processum canonicum peregit. Qua homo frugi, cum singulari simplicitate ac vitae integritate magnam morum suavitatem socians, Joanni Lipski, S. R. E. Cardli, Eppo Crac. singulariter placuit, a quo Augusto III R. P. comendatus, Vice-Cancellarii manus cum Abbatia Czerwenensi et insigni aquilae albae obtinuit. Mariae Josephae Austriacae, reginae Pol. tum ob virtutes suas, tum ob vocem sonoram (cujus causa missis ab eo cantatis interesse amabat) valde acceptus, ejus patrocinio post fata Andreae Stanislai Załuski (1758) eppatum Cracov. facili negotio obtinuisset, nisi peculiari technа Ignatii Cajetani Sołtyk, tunc eppi Kijov., supplantatus fuisset. [1]) Igitur eppatu Premisliensi (1760) cum abbatia Claraetumbae aquiescere debuit.

---

[1]) En quomodo rem, ex ore Stanislai Wodzicki, Senatoris R. Pol. et Praesidis Senatus lib. civit. Cracov. acceptam, in suo Catal. Epp. Cracov. sub Ig. Sołtyk narrat Eppus Łętowski: „Przy schyłku życia Andrz. Stan. Załuskiego B. Kr. miał „Mich. Wodzicki, jako wielce miły krolowej, wielką nadzie„ję wzięcia tego bogatego biskupstwa, o które także Ig. K. „Sołtyk, natenczas Bp Kijow.. ubiegał się. Familia Wodzic„kich miała rozstawionych gońcow, ktorzyby, skoro Biskup „Krak., skona, z tą nowiną bieżeli do Warszawy; lecz Soł„tykowie porozstawiali armatki od miejsca do miejsca, a tak „strzał ostatniej armatki uprzedził gońce konne na kilka go„dzin. Sołtyk na to z instrumentem już gotowym szedł do „króla, ale wypadało wprowadzić go wprzód w dobry humor. „Była to godzina popołudniowa, kiedy Pan bawił się dla „konkokcyi strzyżeniem papieru, jeżli nie strzelał do psów „z okna na saskim dziedzińcu causa recreationis. Zapłacony „błazen królewski nakładł sobie kłakow w pludry, a u ko„mina zapaliwszy tyłek biegał w koło po izbie, a tu kurzy-

Consecratus est per Josephum Załuski, novum Kijoviensium antistitem, ast ad sponsam suam raro residebat, [1]) utpote qua Pro-Cancellarius regni plerumq ad latus regium Varsaviae et Dresdae moras trahens.

Sub regimine ejus parochia in oppido eppali Jasliska a dioecesi Cracov. segregata et Premisliensi stabili modo adscripta est. [2]) Ecclae paroch. Krosnen., vetustate

„lo mu się, i gdy tego było coraz więcej, stanął Sołtyk z pa„pierem, a król podpisał biskupstwo, niespytawszy się nawet „co podpisował."

[1]) Obtenta bulla confimationis Clementis P. XIII Capitulum cathedrale sequenti epistola salutavit:

Perilles et Revermi, fratres observandmi! Onus eppatus Prem. humeris nostris impositum revera sentimus, cum per bullas Aplicas ad ferendas ipsius functiones et munia nos destinari et in conscientia obligari conspicimus. Eja ergo perillres et reverendmi fratres charissimi nos, huic arduissimo accinctos operi, ardentibus ad Deum precibus et sollicito adjuvare dignemini auxilio, ut gloriae Dei, intentioni s. matris ecclesiae, et fidelium dioecesis nostrae saluti efficaciter incumbentes, aeternae retributionis meritum consequi valaemus. Cum tamen ob plurimas ministerio regni, quo fungimur, annexas hocce tempore causas, ad latus S. R. Majestatis Dni nostri clementissimi residere cogamur, eapropter perillrem Rmum Krzyżanowski, Cancellarium (sc. cathedralem) mandato procurae ad hunc effectum munimus et destinamus, ut possessionem bonorum mensae eppalis nomine nostro capiat, et quae ad jurisdictionem temporalem attinent, cum plenissimo jure exequatur, donec ipsi nos in dioecesin nostram redire possimus. Interea prosperam omnibus et singulis valetudinem voveo et fraterna perillres ac Rmas dominationes vestras charitate complector et maneo — perillrium Rmar. Dominat. Vrarum addictiss. ex corde frater et servus obsequiosis. Michaël Wodzicki E. P. Varsaviae 19 Octobr. 1760.

Die ergo 6a Novemb. 1760 in persona praedicti Procuratoris sui Ignatii Krzyżanowski solenniter fuit inthronizatus, anno vero seq. 1761 Premisliam adveniens d. 14 Sept. (in festo exalt. S. Crucis) more antiquo ex ecclesia FF. minor. Conventual. ad ecclesiam cathedr. magna pompa et exultatione deductus est.

[2]) Jam 1749 haec parochia ab eppo Cracov. jurisdictioni eppi Prem. provisorie commissa est (Vid. docum ad eppat. V.

ad ruinam inclinatae, Wodicius apud Augustum regem pro reparatione subsidium impetravit. [1])

Cum PP. Soc. JESV Leopoli academiam aperuissent, nova lis (similis ei quam pari occasione Cracoviae excitatam memoravimus) exarsit, totamq fere Poloniam involvit, nec prius, quam cum abolitione Soc. JESV terminata est. [2])

A. D. 1763 Augustus III ad patres descendit, [3]) quem brevi post, ipsis Calend. Januarii 1764, mors Wodicii subito secuta est.

Laudatur ab omnibus, quotquot ejus mentionem faciunt. [4]) Extremae voluntatis tabulis variis ecclesiis varia

---

Sierak.) Postquam vero Cajetan Sołtyk E. Crac. diplomate dd. 25 Sept. 1759 eam cum consensu Capituli sui eppo Premisl. modo definitivo cessit, Clemens P. XIII dd. Rom. prid. Id, Mart 1762 hunc actum ratum habuit, et AEppum Leopol. V. Sierakowski ad exequendam dismembrationem, respective incorporationem delegavit, qui commissum sibi officium litteris dd. Leop. 11 Jul. 1763 executus est.

[1]) In hoc negotio a Capitulo interpellatus Wodicius d. 16 April 1761 Varsav. ita rescribit: „Nie mogę wstrzymać należących R. Capitulo pochwał pro zelo decori domus Dei kościoła Krośn. Sprawiedliwa rzecz jest, ażeby w tym mieście parafialny kościoł był porządny; dopieroż, kiedy jest inkorporowany Capitulo, zapewne nikt oprocz kapituły o nim myśleć nie będzie. Starać się będę u Najjaśn. Pana o pozwolenie obrocenia rozwalin w mieście Krośnie na potrzebę tego kościoła. Ale żeby król miał ludziom imponere woźenie materyałów, to non practicatur. Do tego z ambony parafianie y przykładem powinni być zachęcani, nie reskryptem. Jestem etc.

[2]) Vid. Act. Cap. ex 1761, ubi Capitulum nostrum in hac materia protestationibus aliorum Capitulorum favore Academiae Cracov. et Zamoscen. se adjungit.

[3]) Obiit grandevus Dresdae d. 5. Octobr. 1763 apoplexia tactus.

[4]) Janocki in excerptis p. 129: Hujus anni 1764 initio obiit M. Wodzicius, quo nihil aut simplicius, aut sincerius, aut melius vidi. E. Lengnich in hist. polon. ad ann. 1746: Minorem Cancellariatum Mich. Wodzicius. obtinuit, cui hoc honorificum quod olim a Joanne Lipscio Card. Eppo Cr., Senatore opti-

legata inscripsit, [1]) quae quoad majorem partem non sunt [2]) exsoluta. — Quiescit Cracoviae in basilica archipresbyterali B. M. V. in sepulchro familiae suae.

---

mo, qui a boni civis officio nunquam deflexit, regi esset commendatus. Rzepnicki: Pietate in coelites, obsequiis in religionem et patriam, benevolentia in clerum, in religiosas familias amore, in egenos liberalitate, humanitate in omnes implevit fastos.

[1]) Codicillus ejus Varsav. 29 Decemb. 1763 conditus sequentes continet dispositiones. a) E proventu anni gratiae in eccla Brzozov. perficiatur Sacristia, et conservatorium, vulgo Skarbiec. Si non suffecerit, supplebit massa in manib. fratris deposita, b) Ex edem proventa Anniversarium fundetur, pro quo legetur summa 10 mill. fl. pol. in bonis mundis per 5 a centum. c) Ultra hoc Anniversarium disponit, ut statim post fata ejus absolvatur Anniversarium (exequiae), pro quo legat 50 hungaricales inter praesentes Canonicos distribuendos, reducta certa quantitate pro absolvendis missis sub tempus exequiarum. d) Religiosis Monialibus ut orent pro anima defuncti distribuant 30 fl. p. pro quovis monasterio. e) Apparatus auro contextus cum dalmaticis cedat eccliae cathedrali. (Inventarium anni 1761 hunc apparatum ita describit: „Ornat Medyolański, na łamie złotej kwiaty różowe i niebieskie, w koło i środkiem haftowany złotem, rożowo podszyty, cum omnibus requisitis excepta palla min., do tego dalmatyk także dwie similiter cum requisitis, i gremiał biskupi takiż, per testamentum legowany katedrze przez ś. p. JX. Wodzickiego B. P. oddany anno 1764). Apparatus hic adhuedum reperitur et est unus e pulcherrimis quos eccla cathedr. possidet. (Idem inventarium etiam casulam albi coloris commemorat, ab eodem eppo donatam an 1761 occasione jucundi ingressus, cum in ea primam missam celebrasset). f) Vicariis eccliae cathed. legat 300 fl. p. distribuendos cum obligatione missae, Vicariis Jaroslav. et Brzozov. ad eand. intentionem per 200 fl. p. g) FF. Capucinis et Paulinis per 100 fl. p. h) Utensilia ab ipso comparata pro braxatorio vult ut Succesori cedant.

[2]) Visit. Kierskiana refert ad rationem Anniversarii per eum fundati ab Ignatio Krzyżanowski Cancell. et eppo Saldicensi, qua executore testamenti Summam 1500 fpol. ad coecum fuisse dopositam, quae tamen tempore ultimae confoederationis in varias necessitates erogata sit. Consignatio Summarum Capituli ex anno 1793 observat, eum 10.000 flor. pol. pro Anniversario legasse, et succesores, qui eam hucusque non ex-

Epitaphium Mich. Wodzicki E. P.
in ecclesia cathedr. Cracov.

D. O. M.

Piis manibus Michaëlis de Granow Wodzicki, *Episcopi Premisl., Cancellarii Regni, viri de religione et patria meritissimi. A. D. 1765, aetatis actae LXXII Varsoviae denati, in tumulo patrum ad ecclesiam archipresbyteralem Cracoviae quiescentis, — hic olim ecclesiae cathedrali Decani, trium Episcoporum generalis Vicarii, Sede vacante bis administratoris, laboribus, exemplis, benefactis florentis. Monumentum poni curavit gratus nepos Elias Comes* Wodzicki, *Capitaneus jurisd. Cracov. Gen. min. Pol.*

APPENDIX AD EPPATUM MICHAELIS WODZICKI.

In Actis Conventus custodialis FF. Minoritarum Premisl. fol. 186 legitur:

Die 13 Septembr. 1761 odprawił się, dla starością z demoliowanego kościoła, z kaplicy naszej do tutejszej katedry wjazd solemny JW. IMCI księdza Michała z Granowa Wodzickiego, Bpa Przemyskiego, Podkanclerzego koron., Opata Czerwińskiego i Mogilskiego, który z pałacu swego przyszedłszy do kaplicy naszej, i przed Sanctissimum pomodliwszy się, był przywitany oratorice przez X. Innocentego Kwapińskiego, kaznodzieję Ordynaryusza. Potem pontificaliter ubrany zaczął swoj ingres solemny processionaliter, któremu assystowały zakony i cały clerus w Przemyślu zostający, Magistrat, cechy i pospolstwo.

---

solverunt, jure conveniendos fore, quamvis spes successus dubius sit. An serius aliquid ex hoc legato obtentum sit, Acta silent, sed nec Anniversarii absoluti ullum vestigium datur.

Na ten akt adornowana była facyata kaplicy naszej sequenti ordine:

1° Po prawej stronie drzwi wchodząc do kaplicy był odmalowany herb JW. Kapituły Przem., pod ktorym były wyrażone wiersze:

Pasce Meas Antistes Oves, Ego Pastor et Agnus
In Tibi Praesulea Sede benignus ero. (alluzya do baranka w herbie kapituły przy S. Janie Chrzcicielu, patronie kapituły i kościoła katedr. stojącego, a Chrystusa Pana przedstawiającego).

2° Po drugiej stronie herb zakonny, pod ktorym wiersze:

Te Pater incolumem multos gestabit ad annos
Christi, Francisci dextera juncta simul

(alluzya do godła Franciszkanów, dwie ręce złączone).

3° Nad drzwiami w komperdymencie (transparencie) te dały się czytać wiersze:

Gressibus ecce Tuis Praesul sum semper aperta,
Nam Te Francisci gaudet habere domus.

4° Nad temi wierszami wisiał herb JW. IMCI X. Bpa na płotnie w wielkim odmalowany komperdymencie, ktory całą zakrywał facyatę w szerz, z wierszami na spodzie:

Praesule fulgebit tanto Premislia crescens
Augmentum patrio sidere dato sibi

(alluzya do herbu Wodzickich Leliwa, w ktorym gwiazda z połksiężycem).

5° Nad herbem JW. IMCI X. Bpa były 3 portrety t. j. na prawej stronie pierwszego Bpa Przemyskiego Henryka Mory ex ordine nostro, pod ktorym wiersze:

Hic ego primus eram Praesul, Tu hinc opto Poloni
Ad primas orbis promoveare mitras.

Na drugiej stronie był portret Matyasza, drugiego Biskupa Przem. itidem ex ordine nostro, z podpisem:

Grex commisse sibi de pectore pelle timorem
Adversum Michaël conteret Ipse caput.

We środku między temi portretami był portret Illustrissimi moderni Loci Ordinarii, do którego, iż był nad samym środkiem herbu postawiony alludowały też wiersze pod herbem, wyżej wyrażone.

Te wszystkie wiersze były pisane w osobnych komperdymentach, pięknie, malarską adornowanych sztuką.

Po bokach świeciły się gęsto powieszane lampy w latarniach rożnych kolorow, i w poprzedzającą noc wjazdu Iilmi Domini splendoru ornamentom dodawały.

Po zakończonym solennym ingresie, Mszy Śtej, i danej zgromadzonym pasterskiej benedykcyi JW. Pasterz. clerum saeculare,

zakonow superiores, lautissime częstował. Szlachty ziemianow nie wiele się znajdowało, gdyż natenczas sejmiki przeszkodziły.

Nazajutrz t. j. 14° w Poniedziałek capacia subjecta ad sacros ordines promovit samże Illmus Loci Ordinarius.

We Wtorek zaś 15° ejusdem mensis propter ingruentia Reipublicae negotia jako Procancellarius Regni z Przemyśla summo mane wyjechał. Zostawił jednak memoriale zakonowi naszemu pro eleemosyna tynfow 300; że zaś tegoż samego czasu nastąpiła redukcya tynfow tylko po groszy 15, więc uczyni z tego Złpol. 150.

XLIX. VALENTIN.

FRANC. SALES De OSINY

WĘŻYK

STEM. Wąż

E. P.

1765 — 1766.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Stanisl. August.	Clemens XIII.	Vladisl. Łubiński † 1766.

Archi-Epp. Leopol.

Vencesl. Hieron. Sierakowski

Valent. Franc., ex ea Wężykorum linea, quae a villa Osiny, terrae Wielun., Osinensium epitheton habet,— fuit filius Laurentii, castrorum metatoris in districtis Ostrzeszoviensi, terrae Wielun., et Mariae Olszewska, filiae Capitanei Wielunensis. Studia theologiae et juris canon. absolvit Romae, ubi et B. Joanni Cantio panegyricum dixit, 1720 impressum.

Curriculum vitae sacerdotalis auspicatus est a Canonicatu Gnesnen., ex quo ad Custodiam ascendit. A. D. 1745 obtinuit Canonicatum Cracov., et postea qua deputatus Capituli Cracov. tribunali regni assidebat.

Augustus III A. D. 1753 ei eppatum Chełmensem contulit, [1]) Stanislaus Aug. vo 1765 ipsum nominavit eppum Premisliensem. [2])

Vix semialtero anno Dioecesi praefuit, at hoc brevi spatio ecclesiae suae multa bona praestitit, plura sine dubio, longiori vita comite, praestiturus.

Pro majori campana ecclesiae cathedr. Sumam 30 millium flor. pol. expendit. [3]) Pro comparatione aurei calicis quadringentos aureos hungaricales destinavit. [4]) Catechismi Romani novam editionem sermone polonico, usibus cleri parochialis servituram, excudi jussit. [5]) In villa Huta-Krzeszowska, tunc ad dioec. Prem. pertinente, ecclesiam, matrici in Krzeszow affiliatam, erexit. [7])

---

[1]) In hoc eppatu templum cathedr. Crasnostaviae restauravit, et contributionem hibernam, quae per plures annos ad notabilem Summam excreverat, pro dioecesi sua ex propriis persolvit.

[2]) Litterae nominationis, ad Capitulum sub 23 Jan. 1765 directae, etiamnum supersunt. Die 21 Junii ejusd. anni eppus in persona sui procuratoris, Ignat. Franc. Krzyżanowski, eppi Saldicensis et Cancellarii cathedr., eppatus possessionem adgressus est.

[3]) Id testatur inscriptio, quae in peripheria hujus campanae legitur.

[4]) Vide Acta Cap. ex anno 1769. Haec pecunia tempore ultimae confoederationis dilapidata est, unde pia fundatoris intentio effectu caruit.

[5]) Est nova editio Kuczborskianae translationis hujus libri, ni fallor Premisliae 1766 procusa, cujus exemplaria ad praesens rarissima sunt.

[7]) Vid. Acta epp. ejus sub 7 Jul. 1766. Fundatrix fuit Theresia de Comit. Mostowsciis Zamoyska, Comitis ordinati Zamoscii uxor.

In diebus ejus antiquae Dissidentium in regno Poloniae praetensiones, majori quam alias vehementia renovatae, rempublicam, alioquin tot factionibus internis scissam et debilitatam, externorum principum acatholicorum infestationibus exposuerunt,[1]) ejusq exitium accelerarunt.

Die 15 Aug. 1766 Premisliae rara obtinuit sollennitas coronationis alabastrinae statuae B. Mariae Virg. in eccla Dominicanorum, magno nobilium ex populi concursu celebrata.[2])

Paullo post Eppus, pedis ulcere laborans, animam Deo reddidit,[3]) beneficientiam, quam vivus erga ecclam cathedralem exhibuit, etiam ultimae voluntatis suae tabulis manifestans.[4])

---

[1]) Majori prae caeteris vi aula Petropolitana praetensiones Acatholicos fulciebat. Anno 1766 in hoc negotio celebrata sunt comitia, in quibus tamen praetensiones Acatholicorum rejectae sunt. Inde turbae maximae ortae fuerunt, quarum finem eppus Wężyk non vidit.

[2]) Vid. privileg. Capituli Vaticani de anno 1760, quod inter documenta ad eppatum V. Sierakowski adduximus. Pro actu coronationis delegatus fuit Eppus Prem. cum facultate subdelegandi. Hac facultate usus Val. Wężyk, tunc jam aeger, in sui locum delegavit Ignat. Krzyżanowski, eppum Saldicensem, Cancell. cathedr. Prem., qui prout inscriptio a tergo cit. documenti testat. hanc caeremoniam die 15 Aug. 1766 adimplevit.

[3]) Diu vehementi dolore pressus plenissimam in divinam voluntatem resignationem manifestavit, ac incomparabili patientia omnes, quotquot eum intuebantur, aedificavit. (Ita chron. A. Conf. sacerd. Kros. et Sanoc.) Obiit Brzozoviae d. 26 Octobris 1766 et Premisliae in Capella Crucifixi sepultus est, ubi adhucdum imago ejus pendet. Justa funeralia peregit Vencesl. Hier. Sierakowski, AEpp. Leopol. cum Felice Turski, eppo Chełmensi.

[4]) Legatum pro Capitulo circiter 200 millia flor. pol. efficiebat. At consanguinei executioni testamenti restiterunt, ita ut Capitulum pro hac Summa vix 7250 fl. pol., super bonis Rożnow (circ. Sandec.) locatos, acceperit. Ratione hujus Sum-

mae Anniversarium defuncti die 22 Januar. absolvitur.— Ex argenteria ejus, de qua pariter exiguam tantum partem a coguatis revindicare Capitulo successit, superest defuncti Eppi pedum pastorale, satis ponderosum, quod in medio curvaturae effigiem patroni ejus, S. Valentini M., et infra curvaturam colubrum, insigne familiae Wężykianae, incisum exhibet.

Fuit pastor egregius, juris canonici in paucis peritus, et jurium ecclesiae strenuus defensor, in cultu Dei et moribus cleri ac populi corrigendis perquam zelosus, patriae sincere amans, in mensa frugalis, in egenos munificus. Quibus virtutibus commendatus in dioecesi, cui tam brevi tempore praefuit, optimam famam et magnum sui desiderium reliquit. Nostris adhuc diebus duo Capituli veterani: Sebast. Zacharski et Josephus Witosławski, qui viventem noverant, coram junioribus confratribus ejus memoriam cum voluptate recolebant, et egregiam ejus indolem cum enthusiasmo praedicabant. Sic memoria justi in benedictione erit, ab auditione mala non timebit.

L. ANDREAS
STANISL. KOSTKA
MŁODZIEJOWSKI,

STEM. KORAB

E. Pr.

1767 — 1768.

Contemporanei:

Rex P.	R. Pontif.	Prim R. P.
Stanisl. Aug.	Clemens XIII.	Gabriel Podoski.

AEpp. Leopol.
Vencesl. Hieron. Sierakowski.

Andr. Stan. Kost. Młodziejowski, Stanislai et Marcianae Dominikowska filius, nobili quidem genere, at parentibus minime epulentis in majori Polonia natus est. Sacerdotio adscriptus primum Cappellanum egit, et Auditorem penes Nunciaturam Aplicam Varsaviae, deinde apud Andream Chrys. Załuski et Cajetanum Sołtyk, eppos Cracov., tum apud Vladisl. Łubieński, AEppum Gnes. Cancellarii munere fungebatur. A. D. 1757 factus est Canonicus Cracov., 1764 Coadjutor abbatiae Hebdoviensis (ord. Praemonstrat.), 1766 Archidiaconus Pszczevensis, et administrator perpetuus abbatiae Czerwenen, tum et

Custos Gnesn. Plura quoque minora beneficia impetravit, ita ut per jocum „dilectus undecem millium virginum (l'amoureux des onze milles vierges)“ diceretur. Post fata Michaëlis Wodzicki E. P. regni Vice-Cancellariatum (1764), post obitum vero Valentini Wężyk eppatum Premisl. adeptus est (1766),[1]) jam antea insigni ordinis Sti Stanislai decoratus.

Erat vir sagax, et rerum patriarum apprime peritus, verumtamen quod mores attinet, fidem, et zelum pastoralem, passim carpitur.[2])

---

[1]) Epla nominationis per Stanislaum Aug. R. P. dd. Varsav. 31 Octobr. 1766 ad Capitulum directa, in Archivo superest. Consecratus est a Vlad. Łubieński AEp. Gnesn. Initio anni sequentis durante Capitulo grli post fest. Epiphaniae in persona procuratoris sui Josephi Dzianott, Archidiaconi cathedr., inthronizatus est.

[2]) Accusatur morum laxitatis, neque auro exotico inaccessus fuisse perhibetur. Etiam a libertinismi, tunc temporis inter Poloniae proceres longe lateq propagati, contagione minime immunem se servasse fertur. Cum in Gallia, aut juxta alios Genevae, Joannem Jacobum Rousseau inviseret, minus urbane ab eo exceptus fuisse dicitur. Cum enim ei suam voluptatem ex visione tanti philosophi ampullosis verbis declarasset, homo incredulus ei his verbis dorsum vertit. „Faciem meam vidisti, jam tergum intuere!“ Vitio ipsi vertitur, quod complanationi cum dissidentibus initae subscripserit, quae non tantum acatholicis perfectam cum Catholicis in juribus civilibus aequalitatem permittebat, sed etiam statuebat, ut proles ex matrimoniis mixtis progenitae religionem parentum sexus sui sequerentur, id quod bullae Benedicti XIV dd. 29 Jun. 1748 „Magnae nobis admirationis etc.“ contarium est, et speciali protestationi Nuntii. Aplici Angeli M. Durini occasionem praebuit. At in hoc passu Młodziejovius exemplum regni Primatis Gabr. Podoski, et Eppi Vladisl. Antonii Ostrowski secutus est, qui ambo aeque ac ille non ita animo dispositi erant, ut sortem Cajetani Sołtyk et Josephi Załuski, deportationem sc. in remotas Russiae regiones, subire minime perhorrescerent. Turpiorem illa pusillanimitate labem nomini ejus imprimeret, si vera esset, quae passim circumfertur relatio, quod conjugiorum divortia, illo aevo nimis frequentia, pecunia

Biennio, quo huic Dioecesi praefuit, reipublicae negotiis unice intentus, sponsam suam nunquam vidit.

Acta eppatus ejus nulla supersunt, [1]) nec quidquam majoris momenti sub praesulatu ejus in dioecesi accidit, nisi huc referre velis motus, quos attentata per PP. Recollectos divisio claustrorum suorum in duas provincias (Poloniae scil. et Russiae) excitavit, similes illis, quales par intentio Dominicanorum tempore Laur. Goślicki suscitaverat. [2]) In hanc porro periodum cadit canonizatio S. Joannis a Cantio, quae d. 28 Martii 1767 solenniter fuit celebrata. [3])

Concertationes cum Dissidentibus initio regni Stanislai Augusti coeptae, cum ira et studio utrinq continuabantur. Confoederatio Radomiensis huic malo remedium adferre frustra laboravit (1767). Intervenientibus aulis Acatholicis (Angliae, Borussiae, Sueciae, Daniae), et Catharina II, Russiae imperatrice, jubente, dissidentibus ac disunitis plena et perfecta cum Catholicis juris aequalitas concessa, eppi vero huic concluso refragantes, a Russis armata manu in exilium ducti sunt. [4]) Inde confoede-

---

accepta facilitaverit. Rumores istius modi id ad minimum probant, famam ejus apud coaevos male oluisse.

[1]) Superest tantum ejus indultum dd. Varsav. 9 Sept. 1767 pro oratorio in villa Załuże in favorem Sacerdotum Congr. miss. domus Prem. editum. Adsunt quoq plures eplae iu negotio massae antecessoris sui Wężyk, et calicis aurei, ex legato ejus comparandi, ad Capitulum scriptae.

[2]) Vid. Act. Cap. ex anno 1767, ubi notatur, etiam Capitulum Prem. apud Ptrem. ministrum generalem intervenisse, ne dispartitio illa fieret.

[3]) Vid. Act. Cap. ex anno cit.

[4]) Hanc sortem experti sunt duumviri, quos ad fin. attigimus, Cajetan. Sołtyk, E. Crac. et Jos. Załuski E. Kijov. Tertius Franc. Krasiński E. Camenec. periculum fuga evasit. Hic postea inter antesignanos confoederationis Baren primas partes tenuit.

ratio Barensis, triste primae regni dismembrationis praeludium, pullulavit. (1768).

Młodziejovius hoc ipso anno 1768 ad eppatum Posnan. transiit, [1]) cum paullo ante Cancellariatum minorem cum majori commutasset.

Sponsae Premisliensi valedicens aureum calicem, pretii 300 aureorum, comparavit, insuper 100 aureos pro aliis apparatibus ecclesiasticis donavit. [2])

Obiit Varsaviae 1780. [3])

---

[1]) Epla dd. Varsav. 9 Junii 1768 ad Capitulum scripta nunciat: se super vinculo spiritualis matrimonii, cum perdilecta sponsa sua Premisl. contracti, litteris S. Pontificis dispensatum, et ad Sedem Posnan. translatum esse.

[2]) In hoc negotio sequentem ad Capitulum dedit eplam (quam Capitulum, quasi promissis diffidens, actis terrestribus inscribi procuravit). „Mimo uczynionej JWWMM Panom przez Pana Kotwicza relacyi z powodu statecznego przywiązania mojego ku dawnej oblubienicy mojej, i partykularney ku JWW MMPanom uprzeymości wziąłem przedsię rezolucyą kazać im wypłacić na kielich złoty czerwonych złotych trzysta, pro usu vero apparatuum czerwonych złotych sto, o czym praesentibus mam honor JWWPP. donieść z upewnieniem, że im Suma ta niezawodnie z remanentow moich w biskupstwie pozostałych wyliczona będzie. Zostaję tymczasem constanti propensione Illmarum, perillustrium Rmarum DD. VV. addictmus ex corde frater devotus Servitor Młodziejowski B. P. K. W. K. Z Warszawy d. 22 Sept. 1768. P. S. Bylem tylko remanenta sprawiedliwe odzyskał disponam natychmiast, żeby z nich wspomnione czerw. zł. czterysta do Zakrystyi JWWMM Panow wyliczono. Calix iste in gazophylacio nostro superest.

[3]) Exequiae ejus funebrales Varsaviae 1 April 1780 Rege praesente celebrabantur in Collegiata ad S. Joannem. Concionem funebralem dixit Carolus Wyrwicz, ejus successor in abbatia Hebdoviensi, quae typis quoq vulgata est.

DOCUMENTA AD EPISCOPATUM

JOSEPHI THAD. KIERSKI,

ex actis ejusdem connotata.

I 1770. 30 Mart. Erectio confrater. S. Joann. Nepom. M. in eccla paroch. villae superior. Krościenko.

II 2 Maji. Erectio confratern. SS. Cordis Jesu in eccla S. J. Krosnen.

III 1772. 22 Maji. Eccla paroch. in Albigowa Cancellariatui Collegiae Jarosl. incorporatur.

IV 1772. 3 Aug. Erectio ecclae paroch. in Wołkowya.

V 1772. 15 Jun. Reductio obligationum Colleg. Vicar. cathedr. Prem.

VI 1772. 8 Julii. Reductio obligationum favore Vicar. Brzozow.

VII 1772. 22 Maji. Erectio confrat. SS. Trinitt. in eccla Tyczyn.

VIII 1773. 9 Jul. Erectio praebendae SS. Rosarii in Polana.

IX 22 Octob. Erectio ecclae paroch. in Turka.

X 20 Decemb. Ad ecclesiam paroch. in Zarszyn, hucusq Collegio Krosn. S. J. incorporatam, parochus saecularis instituitur.

XI 1781. 2 Oct. Erectio confrat. SS. Trinitt. in eccla Babicen.

XII 25 Octob. Erectio domus sororum charitatis in Przeworsk.

LI. JOSEPHUS

THADDAEUS De KIEKRZ

K I E R S K I

STEMM. JASTRZĘBIEC

E. P.

1768—1783.

Contemporanei:

Rex Pol.	R. Pontif.	Prim. R. P.
Stanisl. Aug.	Clemens XIII.	Gabriel Podoski
Ab anno 1772	† 1769.	† 1776.
Regina Galiciae	Clemens XIV	Ant. Ostrowski.
et Lodomeriae:	Pius VI. 1774.	
Maria Theresia		
Rom. Imp. vidua		
† 1780, cui		
succesit:		
Josephus II		
Rom. Imp.		

Archi. Epp. Leop.

Venc. Hier. Sierakowski † 1780.

Ferdin. Onuph. Kicki.

Kiersciorum domicilium major Polonia est. Josephus Thaddaeus Kierski [1]) fuit filius Michaëlis. Mater ejus de nomine ignota) erat germana soror Stanislai Hosii, quondam suffraganei Premisl., dein eppi Livoniae, serius Camenecen., tandem Posnaniensis, qui a fratre celeberrimi,

ac de eccla catholica optime meriti Cardinalis, Stan. Hosii, eppi Varmien., originem ducebat.

Josephus K. juvenis ab avunculo suo, tunc Eppo Camenec. Augusto II R. P. commendatus, ad institutum militare Varsaviae susceptus est. Cum vero magis se ad militiam spiritualem divinitus vocatum persentisceret, relicto memorato instituto, ac studiis pro statu sacerdotali absolutis, ab eodem avunculo suo, tunc jam Eppo Posn., die 12 Julii 1733 tonsuram et quatuor minores ordines accepit. Mox eodem anno, absente avunculo, a Luca Wielowiejski, Eppo Cambysopolitano, et Suffraganeo Posn., ad s. ordines majores usq ad presbyteratum inclusive promotus est. Cum in curia eppali Posn. praxin fori ecclesiastici per aliquod tempus combibisset, praelaturam Custodiae, tum Praepturam in Capitulo Posnan. obtinuit. Paulo post, intercedente avunculo, a Sede Aplica Eppus Bolinensis, et Suffraganeus Posnan. renunciatus est. Qua Vicarius generalis Eppi Posn. e speciali ejus delegatione dioecesim canonice visitavit. Spes ei etiam affulgebat obtinendae Coadjutoriae eppatus Posn. cum jure successionis; ast mors Stanislai Hosii, anno 1738 fatis sublati, consilia hujusmodi dissipavit.

Theodorus princ. Czartoryski, qui Hosio in cathedra Posn. successerat, cum lubens curiae suae Vicarium generalem praefecisset, at ipse munere hoc recusato, et a strepitu mundano secedens, per plures annos totum se

---

[1]) Vid. biographia ejus a Venc. Ant. Betański gallico sermone scripta, quae in Archivo hujate superest s. t. „Eloge hi„storique de Son Excellence Monseigneur le Comte (?) de „Kiekrz Kierski, Eveque de Premislie, Chevalier de l' or„dre d' aigle blanc, çi devant Senateur de la Republique de „Pologne, et Secretaire de la Couronne, par son très soumis „serviteur Ant. Venceslas Betański MS. 1780. 4o.

studiis sacris et profanis, utiliumque librorum, praesertim SS. Patrum lectioni, impendit, donec 1759 agente Vladislao Lubieński, AEppo Gnesn. ab Augusto III R. Pol. ex his tenebris extractus, et major regni Secretarius nominatus est. Stanislaus Aug. R. P. eum insignibus ordinis aquilae albae decoravit, at in adipiscenda sede episcopali fortunam tardam experiebatur, nam anno 1764 eppatus Premisl, quem desiderabat, Valent. Wężyk datus est, Eppatus vero Chełmen. post hunc Felici Turski obtigit. Anno 1766 rursus eum spes nanciscendi eppatum Prem. fefellit, qui Andreae Młodziejowski collatus fuit. Anno demum 1768 blandior fortuna ei arrisit, nam post ascensum Młodziejowski ad eppatum Posnan. tandem Eppus Premisliensis [1]) nominatus est.

Tempus quo ad Dioecesin accessit, fuit turbulentissimum, et res Polonae tum plane pessum ibant.

Russorum copiae, quae a longo tempore in Polonia stativa habebant, bellum gerebant cum confoederatis Barensibus, utrique autem violentiis et omnis generis exactionibus incolas ultra modum gravabant.

Quoniam curia eppalis Premisliae a militibus Russis occupata tenebatur, Kierscius, sponsa sua nondum salutata, Brzozoviae subsistere cogebatur, sed nec ibi pacem invenit, cum submontana terrae Sanocensis confoederatis scaterent. [2])

---

[1]) Litterae nominationis (in quibus Stanislaus Aug. eum de se et de eccla optime meritum vocat), dd. Varsav. 5 Mart. 1768 ad Capitulum Prem. directae, in autographo supersunt. Acceptas a Clemente XIII confirmationis bullas Kierscius litteris dd. 10 Jun. 1768 Capitulo intimavit, ac die 16 Junii ejusd. anni in persona sui procuratoris, Antonii Tropp. Canci Prem. et ecclae cathedr. Poenitentiarii, inthronizatus, d. 2 Aug. 1768 Brzozoviam venit, ubi d. 26 Aug. e. a. jurisdictionem suam fundavit. (Vid. Acta eppatus ejus).

Igitur, calamitatibus cedendum ratus, insuper affectam valetudinem refocillaturus, administratore spiritualium et temporalium constituto extra regni limites secessit.[3])

Reversus, domestica negotia nihilo, quam reliquerat meliora offendit; nam confoederatus miles in bonis eppalibus varii generis emunctiones continuabat, nec ipse Eppus, a vexationibus et concussionibus liber fuit,[4]) ad quas

---

[2]) De origine hujus confoederationis vid. dicta sub Młodziejowski. Scopus ejus erat defensio libertatis politicae et religiosae per Russos in discrimen adductae. Confoederati in campestribus potentiae Russiacae resistere non valentes, ad submontanas Carpathicas regiones se receperunt, cum autem Russi eos huc quoq insecuti sint, Dioecesis nostra, praesertim terra Sanocensis, triste belli theatrum facta est.

[3]) Per Hungariam primum in Germaniam, inde in Italiam profectus est. Rediit per Galliam et Belgium foederatum. Diarium hujus itineris, a 2 Sept. 1769 usq ad 20 Sept. 1771 protracti, ab ipsomet Eppo conscriptum est, cujus exemplar MS. in bibliotheca Capituli reperitur. Brzozovia discedens pro Dioecesi administratorem in spiritualibus temporalibus constituit Antonium Urbański, Cancum cathedr. Cum autem Venetiis ejus mortem comperisset, munus hoc ad Anton. Tropp transtulit, Stanislaum Wykowski vero, qui illud post obitum Urbanscii interim Capitulo ita volente adimplebat, Suffraganeum suum nominavit. Vid. eplas dd. Venet. 12 Januar 1770, et dd. Romae 28 Mart. 1770 ad Capitulum datas. Post reditum rursus a Dioecesi ad tempus abfuit, nam in Actis Consist a 31 Jul. usq. ad 14 Octob. Ignat. Kierski, Cancelarius cathedr. cognatus Eppi, qua „Administrator eppatus generalis occurrit.

[4]) En litteras Eppi ad Mich. Pac, Mareschal. Confoederationis, directas: „JW Mości Dobrodzieju! Niesłychany od „wiekow proceder, ktory się stał zemną w rezydencyi Bpiey „mam honor donieść JW. P. Dobrodz., że JP. pułkownik Ru„dnicki z ordynansu, iak sam powiadał, a ktorego ia niewi„działem, IMć Pana Sarnowskiego, ziechawszy d. 23 prae„sentis do Brzozowa miasteczka mego z swoją diwizyą, pro„ponował mi nayprzód, abym akces do generalney konfe„deracyi według podaney kopii własną napisał i podpisał rę„ką, tudzież 2000 czerwonych złotych wyliczył, inaczey tego „nie uczyniwszy, miał mieć od pomienionego J. Pana Sarnow„skiego dispozycyą, aby mię pod wartą zaprowadził do Lanc-

declinandas, aut saltem mitigandas confoederationi accedere coactum se sensit.[5])

„korony. Ja co do pierwszey propozycyi akces już chcia„łem podpisać, ale onego akceptować nie chciano bez zwyż „wyrażoney Summy pieniędzy. Nakoniec spuścił J. P. pułko„wnik Rudnicki proponuiąc, abym 500 czerw. zł. w gotowi„żnie wyliczył, a na drugie 500 dał kartę na siebie. Expli„kowałem się Jego Mości, że ia z żadnego obowiązku nie „iestem obligowany tych pieniędzy dawać, ani z ułożenia ta„ryffy komisarza ziemiańskiego, ani z żadnego palcta, iak „zwykły na podatki bywać wydawane, nie pochodzą. Na to „JP. Rudnicki inney mi nie dał repliki, tylko, że czyniąc or„dynansowi zadosyć musi mię pod aresztem prowadzić do „Lanckorony, iakoż dnia dzisieyszego od rana toż samo ze„mną wykonał w assystencyi woyskowey z mego wyprowa„dziwszy mię domu. Nie chcę ia okrucieństwa tak niesłycha„nego gwałtu, ktory się stał zemną, exagerować, bo ten de„likatne serce JWMPana i godnych Jego JWWMM konsilia„rzow, w wolnym narodzie urodzonych rowno ze mną wiem „że przeniknie, ile Tych, którzyście edyktem przeszłorocznym „surowo zakazać raczyli, iako też i prześwietna kommissya „woyskowa prześwietną generalnością autoryzowana zakaza„ła dóbr nawet dyssydentskich ani adherentow agrawować, „cóż dopiero osób, w godności postanowionych, do niczego „się nie interessuiących, i w domach spokoynie siedzących, „aresztować? Jeżeli gorliwość Prześw. Generalności zasadza „się na obronie wiary, wolności i prawa koronnego, iakżeby „to można kombinować, kiedy co do wiary Bpa z swoiey „diecezyi, co do wolności, wolnego obywatela i Senatora, co „do prawa, nickonwinkowanego o żaden kryminał, za to „szczególnie, że wymuszoney summy pieniężney, nie będąc „nic winien, wyliczyć nie mogł, z własnego domu brać gwał„townie, i w areszcie wywozić do fortecy! Coż na to rzecze „uniwersalność? Co prywatni po woiewodztwach ziemianie? „wnosząc sobie, że kiedy Biskup i Senator nie jest bespiecz„ny osiedzenia się w własności od komend konfederackich „dla wymuszanych bez fundamentu pieniędzy, toć i oni dla „siebie podobnie niepomyślney obawiać się będą konsekwen„cyi, a z źle zażytey IMściow Subalternow, od Zwierzchno„ści sobie powierzoney, komendy spadać może na przeświet. „Generalność in publico censura, lubo w swoich uniwersa„łach dosyć wyraźnie wszelkich po kraiu zakazała gwałto„townośći. Tak tedy pokrzywdzony na honorze, laty przyci-

Tandem luctuosa catastrophe, diu ante praevisa, pri-

„śniony, i w słabym zdrowiu zostaiący czynię rekurs do spra-
„wiedliwości JWPDobrodzieja i JWWMciow konsyliarzow
„sentymentow, abyście mię nayprzód od uciążliwego raczyli
„naywyższym ordynansem uwolnić aresztu, a te niedyskre-
„tną ordynansu JP. Sarnowskiego porywczość, od Ich inten-
„cyi zawsze daleką, poskromili. W czym et mihi et nomini
„Vestro date gloriam. Zostaiąc w szczególności z powinnym
„uszanowaniem JWMPana Dobrodz. Szczerze życzliwym i nay-
„przychylnieyszym Sługą: Kierski B. P. w Brzozowie 27
„Jan. 1772."

[5]) Vid. quoque Eplan. M. Joan. Pac, Mareschalci confoederationis generalis dd. 5 Mart. 1772, tenoris sequentis: „JWMości X.
„Biskupie Przemyski, wielce miłościwy Panie i bracie! Jak
„wysoką sprawił nam satysfakcyą list JWPana, w ktorym
„sowite łączysz nam upewnienie raz w przesłaniu autentycz-
„nego ad actus nostros accessu, drugi raz donosząc de dono
„charitativo, sam JWWM. Pan naylepiey wnosić możesz z o-
„gólney chęci naszey, mieć iak nayliczniejszych zacnością
„i kredytem distingwowanych do tak świętego publiczney o-
„brony dzieła łączących się obywatelów. Nie mieliśmy nigdy
„woyny ani więcey świętey, ani więcey sprawiedliwey. Co-
„kolwiek w narodzie naszym liczy się kardynalnym, to wszyst-
„ko jest z gruntu wywróconym. Religia, wolność i niepodle-
„głość zostały się już prożne tylko imiona. Nie potrzeba do
„tego dowodow, bo od gwałtowney pod bronią nieprzyjacicl-
„ską konwokacyi każdy krok nowych uciskow daie świadec-
„two, a manifesta nasze, krwią częstokroć skropione, czynią
„prawność bezprzestannych reklamacyj. Te usiłowania nasze
„widzieć wsparte akcessem Senatora i Biskupa, tey w kre-
„dycie i sentymentach distynkcyi, iest to pomnażać nam o-
„kazałości, oyczyznie nadziei. Przykład Jego utinam mogłbydź
„wielu innym iak nayskuteczniejszy! Żądaną przez JWPana
„libertacyę chętnie przyłączamy, i w każdym czasie, w kto-
„rym nad proporcyą powszechnego ciężaru z nieregularności
„samych subalternow krzywda iaka i aggrawacya dobrom
„staćby się miała, zawsze JWPan za pierwszym do rady
„woyskowey nadgłoszeniem się niezawodną mieć będziesz
„sprawiedliwość. Powtarzamy raz ieszcze nayzupełnieyszą
„z wspólnych znami teraz intencyj JWMPana satisfakcyą z u-
„pewnieniem wysokiego szacunku i poważania, z ktorym ie-
„stem JWMPana i brata uprzeymie życzliwym bratem i uni-
„żonym sługą: Michał Jan Pac M. G. K. G. W. X. Litt.

ma scil. regni Poloniae partitio, A. D. 1772 supervenit, [1]) qua provincia Russiae rubrae, et cum ea dioecesis nostra Premisliensis terris Augustissime domus Austriacae incorporata [2]) eo ipso vero ejus nexus cum provincia ecclesiastica Gnesn. sublatus est.

Nunc primum Kierscius otium nactus est sponsam suam visendi, et negotiis dioecesis liberius vacandi.

A. D. 1775 epistolam pastoralem ad clerum dioecesanum direxit, qua praesertim Decanis ruralib. diligentiam in adimplendis officiis et visitandis ecclesiis commendavit. [3]) Anno sequenti palatii eppalis, per Russos desolati, reparationibus peractis, Premisliam advenit, et more majorum solennem ingressum ad ecclesiam cathedralem peregit. [4]) Mox eo ipso anno Jubilaeum majus cum clero et populo suo devotissime celebravit, verbo et exemplo confratribus suis praelucens, dum non tantum numerosis popu-

---

[1]) Tres finitimae Monarchiae Austria, Russia et Borussia ad varias provincias Poloniae, viribus exhaustae, praetensiones formarunt. Augustissima domus Austriaca nomine coronae Hungaricae et Bohemicae manifestum Sermone gallico publicavit, quod in Prolegomenis sub I commemoratnm est.

[2]) Vid. Manifestum Aug. Mariae Theresiae, Rom. Imperatricis viduae dd. 11 Sept. 1772. Terris aequititis nomen Galiciae (Haliciae) et Lodomeriae (Vladiminiae) inditum eo quod olim reges Hungariae etiam titulum regum Galiciae et Lodomeriae gesserint. Administratio provinciae Joanni Antonio Comiti a Pergen cum titulo Commissarii regii confisa, quem anno 1774 Henric. Comes de Auersperg, anno 1780 Josephus Comes Brigido excepit. Mandato dd. 29 Decemb. 1773 AEppus Leopol., Epus Prem. et Decani utriusq Capituli vocati sunt, ut Augustiss. Imperatrici in persona. Ejus Commissarii homagium cum iuramento fidelitatis praestarent.

[3]) Vid. hanc encyclicam typis impressam in collectione circularium in Archivo consist.

[4]) Ingressum hunc Sabbato, die 1 Junii 1776 fecit, qua occasione a Stephano Groth, custode cathedr., nomine Capituli salutatus fuit. Vid. Acta Cap. ex anno cit.

lis ad ecclam cathedralem undique confluentibus confirmationis Sacramentum indefesse administrabat, sed et confessiones excipiebat ac verbum divinum zelose praedicabat. [1])

A. 1777 visitationem ecclae cathedralis instituit, editoque memorabili reformationis decreto opus feliciter coronavit. [2])

Ecclas Decanatus Brzozov. per Adalb. Rychlewski, [3]) Decanum illius districtus, parochiam Łancut, per Vencesl. Betański, [4]) Convtum ord. S. Brigittae Samboriae per Ant. Tropp, [5]) Cancum cathedr., visitavit. Obligationes Capitulo cathedr., Collegio Vicar. Premisliae et Brzozoviae ex variis fundationibus adhaerescentes auctoritate Aplica reduxit. [6]) Capellanias in Wolkowya et Turka parochias fecit, [7]) beneficium in Albigowa Cancellariatui Collegtae Jarosl. incorporavit, [8]) ecclam Zarszyn., sublatis Jesuitis, saeculari parocho providit. [9]) Ad ecclas in Tyczyn [10]) et

---

[1]) V. Betański, Eloge historiq. etc.

[2]) Visitationem hanc teste Betański in MSo cit. post absolutum Jubilaeum, anno 1777 auspicatus est, sed ob pectoris infirmitatem, (cujus curandae gratia ad aquas Spaaënses proficisci debuit), interrupit, póst reditum vero ad finem perduxit. Extat liber hujus visitationis, et ad calcem ejus legitur reformationis decretum ex anno 1780, quod una cum Sierakoviano quodammodo supplementum Statutorum Capituli cathedr. constituit.

[3]) Erat is Decanus Brzozov., liber visitationis ab eo anno 1775 peractae, extat in Archivo Consist.

[4]) Vid. Act. eppal. sub 9 Mart. 1781.

[5]) Acta Cons. sub 30 Decemb. 1777.

[6]) Vid. librum s. t. „Votivae et Anniversaria Capituli juxta reductionem, quam Michaël Romanus de Sierakow Sierakowski Eppus Prussen. Suffr. Prem. auctoritate Ill. ac Rmi D. Josephi Thad. de Kiekrz Kierski E. P. A. D. 1780 peregit. Porro Act. Cons. sub 15 Jun. 1772 et 8 Jul. 1772.

[7]) Vid. docum nr. IV et IX.

[8]) Vid. doc. nro III.

[9]) Vid. doc. nro X.

Babice [1]) confraternittes SS. Trinitt., ad ecclam in Krościenko confrat. S. Joannis Nepom., [2]) ad ecclam S J. in Krosno confratt. SS. Cordis JES., [3]) ad ecclam in Polana praebendam rosarii BMV, in oppido Przeworsk institutum sororum charitatis cum nosocomio erexit. [4])

Frontem ecclae cathedr. aëris injuriis laesam refecit, conclave ad latus ejusdem ecclae pro sessionib. Capituli, scamna et confessionalia pro ecclesia adaptavit, [5]) turrim cathedralem interiori apparatu instruxit, et campanas fulcris quercinis providit. [6]) Seminarium dioecesanum, domum vicarialem et xenodochium cathedrale novo tecto operuit., [7]) Collegiatae Brzozov. tectum lamineum reparavit, ecclam lapideo pavimento stravit, gradus majoris altaris, nova scamna et confessionalia comparavit. [8])

Nihil non egit, ut statum bonor eppalium, et sortem subditorum efficeret meliorem. Brzozoviae palatium eppale cum mansionibus hospitum (officyny) de novo aedificavit. In Radymno, Jasliska, Rowne aedificia instauravit, ubique aptiorem rei oeconomicae administrationem introduxit. [9])

---

[10]) Vid. doc. nro VII.
[1]) Vid. doc. nro XI.
[2]) Vid. doc. nro I.
[3]) Vid. doc. nro II.
[4]) Vid. doc. nr. VIII et XII.
[5]) Betański: dans l'Eloge etc.
[6]) Idem. Turris Capituli Sumtu fuit aedificata, internae adaptationis impensas Eppus tulit.
[7]) Idem Betański in MS. laudato.
[8]) Idem ibid.
[9]) Idem ibid. In bonis Łukawiec, rusticis de laborum multitudine querulantibus, Eppus lustrationem agrorum et laborum subditalium disposuit, qua peracta obligationes eorum moderatus est. Plebs hac reductione non contenta, et a malevolis instigata, ad C. R. Gubernium, et ab hoc ad aulam Vienn. appellavit. Commissio Imperatricis jussu assumta ostendit, sub-

Sub ejus praesulatu dioecesis multas et magnas subiit mutationes.

A. D. 1772 celeberrima in orbe cathol. Societas JESU a Clemente P. XIV sublata est. [1])

Limites dioecesani jussu c. r. Gubernii civilis Austr. notabiliter protensi sunt; siquidem partes dioecesis Chelmensis et Cracov., intra cordonem Austriacum sitae, ad tempus jurisdictioni eppi Premisl. subjectae fuere.[2]) Viceversa vero potestas et praerogativae ecclesiae angustissimis terminis circumscriptae sunt, praecipue ex quo, defuncta Maria Theresia, [3]) ejus filius Josephus II Rom.

---

ditis nullam injuriam illatam fuisse, et machinator controversiae poenae promeritae subjectus est.

[1]) Vid. bullam Clementis XIV: „Dominus ac redemtor noster etc.

[2]) Cum Eppus Cracov. Cajet. Ign. Sołtyk morbo psychico laborare coepisset, Ludovicus Comes a Dietrichstein litteris, ad Coadjutorem Eppatus Prem. Ant. V. Betański dd. 16 Martii 1782 directis, significavit: Aug. Imperatorem die 5 m. c. disposuisse: ut cisvistulana Dioecesis Crac. pars ad eum modum administraretur, acsi sedes eppalis vacaret. Cumq Capitulo Cracov. jus, partem Dioecesis in his regnis sitam procurandi, concedi nequeat, partem illam proximo intra haec regna degenti Eppo interim gubernandam committi debere ideoq Eppo Premisl. administrationem spiritualium dicti territorii ea cum commemoratione tradi ut officiali Eppi Cracov. Joanni Duval, Tarnoviae residenti, suo nomine necessariam jurisdictionem impertiatur. (Debebat ergo subdelegare potestatem, qua ipse carebat! De Summo pontifice in hoc negotio regulando plane non fuit cogitatum). Perplexitate, sibi per civile Gubernium parata, Eppus Premisl. erecto 1785 Eppatu Tarnoviensi in parte tantum extricatus est; nam ecclae a Dioec. Chelmensi segregatae (de quib. vid. dicta in Proleg. § III s. I), nec ab Ordinario suo Eppi Prem. jurisdictioni cessae, ab hoc, deficiente consensu S. Sedis Aplicae, contra jus fasq regebantur.

[3]) Obiit 29 Novemb. 1780. Jam sub ejus regimine praerogativae Cleri et ecclae catholicae arctioribus limitibus circumscribi coeperunt. Nam praeter festorum diminutionem (vid. patentale dd. 10 Nov. 1773), quae tamen cum assensu S. Sedis

Imperator terrar haereditariarum Aug. domus Austriacae regimen adgressus est.

Hic monarcha bullas et rescripta Rom. Pontificum, etiamsi argumenti mere dogmatici essent, sine caesarei gubernii licentia et approbatione (placetum regium vulgo vocant) publicari aut exequi vetuit, [1]) controversias quascunq de bulla „Unigenitus“ contra Jansenistas edita prohibuit, [2]) recursus ad Curiam Romanam interdixit, et eppis, ut a quibusvis impedimentis matrimonialibus vel constitutionibus canonicis propria auctoritate dispensarent, mandavit. [3]) Praeterea omnem nexum regularium cum eorum superioribus, Romae residentibus sustulit, [4]) altaria privilegiata abrogavit, [5]) Sanctorum reliquias more ecclae universalis inter luminaria exponi, aut fidelium osculis honorari vetuit, [6]) causas matrimoniales ad forum civile transtulit, epporum dispositiones et litteras pastorales Guber-

---

Aplicae facta est, jus asyli ecclesiastici (2 Decemb. 1775), et jus acquirendi bona imobilia (18 Jul. 1775) restrictum, clericis confectio alienorum testamentor. prohibita (31 Dec. 1774), et Superioribus Religiosorum professiones adspirantium ante 24tum aetatis annum excipere (13 Sept. 1774) vetitum est. Ulterius sine dubio progredi optabat factio Naturalistarum, religioni et ecclesiae cathol. inimicissima, quae ex Gallia per omnia Europae regna diffusa, etiam in terris Austriacis rapidos progressus fecerat, ac inter viros, in summis dignitatum muneruumq gradibus positos, multos patronos nacta fuerat. At vivente Imperatrice, quae ecclesiae catholicae intime addicta, vereq pia, ac omni virtutum genere conspicua erat, factio haec ad exequenda consilia sua nonnisi cum summa circumspectione procedere poterat.

[1]) Patent. dd. 26 Mart 1781.
[2]) 27 Nov. 1782.
[3]) 21 Sept. 1781.
[4]) 24 Mart 1781. Ab hoc tempore regulares jurisdictioni Epporum dioecesanor. etiam in negotiis, internam ordinis disciplinam attinentibus, subditi sunt. Patent. 11 Mart 1783.
[5]) 7 Aug. 1787.
[6]) 21 Jun. 1784.

nii saecularis censurae subjecit,[1]) deniq quascunq leges ecclesiasticas, cum his novellis potestatis temporalis dispositionibus discordantes, pro antiquatis, abrogatisq haberi, et in respectivis libris (breviariis, missalibus, regulis monasticis) abradi aut charta alba, glutine linita, obtegi voluit.[2])

His aliisq ordinationibus, novo systemati Justini Febronii superstructis, eccla omni fere autonomia exuta, et epporum potestas fere tantum ad forum internum restricta fuit.

Cuncta simplicia beneficia sublata,[3]) omnes piae confraternitates abolitae,[4]) multa utriusq sexus monasteria suppressa sunt.[5]) E proventibus horum institutorum et fructibus beneficiorum vacantium fundus religionis formatus est, cujus administratio civili Gubernio commissa.[6])

Ipse Pius P. VI, ut Imperatorem ab hujusmodi coeptis reduceret, A. D. 1782 iter Viennam, effectu tamen nullo, suscepit.[7]) Venerandus senecio non tantum ab au-

---

[1]) 26 Mart. 1782. 20 Febr. 1782. 4 Aug. 1782.

[2]) 14 Aug. 1782.

[3]) 4 Oct. 1782. 7 Mart. 1785.

[4]) 28 Sept. 1782. Loco abragatarum confraternitatum regimen caesareum novam sodalitatem „activae proximi charitatis“ introduci jussit. At haec, nostris saltem in regionibus, nullos reperit sectatores. Etiam confraternitates sacerdotales (de quib. v. dicta sub Sierakowski) abolitae sunt, relicta singulis membris facultate ad dictum novum sodalitium accedendi.

[5]) Initium factum est a monasteriis monialium. Decreto caes. dd. 6 Sept. 1782 virgines S. Dominici Premisliae, Sti Benedicti Jaroslaviae et S. Brigittae Samboriae sublatae sunt. Eodem tempore Missionariis congr. S. Vincentii a Paulo, vetitum est, officium suum exercere i. e. pro missionib. excurrere, magno sane plebis catholicae in montanis inter Ruthenos dispersae praejudicio.

[6]) Pat. 27 Mart. 1782. 26 Oct. 1784.

[7]) Die 27 Febr. 1782 Roma digressus d. 22 Aprilis rediit. Vindobonae praesens a novi systematis Febroniani zelatori-

lae ministris inhonorifice tractatus, sed et in publicis pagellis cavillationibus incredulorum impetitus fuit. Eo minus epporum, de laesione jurium ecclesiae conquerentium, gravamina audiebantur. [1])

Haec omnia pium Kierscii animum, longe aliis ideis a tenera aetate enutritum, non poterant non summa amaritudine afficere, praesertim, cum novi gubernii dispositiones inde ab anno 1774 teutonica lingua, quam nec episcopus, nec clerus et populus callebant emitterentur.

Senii insuper incommodis pressus Coadjutorem eppatus poposcit, ut a strepitu mundi remotus, rebus divinis majori otio vacare, et se ad felicem obitum disponere posset. [2])

Post instantes preces Coadjutor cum jure successionis in persona Antonii Vencesl. Betański ipsi obtigit, cui illico regimen dioeceseos commisit. [3])

---

bus pagellis in lucem publicam emissis, nemine contra hiscente, impetitus est.

[1]) Duo tantum erant Praelati, qui se his innovationibus opponere ausi sunt, sc. AEppus Strigon. R. H. Primas de Bathiany, et AEppus Mechlinien. in Belgio Austr. Cardinalis de Frankenberg, reliqui vocem elevare non ausi statum ecclesiae secretis gemitibus lugebant.

[2]) Jam anno 1775 dd. Brzozov. 30 Martii Imperatrici humiliter supplicavit, ut sibi Coadjutorem eppatus cum jure successionis assummere liceret, ne ob provectam pastoris aetatem grex obsequiis debitis destituatur, et ut hujusmodi coadjutor „prudentissima Sacratissimae Majestatis mandata“ debite exequatur. Diffidens autem successui precum, si quem e terrigenis pro hac dignitate proposuisset, Antonium Venc. Betański, natione Bohemum, Canonicum Reginaehradecensem et Vetero boleslav., Praeptum Tyczynensem, pro ea commendavit, qui 20 annorum spatio gravissimis negotiis in Polonia adhibitus, linguam et mores gentis probe cognoverat, pietate, morum integritate, prudentia et experientia publicam aestimationem lucratus est.

[3]) Ad preces antec. nota memoratas, et sub 22 Nov. 1776

Obiit Brzozoviae 16 Januar. 1783, et benevolentiam suam erga ecclam cath. ac Capitulum etiam extremae vo-

---

iteratas, nullum responsum accepit. Cum autem 1779 Venceslao Hier. Sierakowski, AEppo Leop., Coadjutorem (Ferd. Onuphr. Kicki) obtinere successisset, hoc eventu animatus, Imperatricem tertia vice petitione, gallico sermone scripta, compellavit, Betanscium Coadjutorem sibi adjungi instantissime supplicans. „Je supplie (ait) Votre Majesté très humble„ment d'etre assurée, que ce n'est aucune affection personel„le, qui me porte a persister dans mes sentiments pour cet „Ecclesiastique, mais le seul mouvement de ma conscience, „qui ne sçaurait me permettre de proposer un autre, quique „ce soit. Si Votre Majesté daigne m'accorder cette grace, „Elle connoitra dans peu, qu'Elle n'aurait pû la placer sur „un sujet plus digne pour le bien de la religion, ainsi que „pour le service de Votre Majesté.“ (Humillime supplico, ut Majestas vestra certissime sibi persuadeat, me nulla affectione personali duci, ut opinioni de hoc sacerdote conceptae inhaeream, sed in hoc negotio unice vocem conscientiae meae sequi, quae me alium quemcunq Majestati Vrae proponere, non permitteret. Quodsi hanc gratiam impetravero, Majestas Vra mox cognoscet, eam digniori subdito, et viro tam rebus religionis, quam servitiis Majestatis Vrae, promovendis habiliori conferri non potuisse. „Egregia sane laus, nisi ex ipsius Betanscii calamo profluxisset; nam quae supersunt harum litterarum exemplaria, ejus manu exarata sunt. Imperatrix, hac vice, precibus Eppi aurem praebens, rescripto dat. 5 Aug. 1780 ei per Josephum Comitem Brigido significari jussit: „dass er nunmehr wegen dieses seines Coadjutoris mittelst „seiner eigenen in Derley Fällen gewöhnlichen, und mit den „geziemenden Motivis begleiteten Bitte sich an den römischen „Stuhl zu wenden, und seine diesfällige Bittschrift durch die „k. k. Spedizionerie einreichen zu lassen habe.“ Pius P. VI Betanscium Episcopum Tiberiadensem, et Coadjutorem eppatus Prem. cum jure successionis dd. Roma 4 Non. April. 1781 creavit, eiq, attento eo, quod Eppus Prem. ob tenuitatem proventuum Coadjutori suo congruam praebere non posset, facultatem dedit, beneficia, quae tum possidabat, scil. Canonicatum Reginaehradecens., Praepturam Tyczyn, beneficium paroch. in Słocina, Premisl., et in Goniądz, dioec. Vilnensis, retinendi. Die 19 Aug. 1781 Kierscius hunc Coadjutorem suum in eccla PP. Paulinor. Starawieś. assistentibus Melchiore Joan. Kochnowski, Chelmensi, et Michaele Rom. Sierakowski,

luntatis dispositione testatam reliquit. [1]) Quiescit in eccla cathedr. sub Capella S. Crucis.

Premisliensi Suffraganeis consecravit, eiq 24 Sept. 1781 administrationem bonorum mensae eppalis commisit. Anno 1782 in festo S. Joann. Bapt. Coadjutor in ecclam cathedr. Premisl. sollenniter introductus est, pro quo actu Kierscius dd. Brzozov. 19 Jun. 1782 programma praescripsit ac publicavit. Vid. quoq Ignatii Jarocki (Exjesuitae, et postea Parochi in Drohobycz) „salutatio Ant. Venc. Betański, cum primum ca„thedram Premislien. eppatus Coadjutor adiret.“ Leopol. 1782 in 4o.

[1]) Capitulo 20,000 fl. pol. pro Anniversario, nosocomio presbyterali Premisliae (dequo vid. sub Sierakowski) 4000 fl.pol. equos, carpenta, supellectilem domesticam, vasa aenea in braxatoriis, successorib. suis in eppatu Prem., apparatum pontificalem, scil. pastorale argenteum et pelvim pariter arg. cum infusorio, tum vestimenta sacra pretiosioris materiae ecclesiae cathedrali, ea vero, quae vilioris materiae forent, Collegiatae Brzozov. legavit. Bibliothecam suam Missionariis Brzozov., si autem hi abrogarentur, usibus et comodo cleri dioecesani sub inspectione Eppi et Capituli destinavit. Deniq de proventu anni gratiae, massam suam attinente, partem, arbitrio sui in eppatu Successoris definiendam, inter pauperes subditos bonorum mensae eppalis distribui voluit. Substantia post eum derelicta, modica fuit, quod in fine testamenti sui dd. 11 Januar. 1783 conditi ita explicat: „Żeby PP. Executorowie ia„kowey od sukcessorow moich o większości substancyi nad „zwyż wyrażoną, impetycyi i porozumienia nie zaciągnęli, o„świadczam rzetelnie i sumiennie, że iey więcey nie mam; „ponieważ cokolwiek z intraty Biskupstwa Przem. zebrać mo„głem, na reparacyę dóbr stołowych, tudzież na szukanie bes„pieczeństwa w zagranicznych państwach, podczas rewolucyi „konfederackich, iako też na polepszenie zdrowia mego u „wód zagranicznych na dwa zawody, wreszcie na pobożne „uczynki i gratyfikacye zasłużonych, a na ostatek co mieć „mogłem z Opatrzności Boskiey ciepłą ręką rozdałem i roz„dysponowałem.“ Domus ejus ordinatissima fuit. Hospitalitatem avito more ita coluit, ut, qui inde de episcopatus reditibus conjecturam faceret, eos longe, quam revera sunt, ampliores crederet. Hinc memoria ejus, maxime in terra Sanocensi, ubi maximam partem episcopatus sui transegit, diu post fata ipsius perduravit.

LII. ANTONIUS
VENCESLAUS
BETAŃSKI

E. Pr.

1783 — 1786.

Contemporanei:

Galic. et Lod. R.	Rom. Pontif.
Josephus II Rom. Imp.	Pius P. VI.

AEpp. Leopol.
Ferdinand Onuphr. Kicki.

Antonius Vencesl. Betański, natione Bohemus, patria Pragensis fuit.

Canonicus cathedr. Reginaehradecens. et Collegiatae Vetero Boleslaviensis, cum nescio quas partes in Josepho et Leopoldo, Austriae Archiducibus, Mariae Theresiae filiis, educandis explesset, legationi Austriacae in Poionia adjunctus fuit.

Quum porro corporis forma venusta, moribus placidis, linguarum, gallicae imprimis probe gnarus, in litteris ac artibus liberalibus versatus, praesertim artis pingendi peritus esset, benevolentiam complurium istius re-

gni procerum, maxime vero Joannis Clementis Branicki, Castellani Cracov., et supremi regni Mareschalci, lucratus est, a quo beneficium paroch. in Goniądz (juxta urbem Białystok in Dioec. Vilnensi situm), postea praeposituram Tyczyn., et beneficium curatum in Słocina obtinuit.

Post primam terrarum Poloniae inter tres finitimas potentias distributionem Tyczyni sedem suam fixit, ibiq, qua praefati Mareschalci plenipotens, etiam bonorum. ejus administrationem exercuisse traditur.

Hic dum moratur eppus Premisl. Jos. Thadd. Kierski aegritudine animi, ex tot adversitatibus toleratis contracta pressus, annis gravis, et viribus fractus, de Coadjutore sibi adlegendo cogitare coepit. Exigua spes erat, quempiam et Canonicis terrigenis novo gubernio acceptum fore. Igitur ad Betanscium oculos convertit, qui, utpote moribus integer et suavis, polonicae perinde ac germanicae linguae peritus, rerum istius provinciae non minus, quam systematis Austriaci gnarus, utrique parti gratus et commodus fore videbatur. Hunc ergo sibi expetiit stante vita Coadjutorem, et post fata sua successorem, id quod Imperatrix ab initio cunctanter quidem excepit, deinde vero post maturam deliberationem concedendum duxit. [1])

Sic Betansius A. D. 1780 factus est eppus Tiberiadensis in part. inf. et Coadjutor eppatus Premisl., anno vero 1783 defuncto Jos. Kierski gubernacula dioeceseos qua eppus capessivit. [2])

---

[1]) Vid. dicta sub Jos. Kierski.

[2]) Vid. ejus encyclicam ad clerum dioeces. dd. 16 Jan. 1783 qua obitum sui Coadjuti suumq ad cathedram eppalem ascensum notificat.

Primus ejus actus fuit institutio duorum Consistoriorum eppalium, unius Premisliae, alterius vero Zamosciae, quorum utrique certum negotia tractandi modum praescripsit. [1])

In regulatione limitum dioecesis quasdam parochias jurisdictioni AEppi Leop., cessit, alias vero ab eo cessas, suae dioecesi annexuit. [2])

Collegiatam Zamoscen., [3]) ecclam paroch. in Dubiec-

---

[1]) Vid. encycl. dd. 3 Mart. 1783. Consistorio Premisl. Decanatus Pruchnicensem, Jaroslav., Leżayscen., Tarnogrod., Mosicen., Sambor. et Neomestensem, — Zamoscensi decanatus, et parochias haud ita pridem a Dioecesi Chelmensi avulsas, subjecit. Decanatus vero Ressov., Denov., Krosnen. et Sanoc. ob vicinitatem eorum et faciliorem ad Eppum, Brzozoviae ordinarie residentem, recursum, ad officium curiae suae imediate pertinere voluit. Ordinatio utriusque Consistorii ad normam Consistoriorum Austriae et Germaniae facta est. Quodvis eorum constabat Praeside, et 2 assessoribus, e gremio Capituli (sc. Premisl.) respective Collegtae Zamosc. delectis, voto decisivo gaudentibus, tum 2 consultoribus qui examinatorum officio fungebantur, in sessionibus Consistorial. vero votum consultativum tantum habebant, nisi alterutrum ex assessoribus abesse contingeret, quo in casu unus e consultoribus ejus locum cum voto decisivo supplebat. Consistrio Premisliensi Praeses datus est Ignatius Kierski, Cancellarius ecclae cathed., Assesor Anton Tropp, Cancus et Poenitentiarius, alterius nominatione tantisper ulterius dilata. Consultores constituti sunt: Adalb. Rychlewski, S. T. D. Praeptus Mosciscen., et Franc. Borucki, sacerd. cong. miss., Praefectus Seminarii Prem. Zamosciae praesidium Consistorii delatum est Melchiori Kochnowski, Eppo Dionysiensi suffrag. et Archidiacono Chelmen., Canco Zamosc., munus Assessorum: Laurentio Złoba et Gabrieli Kostkiewicz, Cancis Chelm., functio consultorum autem Nicolao Olgierd, et Paulo Karasiewicz S. T. D., Cancis Zamosc. Auditor curiae eppalis Brzozoviae factus est Antonius Golaszewski, Cancus cathedr. Prem. et Praeptus Collegtae Brzozov.

[2]) Vid. quae diximus in Prolegomenis § III sub III.

[3]) Vid. Act. eppatus sub 24 Sept. 1784, ubi post peractam visitationem status Collegtae reformatur et ordinatur.

ko, [1]) et conventum monialium S. Benedicti Premisliae [2]) visitavit. Decanis foraneis pro visitandis ecclesiis novam normam praescripsit. [3])

Reformationes ecclesiasticae, sub ejus antecessore coeptae, [4]) a Gubernio civili rapido cursu continuabantur. Regulares, sublata Generalium suorum potestate, decreto caesareo Epporum jurisdictioni (utique tantum nominali) subjecti sunt, et per commissarios eppales regi coeperunt. [5])

Plura virorum monasteria sublata, [6]) beneficia curata vacantia publico concursui exponi demandata, et clero regulari pro iis concurrendi par cum saeculari facultas concessa est. [7])

---

[1]) Vid. ib. sub 16 Aug. 1783.

[2]) Ibid. s. 15 Jun. 1785.

[3]) Haec norma 14 Aug. 1783 publicata fuit, at quia id sine placeto regio factum est, ideo Eppus eam mox 30 Aug. 1784 nescio an proprio impulsu, an regiminis jussu, revocavit.

[4]) Vid. s. Kierski.

[5]) Vid. s. Kierski. In sequelam decreti aulici dd. 11 Mart. 1783 Religiosis severa sub poena (suppressionis monasterii, ubi secus fieret) inculcatum fuit, ne in excipendis professionibus obedientiam a Candidatis praeposito ordinis generali praestandam exigerent. (Vid. collect. circularium Consistorii ex anno cit. pag. 20). Etiam provinciales ordinum abrogati, quorum loco Commissarii eppales, attamen e numero regularium constituti sunt (ib. p. 10, 11).

[6]) Ex horum numero erant: Conventus Trinitariorum Tomaszoviae (Act. Cons. 24 Mart 1783), Paulinor. in Starawieś, et Carmelitarum excalceatorum Prem. (1784) quorum ecclesia Ruthenis Premisl. pro cathedra assignata est. Dominicani observantes, congregationis S. Bertrandi, in oppidis Sieniawa et Wielkie Oczy, cum ejusmodi congregationes a caesareo regimine non tolerarentur, Episcopo dispensante Dominicanis laxioris regulae accesserunt. (Vid. Act. Cons. 18 November 1783).

[7]) Vid. Act. epp. sub 16 April, 1784.

Suppressis Missionariis [1]) Seminaria dioec. Premisliae et Brzozoviae extincta, Leopoli nova Josephina studiorum nuiversitas erecta, cujus primus Rector magnificus electus est Betanscius noster. [2]) Ibidem Seminarium generale institutum, ad quod non tantum Clerici saeculares trium Galiciae dioecesum suscipiebantur, sed et Religiosorum Conventus alumnos suos educationis gratia mittere obligabantur. [3])

Omnis beneficiorum pluralitas et incorporatio sublata, omnes exemtiones abrogatae. [4]) Parochi ad methodum catechizandi, a Magistro auctoritate regiminis ad id destinato, discendam adstricti. [5]) Clerus non tantum communibus relinquorum statuum tributis subjectus, sed et novis sibi peculiaribas, oneratus. [6])

Has et similes dispositiones Betanscius summa cum reverentia publicabat, et humili submissione in effectum deducebat. [7])

---

[1]) Missionarii anno 1783 aboliti sunt. Aedes eorum Premisliae eppo pro domo correctionis cleri, et domo presbyterali adaptanda tradita fuit, ubi qui in Seminario generali studia absolvissent, ad s. ordines praepararentur.

[2]) Fertur qua Rector sceptra argentea comparasse, quae in solennitatibus academicis a bedellis singularum facultatum Rectori et Senatui academico praeferri consueverunt. Leopoli absens Betanscius partes suas I. B. Finsinger, Professori historiae eccles., sub titulo „*Pro-Rectoris*“ subdelegavit. Nova Universitas die 1 Nov. 1784 aperta est.

[3]) Acta epp. s. 15 Octob. 1783.

[4]) Decret caes. 15 Aug. 1784 10 Febr. 1755.

[5]) Vid. currendas dd. 17 Febr. et 7 Jun. 1785. Joannes Hoffmann, Director scholae primariae Leopoli, (postea Canonicus Metrop.) Galiciam peragrans in civitatibus circularibus methodum catechizandi explanabat, ad quem clerus e circumjectis regionibus confluere obligabatur.

[6]) E quorum numero fuit tributum alumnaticum, pro sustentatione Seminarii destinatum (decret. 22 April 1784) quod usq nunc perdurat, tum subsidium pro fundo religionis a singulis beneficiatis pendendum.

A. D. 1785 intimi aulici consiliarii dignatate deco-

[7]) In Lexico ecclesiastico auctoribus: Wetzero et Welte edito tom XI art. „Wien“ pag. 1051 legitur: Marcus Anton Wittola infutirt Propst von Bienko, passauischer Consist. Rath, und Pfarrer in Propstdorf; Redakteuer der Wiener. Kirchenzeitung, schickt dem „*herzhaften Eiferer für die Kirchenreformation*“ Betański, Bischof von Przemyśl, dem malleus validissimus ultramontanistarum, einen warmen Nachruf ins Grab. At vero Eppus Gołaszewski (quondam Betanscii Auditor curiae) in relatione de statu Dioeces. Premisl. 1805 ad sedem aplicam expedita, narratis innovationibus Josephi II, earumq noxiis consequentiis, subdit: „Tanto eccle„siae malo indoluit praedecessor meus Vencesl. Betański, et „inermis patienter sustinuit, hac una fretus spe, fore, ut haec „omnia cum indulgentia et dissimulatione Sedis Romanae fie„rent, siquieem piis. mem. Sum. Pontifex Pius VI ad initium „capessiti a Josepho II imperii Viennam Austriae profectus, „mentem Augustissimi Imperatoris ultimo in Consistorio Vi„ennae habito laudavit, Ejusdem pietatem commendavit, et „studium religionis approbavit.“ Quantae ex hac inter Pontificatum et imperium discordia collisioni eppus fuerit expositus, quantasq ejus sinceritas tentationes sit experta, sequens exemplum doceat. Quum anno 1782 bullae papales, Betanscii confirmationem pro Coadjutoria eppatus Premisl. continentes, Vienna, placeto adjecto, Premisliam transmitterentur, vetitum est, *ne Coadjutor ante consecrationem Pontifici juramentum fidelitatis praestaret.* In hoc negotio Betanscius ad Ludovicum Comitem Dietrichstein, Leopoli regii Commissarii locumtenentem, dd. Tyczyn 4 Aprilis 1782 ita scribit: „Obedientae ju„ramentum papale quod concernit, illud solito more scripto „et manu propria subscriptum, sigilloq munitum ad Sedem „Aplicam immediate post consecrationem mitti solebat. Ego „autem idem non praestiti, et praemonitus ab Excellentia Ve„stra non praestabo, neq istud juramentum obligare potest, „nisi omnino nihil contra jura status et summi principis con„tineat. *Promotus a Sacratiss. Majestate tanquam subditus „Ipsi soli debeo fidelitatem, et obedientiam,* quam ab incunabulis cordi fixam habeo etc.“ At vero Josephus Kierski E. P. Clero suo sub 19 Aug. 1781 Coadjutoris sui consecrationem notificans, scribit: *„eum juramentum fidelitatis S. Sedi Apli„cae circa actum consecrationis juxta formam litterar. Apli„car. in manibus suis* (Eppi consecratoris) *praestitisse, sua „manu subscripsisse, et in scriptum redactum sigillo suo ob„signasse.*“ Utri harum relationum credendum?

ratus, [1]) at non diu ea fruitus est, siquidem anno proximo 1786, aetatis 72° decessit. [2])

Quiescit Brzozoviae in publico illius oppidi coemeterio.

---

[1]) Cum hoc titulo prima vice 16 Martii 16 Martii 1785 occurrit. (Vid. collect. currend. p. 39).

[2]) Dies 21 Januar. 1786 ipsi postrema fuit. Capitulo cathedrali Summam 10,000 fp. sine ullo onere legavit, quae in fundo publico locata est. Etiam pro schola oppidi Brzozov. legatum reliquit, ex quo ludimagister etiamnum usuras percipit. Eccla cathedralis Prem., et Collegta Brzozov. plures imagines ab eo pictas possidet, e quarum numero est imago Crucifixi in majori altari ecclae cathedr., porro imago Eppi Kierski, et ipsiusmet Betanscii in Sacristia cathedr. appensa. Scripsit vitam benefactoris et amici sui praefati Eppi (vid nos sub Kierski), et quia vivente eo scripsit, magis panegyrici quam historici munere functus est. Quando Coadjutor eppatus factus est, juxta tenorem bullae pontificiae 66 annos natus erat, unde patet, eum septuagenario majorem decessisse.

LIII. ANTONIUS

De GOŁASZE DĄB

GOŁASZEWSKI

E. P.

STEM. KOŚCIESZA.

1786 — 1824.

Contemporanei:

Imp. Rom. et Rex. Gal.	Rom. Pontif.
Josephus II † 1790.	Pius P. VI † 1799.
Leopoldus II † 1792.	Pius P. VII † 1823.
Franciscus II	Leo XII.
(ab an. 1805 I Austr. Imp.	

Archi. Epp. Leop.

Ferd. Onuphr. de Kitki Kicki † 1797.
Cajetanus de Kitki Kicki † 1812.
Andr. Aloys de Posławice Comes Skarbek Ankwicz.

Antonius Gołaszewski in terra Podlachiae villa vero Gołasze-Dąb, quae familiae nomen dederat, circa annum 1745 primam vitae lucem adspexit. Mature parentibus orbus apud Valentinum, fratrem natu majorem, burgrabium castri Mielnic., et praefectum bonor. Rochi Michaëlis

Jabłonowski, Castellani Wislicensis, adolescentiam transegit.

Prima litterarum rudimenta Crosnae apud PP. S. J. didicit, quo tempore tanta aestimatione, tantoq amore erga eos incaluit, ut nisi frater obstitisset, eorum religioni nomen daturus fuisset.

Suscepto apud moxdictum Castellanum Secretarii officio, bis cum eo judiciis tribunalitiis interfuit. At strepitu forensi minime delectatus, ad statum ecclesiasticum animum appulit, ad quem se intima vocatione trahi sentiebat.

Absolutis Cracoviae studiis theologicis, susceptisq s. ordinibus, praesentante supra memorato Castellano 1769 Parochus in Odrzykoń factus est. Josephus Thadd. Kierski p. t. Eppus Premisl. cognita juvenis sacerdotis pietate, integritate et dexteritate eum cum retentione beneficii Secretarium sibi adlegit, paulo post ad Praepturam Collegtae Brzozoviensis, tum ad Canonicatum (fundationis Goźlinscianae) in eccla cathedr. promovit, ac Auditorem curiae eppalis constituit, quo munere etiam sub eppatu Antonii Betański fungebatur.

Kierscius in testamento suo eum amicum suum fidelissimum vocat, et executorem ultimae voluntatis suae constituit.

Mortuo Ant. Betański Josephus II Imp. eum praeter communem exspectationem Eppum Premisl. nominavit (1786). [1])

---

[1]) Nominationem suam Gołaszewski Capitulo sequenti Epla notificavit: „Illme, Perillustres, et Rudissimi Dni, Patroni ob„servandmi! Podobało się Naywyższey Opatrzności okazać „moc ręki Swoiey w niegodney moiey osobie, gdy instynkt „nayukochańszego Monarchy, szczęśliwie nam panuiącego do „nominacyi mię na wakujące tey diecezyi Biskupstwo skłonić

Obtenta Sedis Aplicae confirmatione Dioecesis regimen agressus [1]) ejus limites mutuo consensu cum Archi-Eppo Leopol., et Eppo neo-creatae Dioecesis Tarnov. ordinavit, [2]) novam item parochiarum regulationem, votis

---

„raczyła. Nie wątpię bynajmniej, iż ta wiadomość przez wzgląd „na moią niegodność wszystkich zadziwia i smuci, ale razem „ten niepraktykowany przykład wyboru ex dignissimo Capi„tuli gremio na mnie dobrotliwie poczęty, że w dalsze czasy „od panuiącego nad nami domu zachowany będzie, wszyst„kich znowu uspokoi i pocieszy. Żeby zaś ten nayłaskawszy „majestatyczny wzgląd przez potwierdzenie Stolicy Apostol„skiey stać się mógł skutecznym, potrzebne mi iest attesta„tum vitae, morum, scientiae in jure canonico et Theologia, „exercitii in functionib. ecclesiasticis et frequentiae Sacramen„torum. O tym wszystkiem, iako naylepszą Rvrdssmum Ca„pitulum, na którego łonié wychowany byłem, i w którego „oczach przeciąg cały stanu moiego duchownego strawiłem, „ma wiadomość tak podług wewnętrznego przekonania swo„iego abyście mi JWWMMPanowie Dobrodzieje toż attesta„tum autentycznie na przyzwoitym papierze wydać raczyli, „pokorne i naymocnieysze zanoszę prośby, a co naywiększa, „ażebyście JWMPanowie Dobrod. stateczną swoią przyiaźnią „affektem zaszczycać, nieudolność moią swoiemi przezorne„mi radami i pomocą wspierać łaskawi byli, o to nayszcze„golniey do doświadczoney zdawna Ich serca dobroci udaię „się, i serdecznie upraszam, a pełen nadziei przystania, z nie„skończonym wszystkich i każdego w szczegolności poważa„niem i należytym uszanowaniem zostaię Illmae Perillrium, „Redssmarum Dominationum Vestrarum addictissimus et hu„millimus servus: Anton Gołaszewski Nom. Prem. Brzozoviae „d. 6 Maji 1786.

[1]) Consecratus est Leopoli in eccla Metropolitana die 15 Octob. 1786 per Ferdinandum Onuphrium Kicki, AEppum Leop., assistentibus: Jacobo Tumanowicz, AEppo Leop. r. Armen. et Michaële Romano Sierakowski, Eppo Prussensi, Suffrag. Premisl. Die 21 Octob. ejusd. anni in eccla cathedr. sollenniter inthronizatus est, die vero 30ma ejusd. m. et an. jurisdictionem suam fundavit.

[2]) Vid. Prolegom. §. III n. IV, V, Dioecesis Tarnov. 1785 erecta, anno 1806 sublata est, 1823 sub nomine Dioeces. Tinecensis revixit ac ab anno 1827 denuo veterem appellationem D. Tarnov. recuperavit. Quae mutationes ex abolitione

Gubernii civilis conformem, [1]) perfecit, novumq devotionis ordinem introduxit. [2])

In diebus ejus eccla pariter ac imperium vehementissimis procellis jactabatur.

Revolutio Gallicana non tantum thronum regium in Gallia evertit, sed et religionem ecclesiamq christianam proscripsit, rationalismi idolo in ejus locum substituto. Principibus Europae contra hos et alios temerarios ausus vocem armaq extollentibus, orta sunt bella diuturna et sanguinolenta.

Superatis Alpibus Gallorum exercitus duce Bonaparte in Italia monarchias sustulit, ac respublicas erexit.

---

et restitutione hujus Dioecesis, tum ex incorporatione Circuli Zamosciensis ad Ducatum Varsaviensem subsecutae sint vid. dicta loc. cit. sub nr. VI, VII, VIII.

[1]) Qua occasione novae parochiae et Capellaniae infra memorandae, ortae fuerunt.

[2]) Vide epkm pastoralem dd. Brzozov. 20 Mart. 1787, qua hic novus devotionis ordo introducitur. Motiva hujus ordinationis haec afferuntur: „Permoti aeque sapienti quam saluber„rimo Augustiss. principis nostri Josephi II mandato, nobis „sub 18 mensis praeteriti Januarii mediante excel. Gubernio „notificato, quo Ille persuasum intime habens, quam mirum in „modum cultus Dei externi uniformitas ad imprimenda genu„ina animis hominum verae religionis, quae salus est regno„rum, principia, conducat, si modus, quo idem exercetur cul„tus, planus, aedificans, idemq ubivis locorum et ecclarum „servetur, ad normam aliarum Germaniae, et specia„tim in reliquis suis terris haereditariis existentium ecclesia„rum constantem devotionis normalis ordinem in dioeceses „Galicianas introduci, atq per omnes cujuscunq qualitatis ec„clesias, recipi, nec non immutabiliter servari praeceperat: se„quentem ordinationem ad praescriptum libelli normalis, „cui titulus: Sposob spiewania podczas Mszy ś.“ sermone patrio et germanico ad usum ecclarum Austriacarum „concinnati, projectam, nec non localibus circumstantiis... „quantum potuimus adcomodatum, praescribimus etc. Cui ordinationi sub 25 Jul. 1787 a Gubernio Leopoliensi placetum regium concessum est.

Romae quoq haec regiminis forma introducta, Pius VI autem octogenarius in Galliam captivus abductus est, ubi et supremum diem obivit.

Ex quo praefatus bellidux Napoleon Bonaparte, qua primus reipubl. Gallicanae Consul, rerum summa potitus est, felicius quidem ecclesiae Christi sidus illucescere videbatur, nam vir ille, consilio et armis potens, religionem christianam in Gallia restituit, neo electum Pontificem Pium P. VII dominium temporale recuperare permisit, et cum eo anno 1801 concordatum sive conventionem inivit, qua res Catholicae in Gallia in ordinem redactae sunt. At idem Bonaparte 1804 Gallorum Imperator factus Pium VII, qui exorbitantibus ejus votis velificari nec voluit, nec potuit, anno 1809 rursus potestate temporali exuit, et captivum in Galliam abduci jussit.

Nec tamen Deus ter optimus afflictum pastorem populi sui in die superborum sine adjutorio reliquit. Tot regnorum regumq victor, ad summum gloriae et potentiae mundanae fastigium evectus, mirabili mutatione dexterae excelsi subito prostratus, in longinqua Oceani insula exul vitam finivit, e contra Pius P. VII triumphantis more e captivitate Romam rediit! Nihilo meliori sorte quam patrimonium ecclesiae, provinciae et regna sceptro August. domus Habsburgicae subjecta, furente revolutione Gallicana, et postea Napoleone in Gallia imperante, fruebantur. Iteratis Gallorum victoriis fractum, ac enormibus contributionibus exhaustum, Austriae imperium cum onera civium ulterius augere non posset, ad ecclesiarum thesaurum manus extendit, atq ita factum est, ut, saltem in hac provincia, ecclesiae tam saecularium, quam religiosorum, quidquid pretiosi habebant, fisco caesareo in necessitates publicas tradere coactae fuerint. [1]) Cum vero nec hoc remedium aerario publico sufficiens

subsidium adtulisset, anno 1811 etiam reductio valutae pecuniariae i. e. syngrapharum publicarum ad tertiam partem pretii nominalis subsecuta est, unde ecclesiis et institutis ecclesiasticis nova jactura enata est.

Relatio ecclae ad potestatem saecularem sub Gołaszewskio eadem ac sub antecessore ejus permansit. [2])

---

[1]) In relatione ad S. Sedem Aplicam (de statu Dioeceseos) anno 1818 expedita ait Eppus: „Ecclesia cathedralis vasis „aureis, argenteisq abunde dives erat. Jam anno 1656 re„gnante Joanne Casimiro R. P. ad 5 millia marcar: auri ar„gentiq in subsidium reipublicae obtulit, anno vero 1788, quae „superflua existimata sunt, aerario c. r. regiminis extradidit, „ uti et anno 1807, in quo pro pretio tymbri, quo a regimi„ne nostro signari omnia aurea ac argentea vasa, sacra et „profana, jussum est, pars cedi debuit. Demum anno 1810 „quidquid auri argentiq reliquum fuit, id omne aerarium c. r. „sumsit, ita, ut quae ad ministerium altaris et sacras caeremo„nias functionesq necessaria fuerant, cum subsidio Capitulari„um redimere debuerim. Mille supra marcarum ecclesia tan„tum cathedralis jacturam tunc temporis fecit. Omnes in dioe„cesi ecclae eidem legi paruerunt, universam tam auream „quam argenteam supellectilem cedere aerario coactae. In eo„rum locum e viliori metallo vasa ad ministerium altaris op„portuna comparare omnibus consilium, pauperibus ac poscen„tibus fundus modusque comparandi dati a regimine sunt. In„juriam pretiosa supellectile spoliatarum, exutarum decore ec„clarum Augustissimae Majestati exponere e munere meo ra„tus, repulsam tuli, quia durae legi neccessitatis obsequi sa„lutis publicae studio compulsus ipsemet pientissimus prin„ceps indoluit."

[2]) In relatione Eppi ad Sedem Aplicam anno 1803 missa haec continentur: „Pastorale Dioecesis regimen adiens duo depre„hendi Consistoria, quorum alterum Premisliae penes cathe„dram sub praesidio Vicarii et Offlis, ad latus eppale Brzo„zoviae alterum, negotiis dioecesanis praeerant. Vix elapso a „die consecrationis meae semestri publica S. Majestatis lege „sancitum accepi, ut in qualibet Dioecesi unicum tantum Con„sistorium generale sub praesidio ipsiusmet Eppi, aut hoc „aliis curis impedito, sub praesidio Vicarii generalis, alias „officialis, ad cathedram erigeretur, delectus autem virorum, „qui a consilio consistoriali essent, arbitrio Praesulis dioece-

A. D. 1787 Capitulum cathedrale ad tertiam partem status sui personalis reductum est, et notabilem partem dotationis suae amisit.[1]) Dein Collegiatae Brzozoviae et Jaroslaviae in ecclas parochiales mutatae.

„sani relinqueretur. Itaque suppressa consistoriali curia ad „latus eppale Brzozoviae, Premisliae generale Consisto- „rium erectum et institutum auxilio est curae vigilantiaeq „eppali. Negotia, quae in generalis Consistorii stuba delibe- „rationi scriptotenus proponuntur translata omni ad forum sae- „culare contentione, restringuntur ad meras gratias: dispen- „sationes, intercessiones, ad executionem decretorum tam ec- „clesiasticae, quam civilis potestatis, et ad disciplinam mo- „rum clericalium. Hi sine scitu civilis potestatis nunquam pos- „sunt per solum inquiri et discuti Consistorium.... Et quam- „quam Consistorium generale de meris spiritualib. cognoscat „negotiis, potestas tamen civilis politici regiminis jus inspec- „tionis in protocollum negotiorum, qualibet hebdomada Guber- „nio transmittendum, usq ad 1 Julii 1790 sibi reservavit, a „quo tempore ad concordem epporum Galicianorum proposi- „tionem S. Majestati factum, id revocatum est."

[1]) Decreto aul. dd. 23 Novemb. 1787, per CR. Gubernium Leop. sub 13 Decemb. 1787 ad N. 28.487 intimato, Eppo significatum est: Capitulo Premisliensi ampliorem statum personalem, quam neofundato Capitulo Tarnov. permissus sit, concedi non posse, ideoque numerum Capitularium ex 18 ad 7 membra, scil. 4 dignitarios: Praepositum, Decanum, Custodem et Scholasticum, porro 3 simplices Canonicos reducendum fore. Hoc ergo decreto 3 Praelaturae: Archidiaconi, Cantoris et Cancellarii abrogatae, et 8 Canonicatus suppressi sunt. Nec satis, nam Eppo insuper ordinatum est, ut CR. Gubernio proponat quinam ex actu existentibus Capitularibus in gremio Capituli relinquendi, qui vero ad curam animarum transferendi sint? E primorum numero jubetur Eppus apta subjecta pro dignitatibus Praepositi, Decani et Custodis conferendis S. Majestati commendare, nam dignitatis Scholastici suppressionem summo loco expetere Gubernium sibi reservat. (Mansit tamen Scholasteria, at ejus loco Custodia suppressa fuit). Quis haec relegens tantae legum et formarum canonicarum vilipensioni et tanto in rebus ecclesiasticis ordinandis arbitrio profunde non ingemiscat! Ergone omnes sub antegresso regimine factae dignitatum et canonicatuum collationes et canonicae legitimine praesentatorum institutiones, nullius

Conventus FF. Praedicatorum Praemisliae, Sieniavae, Samboriae, Łancuti, Carmelitar. calceatorum Hussakoviae et Drohobyciae, Minoritarum conventual. Jaroslaviae, Bonifratellorum Praemisliae, Capucinorum Bliznae, Recollectorum Ressoviae suppressi, Collegium scholarum piarum ibidem sublatum.

Novae parochiae erectae in Stobierna, Trzeboś, Tarnawiec, Stany, Capellaniae vero in Chłopice, tum in coloniis germanicis Falkenberg, Rauchersdorf, Kaisersdorf.

Parochia in Kosina a Łancutensi, cui unita fuerat, dismembrata, contra parochia in Winniki Dublanensi incorporata est. [1])

---

valoris fuerunt, ut hujusmodi praebendae, viventibus earum possesoribus, et nullius criminis reis, ceu vacantes tractarentur? „Si judicatis, filii hominum, justum judicium judicate“ ait psaltes, at illo tempore, ubi tantum de jure et justitia disserebatur, in praxi, saltem in sic dictis rebus publico-ecclesiasticis, persaepe nullus, hujus moniti respectus habebatur. — Si vivo Betanscio lex illa, de qua agimus, emanasset, nescio an et quomodo se a collisione, inde oriunda, expedivisset. At Gołaszewski nihil haesitans ab illa exequenda in tantum abstinuit, quod singulos Praelatos et Canonicos, quorum praebendae abrogatae sunt, ad vitae tempora in earum possessione conservaverit. Eodem decreto etiam statutum est: omnia beneficia incorporata, utpote actualem beneficiati residentiam postulantia, Capitulo adimenda esse. Sic Capitulum, cui mox post annum 1772 pensiones salis ex cocturis terrae Premisl., a regibus Poloniae inscriptae, denegatae sunt, nunc etiam beneficia in Dolina, Krosno, et Kusienice amisit, beneficio tantum Radimnensi ad tempus, usq dum regulatio perficeretur, relicto. Majorem quam Capitulum reductionem Clerus cathedralis inferior expertus est, nam adhuc sub decessore Gołaszewscii Collegia Mansionariorum, Psalteristarum, Passionalistarum abolita, omnes altarium praebendae sublatae, et unicum tantum Collegium Vicariorum, pro exercenda cura animarum omnino necessarium, relictum est.

[1]) Vid. quae de his ecclesiis et monasteriis suis locis dicta sunt in Schematismo dioecaesano.

Subsecutis Josephi II fatis (1790) ecclesiae spes quaedam recuperandae in spiritualibus autonomiae affulsit; siquidem novus Imperator Leopoldus II episcopos per supremum aulae suae Cancellarium Comitem de Kolowrat ad gravamina sua exponenda, et remedia, quibus status religionis ac ecclesiae melior effici posset, proponenda invitavit, qua occasione Gołaszewski officio boni pastoris minime defuit, constitutionesq juri et libertati ecclesiasticae adversas tolli postulavit. [1]) Verum mortuo paulo

---

[1]) Postulata, quae ea occasione ad aulam direxit, huc redeunt: *a)* Ut pro incremento cleri saecularis Premisliae Seminarium dioecesanum resuscitetur, eidem bona abolitorum Seminarior. Premisliensis, Brzozov. et Zamosc. incorporentur, ordinatio vero ejus et directio Loci Ordinario relinquatur, porro, ut educatio Religiosorum in propriis eorum monasteriis per viros a superioribus ad id delectos, et ad mentem constitutionis respectivorum ordinum instituatur. *b)* Ut individua idonea et praestantioris ingenii ad statum ecclesiasticum alliciantur, et defectui cleri occurratur, proponit Eppus, ut Sacerdotibus habilioribus et bene meritis, praecipue autem Decanis ruralibus quaepiam praerogativa a regimine saeculari concedantur, invalidis vero, qui vires suas in labore curae animarum consumserint, de congrua sustentatione provideatur. *c)* Commendat, ne clerus juxta praxin tunc frequentem ad subsellia politica cum summo tam rei oeconomicae, quam Spiritualium damno, evocetur, sed deviantes correctioni Eppi relinquantur, et ad eum finem domus correctionis erigatur. Conqueritur porro, ad has clericorum citationes non tam praevaricationes, quam potius malitiosas partium delationes, aut ipsarummet instantiarum saecularium instabilem in disponendo rationem, ac summam erga viros ecclesiast cos vilipensionem, ansam praebuisse ac praebere. *d)* Rogat, ut numerus personarum Capitular. augeatur et ecclesiae Collegtae restituantur, porro, ut regulares ad beneficia saecularia non promoveantur. *e)* Postulat, ut manipulatio Consistoriorum eppalium, a regimine saeculari praescripta, tanquam juri eccles. contraria, aboleatur, ut Eppis, quoties necessitas fuerit, cum C. R. Subselliis Latino sermone correspondere liceat, atq omnia, quae disciplinam eccles., Sacramenta, caeremonias et ritus ecclesiasticos tangunt, non a Gubernio civili, non ab officiis circula-

post Imperatore omnia in priori statu manserunt nam Franciscus II in ipsis regiminis sui primordiis calami-

---

ribus, sed ab Eppis disponantur, quibus pastorales litteras ad clerum et populum suum libere edere liceat. *f)* Ut reditus vacantium beneficior. curae vigilantiae et dispositioni Ordinarii relinquantur, ut beneficiorum temporalia non per instantiam politicam, sed per Eppos, eorumque delegatos, beneficiatis tradantur, ut haeretici a sepultura in coemeteriis benedictis excludantur, ut libertas recurrendi ad Sedem Aplicam non coaritetur, ut bullae et rescripta pontificia a ratihabitione potestatis civilis (placeto regio) immunia sint, ut apparatus sublatarum ecclesiar. non, uti cum scandalo fieri animadvertitur, publice cuicumq plus offerenti, etiam Judaeis, venum exponantur sed Epporum arbitrio ac dispositioni committantur, utque ipsae ecclesiae abolitae a profanis et turpibus usib., quibus hinc inde traduntur (dum in fana haereticorum, theatra, depositoria aut granaria militaria, aut plane in stabula convertuntur) immunes fiant,— ut Sanctorum reliquiae post abrogata monasteria Eppis reddantur, ut censura librorum religiosi argumenti Eppis restituatur, utq examen adspirantium ad beneficia eccles. eorumq promotio juxta canonum praescripta fiat, *g)* ut clerus, qui cum caeteris (saecularib.) imperii ordinibus aequalia tributa solvit, peculiari contributione titulo subsidii pro fundo religionis non oneretur, ut administratio dicti fundi penes Eppos sit, ut reditus suppressorum beneficiorum simplicium adimpletioni onerum, eisdem vi fundationis adhaerentium impendantur, et proventus xenodochiorum ad fundum religionis tracti, ecclesiis restituantur. *h)* Ut causae matrimoniales foro eccles. restituantur, ut missiones sacrae arbitrio Eppi haberi possint et ut congregatio S. Vincentii a Paulo tam pro hoc negotio, quam pro dirigendis Seminariis repristinetur, *i)* Ut e scholis publicis juventus ad statum ecclesiasticum bene praeparata prodeat, utque ideo ratio educationis, quae linguam vernaculam prorsus negligit, immutetur, ac quaedam lectiones lingua Latina, aliae lingua patria tradantur nam juxta usitatam methodum cuncta germanice docendi, neq juventutem ad statum sacerdotalem, cui praedicatio verbi divini patrio sermone incumbit aptam evadere, neq, uti experientia monstrat, solida latinae et teutonicae linguae cognitione imbui.— Easdem postulationes etiam Archieppus Leop. ad thronum direxit, cujus frater, Cajetanus Kicki, tunc Suffrag. Leop., Viennam delegatus fuit, ut novo Imperatori fausta regiminis auspicia gratularetur, et vota cleri Galiciani exponeret.

tatibus revolutionem Gallicanam sub sequentibus perturbatus, et bellis pertinacibus implicitus, res ecclesiasticas maturiori indagini subjiciendi otium non habuit.

At neque pace stabilita Gołaszewski amplius quidquam impetrare potuit, quam ut abrogato Seminario generali pro Dioecesi Premisl. proprium Seminarium cum theologico et philosophico cursu erigeretur, [1]) Religiosis aditus ad beneficia saecularia intercluderetur, scholarum elementarium inspectio Eppis redderetur, [2]) pro clericis demeritis peculiaris domus correctionis erigeretur. [3]) et ut leges Josephinae s. canonibus contrariae, in publico-ecclesiasticis editae, et si non abrogarentur, in praxi quodammodo mitigarentur. [4])

---

[1]) Id post diuturnas pertractationes anno 1819 factum est, sed in Scholis theologicis principia S. canonibus contraria etiam porro docebantur. Interim ipsa Seminarii restitutio grandaevum Eppum magno solatio replevit, nam Seminarium generale Leopol. dioecesi Prem. necessarium Cleri numerum nunquam suppeditabat, et prout Eppus in sua relatione ad aulam exhibita, observat, intra 7 annos 5 tantum presbyteros curae animarum subministravit. Hinc summa erat Cleri penuria, multa beneficia parochialia a longo tempore vacabant, et ab uno sacerdote hinc inde plures ecclae administrabantur.

[2]) Inde ab anno 1816 inspectio scholarum element. ab officiis circularib. ad Conria eppalia transiit.

[3]) Institutum hoc primum in claustro Carmelitarum excalceat. in Zagorz subsistebat, inde ad Conventum ord. S. Francisci in Przeworsk translatum fuit. At in eodem clerus nonnisi pro delictis ecclesiasticis detinetur, qui enim criminum codice criminali imperii vetitorum reos se reddiderint, etiamnum in carceribus publicis poenas luunt.

[4]) Sic e. g. C. R. Regimen admisit, ut Eppi pro variis dispensationibus sic dictas facultates quinquennales petere, et obtentis uti possent, porro ut fideles matrimonia, quibus impedimenta canonica obstabant, inituri, ad pacandam conscientiam suam dispensationem Summi pontificis expetere possent. At praescripta quoad placetum regium usq ad ann. 1848 anxie observabantur.

Nihil Gołaszewskio antiquius fuit, quam ut res Capituli sui multum collapsas sublevaret, efficere tamen non potuit, ut dotatio ejus per ablationem beneficiorum incorporatorum aliaq avulsa diminuta redintegraretur. [1])

Ecclesias Dioecesis suae jam personaliter, [2]) jam per

---

[1]) Interventio ejus, ac successorum ejus in eppatu, ut Capitulo bona olim Carmelitarum discalc. Premisl., dein Zagoriensium, in complementum dotis assignarentur, licet C. R. Regimen ei favere videretur, hucusq sine successu mansit. Id duntaxat Gołaszewski ab Augustiss. Francisco I Imp., 1823 Premisliae praesente, impetravit, ut cuivis e sex Capitularibus additamentum 300 flor. Conv. Mon. e fundo religionis praeberetur, donec Capitulo congrua dotatio in bonis terrestribus adsignata fuerit.

[2]) In relatione ad Sed. Aplicam anno 1803 facta ait: „Ecclarum Dioecessis meae visitationem quotannis per Decanos for. „instituendam ordinavi — (quibus pro rite gerendo munere suo „amplam instructionem suppeditavit), — neque tamen alienae ac„quievi curae et inspectioni, sed liberum a laboribus consi„storialibns tempus nactus ab anno jam inde 1792 ipsemet „partem Dioeceseos quotannis visito, diligens de Clero curato „scrutinium penes quamlibet ecclam instituo.“ Ibidem: „Dioe„cesin personaliter visitans quinque supra viginti ecclas so„lenni ritu dedicavi.“ In eadem relatione, tum in ea quam anno 1818 Romam misit, observat: se pro reformandis Cleri moribus approbationes sacerdotum pro excipiendis confessionib. ad unum annum restrinxisse prorogationem vero approbationis conditioni spiritus recollectionum, in aliquo monasterio absolvendarum, alligasse, officiiq sui ducere, hac in re clero suo exemplo praeire. Anno 1804 a Supremo CR. aulae Cancellario Comite ab Ugarte provocatus, ut observationes suas, visitationis tempore collectas, cum c. r. regimine communicaret, tristem illius temporis imaginem delineat, asserens: „modum „cogitandi sentiendiq quoad religionem et mores solummodo „in Clero ac plebe esse orthodoxum, ab his solis praecepta „ecclae, principia religionis ac fidei Catholicae publice priva„timq servari, inter reliquas vero hominum classes, quas vul„go honoratiores vocant, scil. apud nobiles, personas militares, ac c. r. officiales corruptissimam sentiendi et agendi ra„tionem, porro eam morum dissolutionem ac licentiam, eum „rerum divinarum humanarumq contemtum invaluisse, ut ne„que jejunia observentur, nec ecclesiae frequententur, nec „praeceptum confessionis paschalis adimpleatur. Exhortationes

delegatos [1]) visitavit, verbum Dei fervide praedicans, [2]) fidelibus Sacramenta indefesse ministrans, abusibus et corruptelis cleri ac populi salubrem medelam adferre satagens.

Quod bona eppatus temporalia attinet, ejus curis ac remonstrationibus adscribendum est, propositionem C. R. Administrationis bonorum cameralium eppatui Prem. perquam damnosam, bona eppalia Łukawiec cum cameralibus, in circulo Jaslensi aut Sanoc. positis, commutandi, effectu caruisse.

In oppido Brzozow, ubi frequentius morari solebat, curiam eppalem non modico sumtu restauravit, ecclam in Starawieś renovavit, [3]) Radimnae hortum sat amplum

---

„Cleri, contra hanc pestem e sacro suggestu directas, nihil „prodesse. Patronos ecclarum obligationes suas negligere, re„parationes ecclarum non curare, hinc templa plerisq in lo„cis collabi, parochorum habitationes ruinari, querelas vero, „quae ad c. r. officia circularia diriguntur, surdis auribus exci„pi.“ Similia continet relatio ad Sed. Apl. ex anno 1805. De „quibus utinam nostris diebus laetiora scribi possent!

[1]) Senio gravatus multum angebatur, quod officio canonicae ecclarum visitationis impar esset, et de resignando eppatu consilia mente volvebat, a quibus se persuasionibus amicorum et directoris conscientiae suae aegre abduci passus est. Anno 1814 Francisco Faygiel, tunc Praepto Drohobyc. et Francisco Siarczyński, Praep. Jaroslav. qua delegatis in ecclesiis circuli Jaslensis et Tarnov. perlustrandis usus est.

[2]) Cum adhuc Canonicus esset librum evulgavit s. t. „X. Ant. Gołaszewskiego mowy i kazania. Przemyśl 1786 in 4°.“ In bibliotheca cathed. superest in MSo fasciculus sermonum sacrorum, ab eo variis temporibus et occasionibus habitorum. Orationes istae persuasibilibus humanae sapientiae verbis minime tument, at sacra unctione excellunt, et Spiritum vere Apostolicum sapiunt.

[3]) Hanc ecclesiam Societati JESU, anno 1820 e Russia amotae, et in terras Austriacas receptae, applicari, sua intercessione apud Caes. Reg. Regimen effecit. Inter summa solatia senii sui reponebat ordinis istius, a quo prima pietatis et scientiarum rudimenta hauserat, in has regiones reditum, nullamq

plantavit, in Domaradz nova aedificia oeconomica construxit.

Hospitalitate, liberalitate, [1]) morum elegantia omnium animos sibi devinxit. Cleri sui verus pater fuit, imprimis vero Capitulum, in cujus gremio creverat, tenerrimo amore prosequebatur, illudq tam vivus beneficiis cumulabat, quam moriens munificis legatis providit.

Augustissimae domui Caesareae fideliter addictus, [2]) a Francisco Imperatore singularis benevolentiae et gratiae specimina retulit. [3])

Intima ei necessitudo fuit cum Ferdinando et Cajetano Kicki, Archieppis Leopol., et cum Ignatio Comite Nałęcz Raczyński, quondam AEppo Gnesnensi, [4]) nec mi-

---

occasionem, qua membris illius gratum animum et peculiarem benevolentiam testaretur, unquam praeterlabi passus est.

[1]) Munificentiam ejus nemo frustra interpellavit, at humana praeconia fastidiens actus christianae charitatis et misericordiae clam exercere amabat. Longus essem, si quae eo obtutu memoria et sermone hominum de ipso circumferantur, enarrare vellem. Delectabatur imprimis honestos adolescentes sumtu suo educare, e quibus nonnuli hucdum superstites memoriae ejus benedicunt.

[2]) Non defuit tentatio flagrante anno 1809 bello Gallico, cum e vicino ducatu Varsaviensi in Galiciam, praesidio militari nudatam, Polonus exercitus, sub signis Napoleonis militans, hostiliter intrasset. At Gołaszewski a rebus politicis alienus, pastoralibusq officiis unice intentus, hos scopulos sine offensione praetervectus est.

[3]) Anno 1808, quum imperatori inter deputatos Galiciae nuptias, cum Maria Ludovica Beatrice initas, gratularetur, c. r. ordinis Leopoldi eques commendatarius nominatus est. Postea idem Monarcha eum anno 1819 quinquagesimum sacerdotii sui annum celebrantem inter suos intimos status Consiliaros cooptavit. Annis 1817 et 1823 in Galicia praesens Gołaszewskium summa gratia et benevolentia sua distinguebat. E Gubernatoribus vero hujus provinciae Petrus Comes Goess, et Franc. L. B. de Hauer eum peculiari veneratione prosequebantur.

[4]) Ign. Com. Raczyński, ex insigni familia majoris Poloniae oriundus, adolescens Societatem JESU ingressus est. Sublata

nus Andreas Aloysius Com. Ankwicz AEppus Leop. eum multum suspexit, aestimavitq.

Obiit Premisliae 24 Aprilis 1824, 55 annis in sacerdotio, [1]) 38 in eppatu exactis. Jacet in ecclesia cathed. sepultus. Nullus Praesul tanto temporis spatio Dioecesin Prem. gubernavit, nullus decedens tantum sui desiderium reliquit. [2])

---

societate primum Cancus, tum eppus Posnan., demum AEppus Gnesn. factus est. Anno 1818 ob nescio quae cum Borussico regimine collisiones AEppatum resignavit, et Romae apud PP. S J. consedit. Anno 1820 Jesuitis in Galiciam susceptis et ad eccliam in Starawieś locatis, in hanc provinciam advenit, causam confratrum, quoad ejus fieri posset, promoturus. Ea occasione cum Gołaszewskio, aeque ac ipse S. J. maximo patrono, intimam amicitiam contraxit, cujus gratia Premisliae larem fixit, senex senem, quantum vires ferrent, in functionib. pontificalibus adjuvans. Hic die 19 Februar. 1823 fatis cessit, ac penes Collegium S. J. in Starawieś sepultus est.

[1]) Die 26 Julii 1819 assistentibus: Andr. Aloys. Ankwicz, AEppo Leop., et Joanne Snigurski, Eppo r. g. Premisl. more sacerdotum jubilatorum secunditias solenniter celebravit. Idem Archi-Eppus Leop. cum dicto Eppo rutheno ei anno 1824 justa funebralia persolvit. Pro concione dixit vir doctus Franciscus Siarczyński, Praeptus Jaroslav., cujus sermo s. t. „Kazanie pogrzebne na śmierć JW. JX. Antoniego z Gola„sza Dąb Gołaszewskiego B. P. dnia 30 kwietnia 1824 w ko„ściele kated. Przem. miane przez Franc. Siarczyńskiego, Proboszcza Jarosław. we Lwowie 1824, 8°" in lucem publicam prodiit.

[2]) Fuit statura procera, facie decora, capillo niveo, toto corporis habitu et compositione cuivis reverentiam instillans. Capitulo cathedrali domum olim Missionariorum Brzozoviae (post eorum abrogationem in publica subhastatione emtam), item pretiosum pectorale, smaragdis et adamantibus distinctum, cum annulo et catena aurea legavit, praeterea pro Anniversario, quod die obitus ejus absolvitur, mille aureos inscripsit. Nostris diebus nonnullis scandalum praebuit in lucem protracta ejus epistola pastoralis, anno 1790 occasione obitus Josephi II Imperatoris edita, qua defuncti pictatem laudat, et innovationes ecclesiasticas, ab ipso factas, non solum excusat, sed ex parte et am justificat. Cum autem quivis actus humanus

juxta circumstantias illius, quo editus est, temporis metien dus ac dijudicandus sit, meminerint quaeso rigidi censores: epistolam illam non ex ipsius episcopi calamo profluxisse, sed ipso mandante ab alio scriptam esse, et ante publicationem gubernii provincialis censurae subjici debuisse, quod, nisi satis panegyricam reperisset, placetum regium denegasset, imo fors politicam tum eppi, tum Cleri Premisl, fidelitatem in suspitionem vocare non dubitasset. Quae Golaszevii de reformationibus imperatoris ecclesiasticis fuerint sensa, ex iis, quae suprallata sunt, satis superque patet; at, ut errores carpens, augustae errantis personae, semper parceret ejus, si non dispositiones, saltem intentiones, aequi bonique faceret, non solum charitas christiana et coronato capiti debita reverentia, sed et peculiaris grati animi sensus, quo Josepho II ob sui ad episcopatum nominationem obstrictus fuit, tanto magis poscere videbantur, ac monarcha ille moribundus plurima ex his quae contra jura ecclesiae ordinaverat, retractasse memoretur.

LIV. JOANNES

ANTONIUS Eques

POTOCZKI,

(lege „POTOCKI“)

E. P.

1826—1832.

Contemporanei:

Imp. Austr.	Rom. Pontif.
Franciscus I.	Leo XII † 1829.
	Pius VIII † 1830.
	Gregorius XVI.

Archi. Epp. Leop.

Andreas Aloysius Comes Ankwicz.

Joannes Anton. Potoczki, anno 1759 Elisabethopoli in Transylvania patre Armeno natus, absolutis in patria nferioribus studiis Leopolim ad Collegium Pantificium, directioni Theatinorum commissum, anno 1780 his ipsis diebus advenit, quibus defuncti AEppi, Venceslai Sierakowski, funus celebrabatur. Sublato Theatinorum Collegio (1784) ad Seminarium generale transiit, eaq industria, eo progressu disciplinis sacris operam dedit, ut non solum ad positiones theologicas, pro more illius temporis publice defendendas, admitteretur, sed et Doctoris Theo-

logiae laurea decoraretur. Ordines sacros a Jacobo Tumanowicz, AEppo Armenorum Leopol. suscepit, atq mox provinciam Theologiae pastoralis alumnis r. g., ex Hungaria et Transylvania ad Seminarium generale Leop. adventantibus, Latio sermone explanandae, nactus, anno 1793 etiam dignitatem Rectoris magnifici C. R. Josephinae Universitatis Leop. consecutus est. Quum anno sequente 1794 dicta cathedra, eoquod nulli amplius alumni graeci ex Hungaria et Transylvania Leopolim mitterentur, sublata fuisset, Potoczki cum dispensatione Sedis Aplicae ab Armeno ad latinum ritum transgressus, beneficium parochiale Żydaczoviae, ADioec. Leop., in circulo Stryjensi, obtinuit.

In hac statione noverat tam caesarei regiminis (cui praesertim anno 1809, quum exercitus M. Ducatus Varsav. Galiciam hostiliter intrasset, probatum se reddidit), quam et Archieppi Leop. favorem gratiamq sibi conciliare. Hic itaq munus Decani foranei ipsi commisit, caes. regimen vero eum dignitate Canonici honorarii auxit, insignibus ordinis Leopoldini decoravit, equitum imperii Austriaci numero adscripsit, et ad opimius beneficium parochiale Stanislaopoli praesentavit.

Hic ille, utpote jam 60mum vitae annum emensus, supremum diem se obiturum esse censebat, at vero Francisci I Imp. benevolentia eum post fata Antonii Gołaszewski ad capessenda Dioecesis Premisl. gubernacula evocavit, Eppumq hujus ecclesiae nominavit. [1])

[1]) Nominatus 4 Febr. 1825, consecratione in eccla Metrop. Leop. ab AEppo Andrea Ankw.cz, assistentib. Cajetano Warterasiewicz, AEppo Armeno Leop., et Joanne Snigurski, Eppo r. g. Prem. accepta, die 19 Martii, (quae fuit Dominica Palmar) 1826 sollenniter installatus est. Pro concione dixit Franc. Siarczyński Praeptus Jarosl., cujus sermo cum aliis ejus concionibus occasionalibus typis impressus est.

Quamquam aetate provectior (nimir. 66 annos natus) eppatum aggressus est, viribus tamen adhuc vegetus functiones pontificales crebro et lubens adimplebat, in reliquis vero pastoralibus officiis potissimum Vicarii generalis [1]) opera utebatur.

In ipsis pontificatus sui auspiciis anno 1826 magnum Jubilaeum (a mense Majo usq ad finem Septembris durans), quod Leo XII orbi christiano concesserat cum clero ac populo. devote absolvit, innumerae fidelium multitudini, ad ecclam cathedralem undique confluenti, Sacramentum confirmationis indefesse ministrans. Hoc ipso tempore collatis cum AEppo Leop. et Eppo Tinecensi consiliis, novum devotionis ordinem, novumq Cantionale introduxit. [2])

---

[1]) Is fuit Franciscus Faygiel, Praeptus Capituli, eodem munere jam sub Ant. Gołaszewski scite perfunctus.

[2]) Vid. Eplam ejus pastoralem dd. 20 Maji 1820, in qua, sicut a Gołaszewskio factum vidimus, in stabiliendo devotionis ordine ad mandatum caesareum provocatur. Adeo scil. Eppi potestatis sibi inhaerentis sensum amiserant, ut dum spiritualia ordinarent, ad civilis potestatis, sine cujus annutu nil disponere licebat, auctoritatem provocare necessarium ducerent. En ipsa Eplae verba: „Bierzmy i ztąd nowy powod przywią„zania i wdzięczności dla pieczołowitości Ojcowskiej o wsze„lakie poddanych swoich dobro najjaśniejszego Cesarza i kró„la, Pana naszego miłościwego, ktory w najtroskliwszem swem „staraniu wszystkie potrzeby i pożytki ludow, od najwyższej „Opatrzności powierzonych panowaniu Jego, obejmować ra„czy. Jego to woli i urządzenia jest dzieło. On sam „w wysokiem swem świetle, którem Go ojciec wszelkiej świa„tłości obdarzył, uznał tego potrzebę, On sam w swojej „rządowej władzy, którą nieograniczona moc nad moca„mi w ręku Jego złożyła, przywieść je do skutku roz„kazał i t. d. Hic ordo devotionis usque ad nostra tempora perdurat. Cancionale memoratum veteres cantilenas, at emendatas continet. In iis reformandis duumviri: Franc. Xav. Zacharyasiewicz, Cancus Leop. et Franc. Siarczyński, Praeptus Jaroslav. operam suam locarunt. At, quod S. Hieronymo in emendatione Versionis Vulgatae, hoc ipsis quoq in hac reformatione accidit, ut paucis satisfacerent, a nonnullis etiam

Cunctis ecclesiis suae Dioecesis indulgentias Aplicas pro decennii spatio propriis impensis impetravit. Taxas causarum, Cancellariae eppali obvenientes, condonabat et alias, oblata opportunitate, erga pietatis instituta et egenos liberalitatem minimè postremam [1]) exercebat.

Ecclesias circuli Premisl., demto Decanatu Jaworov. personaliter visitavit, confraternitatem Premisl. Rosarii B. M. V. ex ecclesia Minoritar. conventual. ad ecclesiam cathedr. transtulit.

Sub ejus Praesulatu Conventus Carmelitarum discalceatorum in Zagorz sublatus fuit. Gallia, Belgium et vicinum Poloniae regnum, Russiae Imperatori subjectum, motibus bellicis concussum est, simul morbus, antehac his in terris penitus ignotus, choleram medici vocant, totam fere Europam peragravit. [2])

Viridis ejus senectus plures adhuc vitae annos portendere videbatur, at malum inveteratum, et immedicabi-

---

heterodoxiae insimularentur. Sic evenit, ut emendatio eorum, quamtumvis a Consistoriis approbata et praescripta, usum generalem non obtinuerit, et in plerisq ecclesiis antiquus textus hucusque retentus sit.

[1]) Non est mirandum, eum initio eppatus sui hospitalitatem et munificentiam antecessoris imitari non potuisse; nam de eppatu nec somnians Żydaczoviae et Stanislaopoli lautius vivebat, proventusque cujusvis anni in opera hospitalitatis ac charitatis erogabat. Unde cum praeter spem eppus factus, notabili sumtui, cum hac promotione conjuncto, impar, aes alienum contrahere debuisset, anxietate cruciabatur, ne qua aetate provectior, forte ante debitorum exsolutionem fatis succumberet. Exactissima ergo parsimonia tantum colligere festinabat, quantum debitis restituendis sufficeret. Ubi vero ex hoc vado emersit, lautius vivere coepit, et effusiori liberalitate in egenos utebatur. Ejus opera conatuque institutum pauperum Premisliae revixit, cujus directione usq ad vitae exitum occupabatur.

[2]) Anno 1831 haec epidemia in dioecesi a dimidio mensis Maji usq ad initium Augusti grassabatur, multosq sacerdotes, aegrotis Sacramenta ministrantes, sustulit.

le (renum calculus) subito tanta vehementia prorupit, ut intra breve tempus, quo dolores acutissimos exantlavit, dierum ipsius cursum succiderit.

Obiit 16 Maji 1832, et in ecclesia cathedrali sepultus est. [1])

---

[1]) Exeqias funerales celebravit AEppus Leop. And. Ankwicz cum Eppo r. g. Joanne Snigurski. Nec dives nec egenus obiit. Varia legata diversis personis inscripsit, quae, nescio qua de causa, hucusq effectu caruerunt. Rei oeconomicae haud adeo gnarus fuit, nec bona mensae eppalis, excepta clave Radimnensi, unquam vidit. At non caruit doctrina, Latioq idiomate non inseleganter scripsit. Calluit quoque linguam Hungaricam et Armenicam, utrique genti perquam addictus, Gallicam et Italicam intelligebat, Polonico et germanico sermone imperfectius utebatur. Caesareo regimini fidelissimus publicos officiales, qua Imperatoris organa, et personas militares, qua praecipua throni fulcra, impensius venerabatur, promtamq hospitalitatem in utrosque exercuit. Temperamenti erat sanguinici, facile in iram, at minime diuturnam excandescentis, ideo domesticis et Clero saepe vehementia sua molestus erat, cumq insuper ea, quam eppalis dignitas sibi deposcit, morum elegantia haud polleret, corporis forma minus venusta a natura praeditus esset, ac linguam hujatis gentis vitiose pronunciaret, utique lacunam, morte Antonii Gołaszewski ortam, condigne explere non valebat, ac minus, quam de caetero bona ejus indoles meruerat, aestimabatur amabaturque. Facies ejus typum referebat Orientalem, oculo dextro erat captus, capillamentum (perucca), quo calvitii causa utebatur, eum, alioquin minime formosum, amplius deformabat.

LV. MICHAEL
THOMAS
KORCZYŃSKI,

STEM. SAS.

E. P.

1834 — 1839.

Contemporanei:

Imper. Austriae	R. Pontif.
Franciscus I † 1835.	Gregorius XVI.
Ferdinandus I.	

Archi-Epp. Leopol.

Franc Xav. Luschin 1835 ad Sed. Metrop. Goricien. translatus.

Franc. de Paula Pistek.

Michaël Korczyński die 13 Decemb. 1784 in villa Tarnawiec, circ. Tarnov., parochiae Książnicensis, parentibus nobilibus Jacobo Korczyński et Francisca Kopcińska natus, studiis elementaribus Sanoci, gymnasialibus Premisliae, philosophicis Leopoli absolutis, Seminarium generale Leop., qua alumnus Dioec. Prem., (ad quam e nativa Tarnov. juvenis cum parentibus commigraverat) ingressus, et primum annum Theologiae ibidem emensus est.

Postea ad C. R. Convictum susceptus reliqua studia theologica in C. R. Universitate Viennensi complevit. Ibidem 13 Januar. 1808 ad S. Presbyteratus ordinem promotus anno seq. 1809 gradum Doctoris S. Theologiae adeptus est. [1])

Vitae publicae stadium ingressus usque ad 1am Martii 1812 munere Catechetae C. R. Gymnasii Premislien., Secretarii Consistorii, et Procuratoris Capituli functus est. Tum beneficium in Zgórsko, circ. Tarnov., patronatus Maximil. comitis Tenczyn Ossoliński, obtinuit, unde anno 1817 ad Canonicatum, 1818 ad Scholastici, anno 1820 ad Decani dignitatem in Capitulo progressus est, ita tamen, ut inspectionem scholarum primariarum, deficiente Scholastico, usque ad annum 1827 continuaverit. Toto temporis tractu ab anno 1817 usq ad 1834 res Capituli, qua Procurator, bis vero bona mensae eppalis Sede vacante, scil. 1824—1826, et 1832—1834 qua Administrator temporalium per Capitulum electus, direxit.

Cum Vindobonae studiis vacaret singularem benevo-

---

[1]) Occasione hujusce promotionis positiones quasdam ex historia eccles. et jure canon. defendit, principiis quidem Febronianis, tunc in scholis Austriacis dominantibus, consentaneas, at S. Sedis Aplicae juribus et auctoritati ecclesiae adversas e. g. ex Historia eccles thes. 5: „Monarchicae olim RRor. „Pontificum potestati principum imbecillitas, aevi ignorantia, bella „intestina, Pontificum prudentia politica, et multa alia et ori„ginem et incrementum dedere.“ Thes. 6: „Quae R. Ptfci per „Caroli M. donationem civilis obtigit potestas, vasalliticae spe„ciem indubie praese tulit.“ Ex jure eccles. thes. 2: „Jus „placeti regii omni principi etiam circa bullas dogma„ticas competit. th. 3.“ Potestas R. P. monarchica non est. th. 4. „Neq jus unitatis conservandae ecclesiae Romanae „tam arcte inhaeret, ut in aliam, communi necessitate vel uti„litate ita exigente, transferri non possit.“ Thes. 5: „Eccle„siae non est, impedimenta, scholis dirimentia dicta, nec „solius Sacramenti respectu, statuere.“

lentiam supradicti Josephi Maximil. comitis Ossoliński, viri doctissimi, bibliothecae C. R. Praefecti, et instituti litterarii, quod sub nomine ejus Leopoli floret, fundatoris, porro Innocentii Franc. Lang, C. R. convictus directoris, postea consiliarii aulici, ac supremi Gymnasiorum in imperio Austr. directoris, sibi conciliavit, Premisliae autem cum Andrea Comite Cetner, in suburbano praedio Bakuńczyce degente, familiaritatem contraxit.

Horum suffragio variis proceribus, influxu in aula gaudentibus, optime commendatus, post fata Joannis Potoczki ad vacantem eppatum Premisl. evectus est. [1])

In ipso muneris pastoralis aditu gravi morbo (pertinaci alvi fluxu), e quo nunquam penitus convaluit, adeo tentatus est, ut vix inthronizationis sollennia, nec nisi compendiario modo, adimplere potuerit. Refocillatis paululum viribus Decanos foraneos ad se congregavit, quibuscum de reformandis cleri moribus consilia sollicite contulit.

Ut beneficia tenuiter dotata et a longo tempore vacantia pastoribus provideri possent, sua apud c. r. regimen interventione procuravit, ut octoginta hujus categoriae beneficiis curatis ad primitivam fundationem modicum additamentum e fundo religionis adjiceretur.

Augendi sacerdotum numeri studiosus apud C. R. Gubernium, ut aedes Seminarii ampliaretur, et scopo suo conformius adaptaretur, instare non destitit, precibusq et

---

[1]) Fama fert jam post obitum Ant. Gołaszewski de eo ad eppatum provehendo actum fuisse, sed Romam, ob theses commemoratas ejus nominationi restitisse, donec ipsi suspiciones, inde enatas, ope PP. S. J. dissipare contigit. Nominatus est decreto caesareo dd. 13 Mart 1834, consecratus Viennae 17 Aug. 1834 a Vincentio Eduardo Milde, AEppo Vindob., suo quondam praeceptore, inthronizatus die suo onomastico, 29 Septemb. 1834.

persuasionibus suis tandem effecit, ut fabrica illa decerneretur, quae tamen ipso vivente non ultra primae aedificiorum delineationis (sciagraphiam vulgo dicunt), et praeviae sumtuum computationis stadium progressa est.

Ecclesiae cathedralis reparationem pari assiduitate urgens obtinuit, ut laminea at perstillantia templi et turris tecta resarcirentur, ac organum novum, dignitati hujus basilicae convenientius, compararetur. Ipse quoque tum linteaminibus ac vestimentis sacris, tum imaginibus, [1]) Vienna advectis, sponsae suae decori consuluit.

Dotationem Capituli meliorem reddere, ejusq regulationem, ab anno 1787 pendentem, ad optatum finem perducere, ipsi, quantumvis ferventer conanti, minime successit. [2])

Parochiam Łancutensem, a longo tempore Rectore carentem, et per PP. S J. in spiritualibus administratam obtento Sedis Aplicae assensu, e saeculari in regularem mutavit, ac praefatae Societati stabiliter tradidit. Viceversa beneficium regulare in oppido Leżaysk, extincto ultimo Praeposito Canonicorum SS. Sepulchri Hierosol., in saeculare convertit.

In oppido eppali Jasliska montem pietatis fundavit. [3])

---

[1]) Huc pertinent imagines SS. Trinitatis et S. Annae, quae in altaribus lateralibus navis ecclesiae ad utramq partem cernuntur.

[2]) Decretum dd. 13 Decemb. 1787 (de cujus tenore vide sub Gołaszewski) finalem decisionem Imperatoris respectu dotationis Capituli et Cleri inferioris pollicetur. Hoc promisso nixi Gołaszewski et Potoczki apud aulam instabant, ut bona Carmelitarum excalceatorum Conventus olim Premisl., dein Zagoriensis, augendae Capituli doti impenderentur. Hanc propositionem Korczyński Viennae personaliter fervidissime suffulsit, quin tamen voti campos factus sit.

[3]) Pro cujus fundatione Sumam 500 fl. CM. destinavit.

Cum oppidi Brzozov. incolis litem quoad certa jura habuit, [1]) cujus exitum morte praeventus non vidit.

Licet viribus corporis imbecillis, animo tamen semper valens, negotiis curiae eppalis personaliter gnavam operam dabat, functiones pontificales studiose adimplebat, verbum divinum praedicabat, [2]) quotannis certam partem dioecesis visitabat, et abusus deprehensos funditus extirpare adlaborabat.

Oeconomiae peritus statum bonorum eppalium meliorem reddere satagebat, variaq eo respectu proposita formabat, [3]) quae morte intercedente effectu caruere.

Inter varias occupationes, quibus et ante eppatum et in eodem distrahebatur, quidquid supererat otii, litteris impendebat, [4]) et clerum quoque suum ad Studia, sacra praesertim, diligenter tractanda animabat.

---

[1]) Oppidani isti jus propinationis sibi competere asserentes, praetorium (ratusz), quod Eppus reparare coeperat, tumultu facto, demoliti sunt. Inde processus criminalis ortus, quem tamen Eppus morti proximus et laesoribus injurias condonans, supprimi petiit.

[2]) Sermo ejus sub respectu oratorio non excellebat, nam et voce firma destituebatur, et pronuntiatio a monotonia non fuit libera. At doctrinam sanam, cum simplicitate evangelica modo ad captum populi accommodato exponebat, auctoritatemq pastoralem cum paterna benevolentia sociabat.

[3]) Inter alia consilium concepit, residentiam eppalem Premisliae ampliandi, novam partem occidentem versus ad vetus aedificium addendo. Summe dolendum est, quod fata hujusmodi consilium irritum reddiderint, nam domus eppalis angustior sane est, quam ut destinationi suae hoc tempore condigne respondeat.

[4]) Plures extant lucubrationum ejus fructus, et quidem
a) krótka grammatyka języka polskiego.
Dum supremi per Dioecesin scholarum inspectoris munere fungebatur, juventus nulla sermonis patrii institutione fruebatur. Indigne ille hoc ferebat, unde apud CR. Regimen, ut huic incommodo obviaretur, tamdiu institit, donec ei necessitatem studii linguae vernaculae in scholas elementares introducendi

Obiit Premisliae 8va Octobris 1839, [1]) et prout mandaverat, in publico coemeterio tumulatus est.

---

persuaserit. Obtenta respectiva concessione hanc brevem grammaticam, principiis Onuphrii Kopczyński superstructam, in usum scholarum concinnavit, quae, si alio, eoq phiiologico merito careat, certe tamen sincerum auctoris conatum, necessitati pridem agnitae satisfaciendi, et studia juventutis expeditiora reddendi, commendat.

b) Ksiądz Pleban, czyli wizerunek dobrego dusz pasterza Ign. Wal. Heggelina, plebana w Warthausen. Pierwotwor niemiecki J. M. Sailera na polskie przełożył X. Mich. Korczyński, Dziekan kated. Przem. Lwów 1821. 8°.

c) Katechizm dla dzieci wieyskich ku wygodzie parochow spisany przez X. M. K. 2 tomy. Lwów 1823.

d) Jacoba Benigna Bossueta wykład nauki katolickiey, z francuzkiego. Lwów 8°.

e) Inde ab anno 1833 edere coepit opisculum theologico periodicum s. t. „Przyjaciel chrześciańskiej prawdy“ quod etiam qua eppus, adscitis de clero collaboratoribus, usq ad obitum suum (1839) continuavit. Post fata ejus anno 1840 adhuc 4 fascicuii prodierunt, dein vero, cum ejus successor instituto non faveret, opusculum interruptum est.

[1]) Cum mense Junio 1839 finita visitatione Decanatus Głogov. respirii causa ad curiam Brzozov. divertisset, ibi intestinorum inflammatione correptus est. Morbus in primo stadio neglectus, aut potius sinistre tractatus, in cancrum ventriculi degeneravit, et lethalis evasit. Bimestri tempore Brzozoviae, inter dolores et angores, exacto, Premisliam transvehi importune postulavit, ut si divinae Providentiae eum ex hac statione avocare placuerit, in medio cleri sui cathedralis animam efflare posset. Mediis Septembris transportatus potius quam transvectus, cum a Patre Spirituali Seminarii de periculoso statu suo admonitus esset, bona fortunae inter cognatos distribuit, sacrisq mysteriis rite procuratus, Clero civitatis, lectum ejus cum lacrymis circumstanti, tenerrime valedixit, inimicis offensarum veniam fecit, ac paulo post aetatis anno 55 in Domimo obdormivit. Capitulo 2000 fl. CM. pro Anniversario reliquit, quod die ejus fatali absolvitur. Cum autem ob causam supra indicatam nulla post eum massa superesset, e summa illa, quam Capitulo dederat, a C. R. Regimine titulo variarum praetensionum non parum decerptum est. Funus ejus cum Clero cathedr. Eppus gr. c. Joan. Snigurski, ejus quondam condiscipulus, peregit.

Fuit statura corporis plusquam mediocri, facie venusta et rubicunda, capillo cano, complexionis delicatae, et ad infirmitates abdominis dispositae, hinc facile irritabilis, cibi somniq parcus. Eo non obstante laboris fuit tolerantissimus, et licet officialem haberet, cuncta propriis oculis cernere, judicioq proprio moderari voluit. Ingenio acri ac penetrantissimo, memoria perquam fideli gaudebat. In moribus comis, cunctis affabilis, praecipuo amore clerum suum cathedralem complectebatur, quem frequentius mensae suae adhibere, patrocinio suo tueri, et in necessitatibus, praecipue in infirmitate, non tantum consilio, sed et pecunia juvare solebat. Ita excellentibus animi ingeniiq dotibus paucos naevos abunde compensantibus, vere amabilis fuit. Vitio ei vertitur, quod pacem cum Ruthenis perturbaverit. At num juste hac in parte culpatur, eoquod in questionibus transitum a ritu graeco ad latinum concernentibus bullae Benedicti XIV „Etsi pastoralis“ insistere voluerit, quam etiam CR. Regimen his in rebus pro norma haberi disposuit? An ut pacis turbator spectandus est, quoniam morem epporum Hungariae secutus in Schematismo dioec. praeter Catholicos r. l. etiam numerum Catholicor. r. g. poni curavit? An serio dici potest, eum hoc actu graeco-Catholicos suae jurisdictioni subditos declarasse? An quia in opere suo theolog. sententiam nescio cujus auctoris Gallici allegavit: „nisi sacerdotes vitam coelibem agant, fideles ipsis conscientiae suae vulnera cum plena fiducia nudare haud posse“ ideo clericos uxoratos Graecorum ignominia affecisse putandus est? Talia autem sunt pleraq capita gravaminum, quae contra eum cum tanta indignatione et tanto strepitu prolata sunt.

Monumentum illius in Eccla cathed. Prem. hac inscriptione insignitum est:

D. O. M.

Michaëli Thomae Korczyński, S. T. D. *Eppo Premisliensi Pio antistiti, zeloso pastori, patri dilecto, clerus Dioec. in perenne doloris ac aestimationis monimentum cum lacrymis pos. Natus Id. Dec. 1784 Denatus 8 Id. Oct. 1839. Memoria sit in benedictione.*

LVI. FRANCISCUS
XAVERIUS de ABGARO
ZACHARYASIEWICZ

E. Pr.

1840 — 1845.

Contemporanei:

Imper. Austriae.	Rom. Pontif.
Ferdinandus I.	Gregorius XVI.

AEpp. Leopol.

Franc. de Paula Pistek.

Franciscus Xaver. Zacharyasiewicz Stanislaopoli in Galicia, parentibus Armenis, e Bucovina originem ducentibus, natus, studiis inferioribus in patria civitate, philosophicis in CR. Josephina Universitate Leop. absolutis, qua alumnus rit. Armen. Seminarium generale Leopol. intravit. Anno 1795 Presbyter. ordinatus et ecclae archicathedr. r. arm. qua Vicarius applicatus est. Anno 1806 Canonicatum penes dictam ecclesiam obtinuit, et in Academia Leop. Doctoris in Theologia gradum adeptus est. Jam prius in facultate theologica varias cathedras vacantes qua Professor substitutus occupaverat, anno vero 1800

munus actualis Professoris historiae ecclesiasticae obtinuit, quod usq ad annum 1817 gessit.

Anno 1812 ritum armenum cum latino commutavit, quo facto favente Joanne Hoffman, Praepto Metrop., qui Sede AEppali vacante Archidiocesin in spiritualibus administrabat, inter Assessores ac Referendarios Consistorii Metrop. r. l. connumeratus fuit.

Anno 1816 Canonicatum in eccla Metrop. r. l. accepit, et C. R. Gymnasiis per Galiciam inspiciendis qua Director centralis praefectus est. Anno 1826 Universitati Francisceae Leopol. Rector magnificus praefuit, 1830 in Collegium statuum regni Galiciae qua Deputatus ac Referendarius assumtus est. Anno 1831 in Capitulo Metrop. ad dignitatem Custodis ascendit, sequenti anno 1832 a Gymnasiorum inspectione liberatus, Director studii theolog. in CR. Universitate Leop. renunciatus, paulo post dignitate C. R. Consiliarii gubernialis auctus est.

Sub Archieppatu Andreae Aloysii Com. Ankwicz, cujus peculiari fiducia gaudebat, difficillima Consistorii negotia magna dexteritate superabat, post transitum vero dicti Archipraesulis ad Sedem Metropolitan. Pragensem (1834) Archidioecesin Leop. qua Vicarius Capitularis in spiritualib. administravit, quod munus ei anno seq. 1835 post translationem AEppi Francisci Xav. Luschin (cujus Vicarius generalis fuit), ad cathedram Metropolitanam Goriciensem, iterate concreditum est.

Mox hoc ipso anno 1835 in locum Francisci de Paula Pistek, ad AEppatnm Leop. promoti, a Ferdinando I Imp. d. 2 Sept. Eppus Tarnov. [1]) et quinquennio

---

[1]) Inter merita ejus circa hanc Dioecesin illud primum locum obtinet, quod Seminarium dioecesanum cum studio theolog. Tarnoviae introduxerit, apteque regulaverit.

(non tamen integro) in hac sede transacto, d. 16 Martii 1840 Eppus Premisliensis [1]) nominatus est.

Etsi grandaevus, utpote jam fere septuagenarius, hujus Dioecesis gubernacula capessiverit, nihilominus tamen cum satis viridi senecta gauderet, nihil activitatis sedulitatisq in munere pastorali unquam deesse passus est. [2])

Antecessoris [3]) sui vestigiis insistens Seminarii fabricam apud C. R. Gubernium enixe ursit, cui etiam anno 1843 manum adpositam vidit, ast finem operis 1846 absoluti, spectare ipsi datum non fuit. Interim tamen statuta hujus instituti reformavit, quae a C. R. Regimine ratihabita eidem etiamnum pro norma serviunt.

Capitulum cathedrale ejus precibus apud S. Sedem Apl. interpositis acceptum refert privilegium, quo Praeposito, pro tempore existenti, usus pontificalium est concessus. [4])

Sub ejus eppatu institutum temperantiae ad hanc dioecesin introductum est, [5]) cujus adminiculo multi gulae

---

[1]) A Gregorio P. XVI confirmatus, die 11 Octob. 1840 primum ingressum ad ecclam cathedr. cum magna pompa peregit.

[2]) Ante meridiem singulis diebus legendis variis expeditionibus ad Consistorium undique appellentibus, tum elaboratis Referentium trutinandis scrupulose occupabatur. Pontificales functiones nunquam praetermisit· at a concionando propter oculorum lippitudinem ac virium debilitatem abstinuit. In visitationibus tamen canonicis, quas singulis annis verno tempore assumebat, etiam verbum divinum ab altari praedicabat.

[3]) Mentione dignum est, eum fuisse magistrum immediati sui decessoris Mich. Korczyński, discipulum vero mediati, Joannis Potoczki.

[4]) Vid. bullam Gregorii P. XVI dd. Romae 17 Decemb. 1842 in Archivo Consistorii repositam.

[5]) Vid. ejus eplam pastoralem dd. 8 Octob. 1844 ad Clerum et populum Diocceseos et instructionem ad parochos directam qua monet, ut ad dictam societatem accedentes, se vel ad omnimodam a spirituosis abstinentiam, vel saltem ad moderatum eorum usum obstringant.

dediti ab hoc turpi vitio sanati, alii ab eodem cum magno animae suae, valetudinis et rei familiaris emolumento praeservati sunt.

Anno 1843 Augustiss. Ferdinandus I eximia Zacharasievii in utramque rempublicam merita benevole considerans, eum inter intimos status et aulae consiliarios cooptavit.

Plura operandi mors festina, die 12 Junii 1845 subsecuta, occasionem abstulit. [1])

Fuit vir doctus, in labore etiam in postrema senectute assiduus, cujus etiam monumenta typis impressa prostant. [2])

Jacet in publico coemeterio, [3]) in ecclesia cathedrali vero modestum monumentum ejus memoriam conservat, addita sequenti epigraphe:

---

[1]) In visitatione ecciae Sokołov. Circ. Ressov. subito, ut fertur, aquae gelidae haustu, pulmonum inflammationem contraxit. Curationis causa Premisliam reductus, hac ipsa die, qua domestica limina repetiit, paralysi pulmonum suffocatus est.

[2]) Conciones occasionales et festivales ab eo variis temporibus habitae Leopoli 1844 in 8vo typis prodierunt. Inprimis historicis studiis oblectabatur, et antecessorum suorum res gestas cognoscendi avidus erat. Hinc MStum s. t. „Vitae epporum Prem.“ in Archivo Consistorii repertum, Viennae 1844 typis Mechitaristicis edidit, additamentis suis auctum. Valde dolendum est, quod senio gravatus et oculis lippus operi huic majorem perfectionem donare haud valuerit. Etiam pagellae litterariae ab instituto Ossoliniano Leopoli editae varios tractatus, historici potissimum argumenti, ab eo concinnatos, continent.

[3]) Justa ei persolvit Eppus loci graecus Joan. Snigurski, ejus quondam discipulus. Fuit statura mediocri, facie fusca, fronte alta, oculis solito convexioribus, naso longo et aduncо, capillo nigro et arrecto, vix hinc inde canitie adsperso, lingua parumper blaesus. Praeter multiplicem doctrinam, amplam habuit experientiam cum firma memoria. In rebus gerendis multum erat versatus, in conversatione jucundus, at justo verbosior, hypercriticus, et non sine gravitatis praejudicio facetus.

Sanguinico-cholerico temperamento praeditus saepe sine debito ad tempus, locum et personas respectu in iram clamorosam erumpebat, quae tamen praecocis turbinis instar mox defervescebat. Substantiae suae cognatos haeredes scripsit, Capitulis Premisliensi et Tarnoviensi millenos flor. MC. pro Anniversariis legavit. Sponsae suae Prem. praeter apparatus pontificales lampadem pensilem, quae in Presbyterio cernitur comparavit. Bibliothecam suam in 3 partes dividi jussit, cujus unam instituto Ossoliniano, alteram bibliothecae Univers. Leop., tertiam Seminario Premisl legavit.

D. O. M.

Piae memoriae Francisci Xav. de Abgaro Zacharyasiewicz S. T. D., S. C. R. *Aplicae Majestati ab intimis consiliis, post Cancatum ecclae Metrop. Leop., quadriennemque eppatus Tarnoviensis procurationem* Episcopi r. l. Premisliensis, *aetate, doctrina, prudentia, egregiis in utramq rempubl. promeritis venerandi. Natus A. R. S. 1771 VIII Id. Decemb. Denatus A. D. 1845 prid. Idus. Junias. Sedit annos 4 menses 7. Cui pax perpetua sit in luce Sanctorum.*

LVII. FRANCISCUS XAVERIUS WIERZCHLEJSKI

ARM. BERSZTEN.

E. P.

1846 — 1860.

Contemporanei:

Imp. Austriae	Rom. Pontif.
Ferdinandus I, post cujus abdicationem (1848): Franciscus Joseph I.	Pius P. IX.

Archi. Epp. Leop.
Lucas Baraniecki 1849—1858.

Fran. Xav. Wierzchlejski anno 1803 in villa familiae suae Poręba, Circ. Sandecen., nobili genere natus, prima studia Sandeciae, Gymnasium Tarnoviae, Philosophiam Leopoli, S. Theologiam Viennae, qua alumnus C. R. Convictus cum eminenti progressu absolvit.

Anno 1826 S. Presbyteratus ordine pro Dioecesi tunc Tinecensi (nunc Tarnoviensi) initiatus, ab Ordinario suo, Gregorio Thoma Ziegler, pro uberiori in sacratiori-

bus disciplinis cultura ad c. r. presbyterale institutum, quod Viennae ad S. Augustinum floret, missus est.

Hic theologica studia pro obtinenda dectoratus laurea maturius profundiusq tractare coepit, at mox eorum cursum interrumpere coactus fuit. Quum enim anno 1827 pro Religiosis S. Francisci de observantia in monasterio Calvariensi studium theologicum erigeretur, cumq hic ordo presbyteris, qui lectorum munere fungi possent, careret, id officii clericis saecularibus commiti debuit, atq ita Franciscus noster, qui in Academia Viennae examen rigorosum e studio bibl. cum applausu superavit, in dicto instituto regulari Professor S. Scripturae utriusq testamenti constitutus est. Institutum istud, ab origine domesticum, et pro PP. Bernardinis unice destinatum, mox ad omnes Religiosos provinciae Galicianae (exceptis Jesuitis) extensum, et e coenobio Calvariensi Leopolim translatum est, qua occasione etiam Franciscus noster cum eodem ad dictam Metropolim commigravit.

Quum in oppido Gołogory, circ. Złoczov., ad mensam Conventus Leop. Ord. S. Dominici pertinente, beneficium parochiale vacare contigisset, FF. Praedicatores grati pro laudabili opera, in erudiendis clericis sui ordinis locata, ipsum 1834 Consistorio AEppali Parochum praesentarunt, quo munere usque ad anno 1845 fungebatur, volente memorato Consistorio simul Decani foranei, et Scholarum popularium inspectoris munia adimplens.

Anno mox fato 1845 a C. R. Regimine ad Canonicatum penes ecclesiam Metrop. Leopol. praesentatus. Scholastico aetate et debilitate impedito, inspectionem omnium scholarum popularium in Archidioecesi suscepit.

Necdum integro anno ab hac promotione transacto Ferdinandi I Imp. gratia ipsum ad eppatum Premislien-

sem, post obitum Francisci Zacharyasiewicz vacantem, evexit (1846).[1])

Ejus praesulatus gravissimis eventibus, ast quoad maximam partem funestis plenus fuit.

Anno 1846 in Galicia insurrectio contra C. R. Regimen attentabatur, plebe vero hujusmodi ausibus non favente direptio bonorum nobilitatis cum horribili ejusdem laniena subsecuta est. Equidem haec catastrophe nominationem Praesulis nostri paucis mensibus antecessit, at consectaria ejus (plebejorum contra nobiles exasperatio et mutua diffidentia) toto episcopatus ejus tempore perdurabant.

Mense Februario 1848 revolutio in Gallia eo effectu erupit, ut exauctorato rege potestas regia abrogaretur, ac respublica proclamaretur. Hoc veluti signo dato in plurimis Europae continentalis monarchiis motus vehementissimi concitati sunt. Viennae in Austria mense Martio juventus litterarum studiosa et cives varias libertates, quin totius systematis, quo imperium hactenus administrabatur, abrogationem, et novae, recentibus ideis consentaneae regiminis formae adoptationem, importune postalarunt.

Annuit benevolus Imperator Ferdinandus, a sanguinis profusione toto animo abhorrens, novamque, ut vocant, monarchiae constitutionem spopondit, pro qua concinnanda mense Julio 1848 generalia imperii comitia

---

[1]) Accedente confirmatione Pii P. IX die 4 Ocb. 1846 in eccla Metropolit. Leop. per p. m. Cyrillum Stefanowicz, Arch.-Eppum Leop. rit. arm. assistentibus Joanne Marcellino Gutkowski, Eppo Podlachiae, et Gregorio Jachimowicz, Eppo Pompejopolitano, Suffraganeo Metropolitae Halicien. r. g., consecratus fuit. Die 4ta Novembris Premisliam venit, et d. 8a Novemb. 1846 ex ecclesia Minoritar. Conventual. ad ecclam cathedr. festive deductus ac inthronizatus est.

Viennam convocavit. At motos fluctus componere arduum erat, siquidem luxuriantia ingenia continuo novas concessiones armatis precibus postulabant.

Regnum Lombardo-Venetum, item Hungariam belli civilis flamma corripuit, quin et in ipsa Austria aliisq provinciis tumultus periculosissimi orti sunt, armorum vi aegre suppressi.

Tantis calamitatibus obrutus Ferdinandus I Imp. imperio se abdicavit, et nepoti e fratre, vixdum ex ephebis egresso, Francisco Josepho I solium coronamque cessit cui, comitiis solutis, turbines istos aliquatenus pacare successit.

Temporibus adeo inquietis, hominum opinionibus studiisq in tot factiones distractis, ei qui vitae publicae curriculum intravit, aequam ubique mentem servare, et inter tot scopulos inoffenso pede detransire, perquam difficile est. Non ergo mirandum est Praesulem nostrum, cui concivium fiducia anno 1848 legationem ad aulam, demandavit quiq deputatus in comitiis tum Viennae tum Cremsiriae sedit, cunctis satisfacere non potuisse, ejusq agendi rationem pristino rerum ordine restituto non omnibus probatam acceptamque fuisse. Id sane optimae intentionis sibi conscium summo moerore non poterat non afficere.

Quo tempore Austriae imperium ita periclitabatur etiam Sedes Aplica non minus vehementi tempestate exagitabatur. Pius P. IX, qui 1846, Gregorio XVI successerat, vir vere Apostolicus, princeps vere humanus ac liberalis, multa proprio motu subditis concessit, quae decessores constanter negaverant, sed factio libertinorum, nullis concessionibus acquiescens, temporali Pontificis dominationi exitium juravit, et adversus optimum Pontificem seditionem movit, contra quam ipsi in fuga salutem querere opus erat (1849). Rebellione hacce Gallorum armis sopita,

Pius IX Romam rediit; at in his omnibus nondum furor Domini aversus est, et adhuc manus ejus extenta! Factio libertinorum, patrocinante regno Subalpino, eo assidue collimat, ut summum Pontificem, jam pluribus et ditissimis provinciis violenter spoliatum, temporali potestate prorsus exuat, omnesq Italiae terras sub uno sceptro coadunet, donec opportunum reipublicae proclamandae momentum venerit. At hominum viae non sunt Dei viae! Heroica Pii IX mens nullis periculis cedens, in eo omnem spem reponere non cessat, qui potens est dissipare machinationes Achitophel, et destruere omnem altitudinem, efferentem se adversus consilia Altissimi.

Ut autem ad viciniora redeamus, in Austria, etsi prima regenerationis tentamina irrita ceciderint, rebus internis liberaliter reformandis serio adlaboratum est. Labores subditales anno 1848 aboliti sunt. Mox eandem sortem decimae et messalia cleri subierunt. Compensatio pro laboribus et praestationibus subditorum debito publico adscripta, percipientibus vero syngraphe debitoreae, censum 5 fl. a centum ferentes, extraditae, quarum certa pars bis singulis annis sortitione facta, juxta valorem nominalem ita exsolvitur, ut intra 40 annos totum debitum dispunctum iri spes sit. Auctis ob postrema bella status debitis, obligationes illae, ut vulgo dicitur, indemnisantes quibus etiam obventiones ecclesiarum pro decimis manipularibus et annonis in grano (vulgo „mészne“) exsolutae sunt, pretium instabile, et in regula nominali multo inferius habent, sed valet hic idem, quod majoribus nostris olim occasione emissionis thymphorum dictum est: „Dat pretium servata salus, potiorq metallo est!“

Non minorem solicitudinem quam bonis privatorum ab oneribus inhaerentibus emundandis C. R. Regimen rebus ecclesiasticis impendere coepit. Ex quo Franciscus

Josephus I, imperii habenas capessivit, longe quam antea liberalior ecclesiam, ejusq ministros tractandi methodus adoptata est. Plurimis Josephini systematis reliquiis eliminatis ecclesiae catholicae in spiritualibus autonomia reddita, et ut opus, laudabiliter coeptum, laudabilius terminaretur anno 1855 inter Augustissimum Imperatorem et S. Sedem Aplicam conventio inita est, qua ad evitandas inter utramq rempublicam collisiones et discordias, certae normae generales pro rebus ecclesiasticis mutuo consensu definitae sunt. [1])

Sed jam ad activitatem Praesulis nostri in eppatu suo veniamus.

Nil ipsi magis cordi fuit, quam ut avitam gentis nostrae pietatem et morum simplicitatem conservaret, et ubi collapsa est, instauraret. Ideo functiones liturgicas sollennius peragere consuevit, ac inprimis cultum erga B. V. Mariam [2]) latissime promovere studebat. In visitandis ec-

---

[1]) Conventio haec die natali Augustissimi Imperatoris 18 Augusti 1855 per delegatos utriusq partis, Michaël. Cardlem Viale-Prela, SS. Dni N. Pii P. IX apud aulam Caesaream Pro-Nuncium, et Josephum Othmar. de Rauscher, AEppum Viennen. signata fuit. Ut omnes vere Catholicos, sic in specie Praesulem nostrum eventus iste intimo gaudio affecit. At, proh dolor! tam intra Austriam, quam extra in terris confoederationis Germanicae, permulti, qui se ut libertatis populorum assertores gerunt, contra hoc concordatum calamos linguasq acuerunt, quorum cavillationibus scite respondit auctor operis: „Studien über das österr. Concordat vom 18 Aug. 1855. Wien 1856 in 8°." Mirum sane est, viros, qui se ut libertatis vindices venditant, et pro eo quod justum aequumq est, contra quamcunq violentiam et oppressionem certamen sustinere asseverant, systemati Josephino applaudere! Praesenti quo libellus noster prelum subit, momento, conventio illa, solennissima sanctione nihil obstante, jam antiquata est!

[2]) Postquam d. 8 Decemb. 1854 a SS. D. N. Pio P. IX immaculata Conceptio B. M. V. dogmatice definita est, Praesul noster more ecclarum Italiae mense Majo quotidianam devo-

clesiis, [1]) consecrandis templis, [2]) praedicando tam in eccla cathedrali, quam per Dioecesin occasione visitationum canonicarum, verbo divino, [3]) in reformandis Cleri ac populi moribus indefessus, merito zelosi ac eruditi [4]) pastoris famam assecutus est.

Singularem attentionem Seminario dioecesano et clero juniori, ad curam animarum rite praeparando, impendit. [5])

Consessibus Epporum Viennae 1849 et 1856 pro rebus ecclesiarum accomodate ad s. canonum praescripta,

---

tionem erga B. V. in dioecesi sua introduxit, et suo aedificante exemplo fideles ad eam frequentandam animavit.

[1]) Totam Dioecesim, paucis Decanatibus exceptis, visitavit.

[2]) Post Venc. Sierakowski non est, qui tot ecclesias dedicaverit. Nec aëris inclementia eum ab hoc pietatis opere deterrere unquam valebat, nam saepius inter vehementissimos imbres, longas caeremonias, quae Pontificale Romanum in hoc casu praescribit, nihil decurtando, adimplere visus est.

[3]) Sermo ejus, amputatis quibuscunq phaleris, simplicitate apostolica nitet, et ad captum idiotarum sese demittit. In eccla cathedrali per Dominicas adventus, et in majoribus festivitatibus, quibus etiam S. liturgiam personaliter implebat, e sacro suggestu ad populum verba facere consueverat.

[4]) Praeter exactam Theologiae et Juris canonici notitiam, gaudet profundiori cognitione S. Scripturae et SS. Patrum, quibus in praedicando ad propositum scopum magna dexteritate uti novit.

[5]) Non solum examinibus alumnorum e scientiis theologicis solerter assidere, iisq questiones pro explorando ipsorum progressu proponere, sed etiam ante s. ordinationem eos e liturgia et cantu ecclesiastico, e rubricis breviarii et missalis stricte examinare solebat. Permolestum ipsi fuit, quod institutum Seminarii dioecesani sub Praesulatu ipsius, necessitate publica id exigente, aedes suas usibus militaribus cedere coactum fuerit, nam anno 1848 grassante cholera (quae etiam anno sequente, et 1855 Premisliam afflixit), 1849 cum Russorum copiae in Hungariam tenderent, et 1854 ac 1855, cum circa Premisliam munitiones erigerentur, in Seminario nosocomium militare adaptatum est.

ad recentem imperii statum, et ad novissimum concordatum ordinandis, interfuit.

Capitulo cathedrali propensus obligationes, eidem ex variis fundationibus inhaerentes, impetrata praevie Sedis Aplicae venia, cum respectu ad modernos proventus moderatus est, similiter chori officiaturam et missae conventualis obligationem eadem auctoritate Aplica reduxit. (25 Nov. 1857). Sponsae suae, ecclesiae cathedrali apparatum nigri coloris, aliquot tapetia, et pretiosum baldachinum, Mediolani confectum, donavit.

Post quatuordecem annorum laboriosam operam, huic Dioecesi dicatam, divina Providentia eum ad aliam et insigniorem partem vineae Christi colendam vocavit, siquidem exeunte anno 1859 ab Augustissimo Francisco Josepho I Imp. post mortem Lucae Baraniecki Archieppus Leopol. nominatus, et anno sequente a SS. D. N. Pio P. IX ad hanc Sedem Metropolitanam promotus est. [1])

Sicut primordia eppatus ejus turbulenta erant, ita postrema a procella non fuerunt libera. Dispositio anno 1860 ad clerum dioecesanum data, qua leges canonicas contra Christianos, Judaeis famulantes, refricavit, et novo rigore sanxit, inconditos Judaeorum et judaizantium contra ipsum clamores suscitavit. At Sedes Aplica ejus agendi rationem approbavit.

Die 4ta Septembris 1860 sponsae Premisliensi valedixit, ac ad Leopoliensem se transtulit.

---

[1]) Die 6 Decemb. 1859 nominatus, 23 Martii 1860 a Sede Aplica confirmatus, 16 Sept. 1860 primum ascensum ad ecclam Metrop. fecit.

LVIII. ADAMUS

JASIŃSKI,

ARM. SAS.

E. P.

1860 — 1862.

Contemporanei:

Imper. Austriae	R. Pontif.
Franciscus Joseph. I.	Pius P. IX.

Archi. Epp. Leop.

Franciscus Xav. Wierzchlejski.

Adamus eques Jasiński d. 24 Decemb. 1812 in pago Dydiatyn, parochiae Konkolnicen., Circuli Brezanen., natus, studia inferiora usq ad Gymnasium inclusive Brezanis, philosophica Tarnopoli apud PP. S. J., theologica in C. R. Universitate Leopol., qua alumnus Seminarii AEppalis, absolvit.

Anno 1835 ordines s. minores et majores usque ad Diaconatum inclusive a Francisco Xav. Luschin, AEppo Leop., anno seq. 1836 Presbyteratum sede AEppali vacante a Samuele Cyrillo Stefanowicz, Archeppo rit. arm. suscepit.

Curae animarum applicatus primum officio cooperatoris ad ecclesiam parochialem Stryjensem, tum eodem officio ad parochiam Leopol. ad Stam Annam, demum officio Vicarii ad ecclam Metropolitanam fungebatur, in qua ultima statione positus, etiam auditoribus philosophiae in C. R. Universitate religionis scientiam, deficiente tunc hujus cathedrae Professore, explanabat, et in instituto theolog. pro regularibus principia artis catecheticae ac methodicae tradebat.

Inde Stanislaopolim transiit, ubi in C. R. Gymnasio per annos sex cum dimidio Catechetae munus sustinuit, demum Leopolim reversus eodem munere penes c. r. Gymnasium in aedibus Dominicanis per biennium cum sex mensibus functus est. In hoc stadio activitatis suae juventuti ad pietatem probitatemq christiano-catholicam formandae magna dexteritate ac diligentia incubuit, magna item prudentia pastorali et charitate erga egenos eminuit, quibus dotibus et sociorum in munere docendi et discipulorum animos sibi plurimum devinxit.

Anno 1850 in Capitulo ecclae Metropolitanae Canonicatum fundationis Głowinscianae, patronatus Capitularis accepit, paulo post, volente Archieppo Luca Baraniecki, singulari protectore suo, munus Rectoris in Seminario Archidioecesano adgressus est, quod 8 annis eximia solicitudine et prudentia gessit.

Anno 1855 ad dignitatem Custodis, 1857 ad Praelaturam Decani archicathedralis progressus est. Insuper munus Praesidis pro libris scholasticis, polono idiomate concinnandis, directoris instituti pro coecis educandis, assessoris et postea Praesidis Judicii I inst. pro causis matrimonialibus, examinatoris prosynodalis, et membri anteacti Collegii statuum regni Galiciae obivit.

Haec singula officia debita cum sedulitate et magna habilitate adimplebat, inde apud Archipraesulem suum tanta pollebat fiducia, ut quoties peregre discederet, aut alias impeditus esset, ei potissimum Archidioecesis regimen concrederet. Insuper infucata ejus pietas, erga Superiores modestia ac reverentia, erga inferiores affabilitas, profusa erga egenos munificentia, cunctorum encomiis juste celebrabantur.

His ejus virtutibus motus Augustissimus Franciscus Joseph. I Imperator eum 6 Decemb. 1859 Episcopum nominavit Premisliensem. [1])

Anno 1860 pastorale munus agressus ejus negotiis et officiis totum se consecravit. In palatio eppali multas fecit restaurationes, puteumq novum in area ejus effodit. In eccla cathedrali Capellam SS. Corporis Christi magno sumtu pristino nitori restituit. Decanatum Strzyżoviensem ob nimiam amplitudinem in tres decanatus divisit (Strzyżoviensem scil., Brzostecensem et Frysztacensem), ac aestate anni 1861 omnes eorum ecclesias canonice visitavit. In pauperes et instituta pietatis, in adolescentes egenos litterarum studiosos, in debiles, viduas, orphanos effusam liberalitatem exercere nunquam destitit.

Viribus robustus diu victurus, et Dioecesi plurimum profuturus credebatur; ast divinae Providentiae eum de hac statione cito avocare placuit!

Jam ante Eppatum Leopoli nervorum irritabilitate, cordis palpitatione, graviq insomnia torquebatur. Contra haec mala remedium quaerens anno 1861, finita visita-

[1]) Die 23 Martii 1860 a Pio P. IX confirmatus, die 23 Sept. 1860 a Francisco Xav. Wierzchlejski AEppo Leop. consecratus, et die 21 Oct. 1860, quae fuit anniv. Dedicationis ecclae Premisliae solenniter in numerosa Cleri et terrigenarum frequentia inthronizatus est.

tione canonica, ad thermas Carolinas profectus est. Vegetus inde rediisse videbatur, ast initio anni 1862 priora symptomata majori vehementia proruperunt.

Sub finem Januarii sanitati consulturus pro paucis diebus Leopolim se contulit. Ibi suasu medici hydropathicae curationi se subjecit. Nullum tamen inde levamen retulit, imo de die in diem magis marcescebat, ita ut jam optatum ad propria reditum exequi non potuerit. Ulcus in intestino duodeno formatum, subitoq ruptum, arteriam laesit, unde sanguinis profluvium stomachum et viscera inundavit. Hic morbus, medicis melaena appellatus, vitae ejus funiculum intra triduum discerpsit.

Obiit in palatio AEppali, ubi hospitio utebatur, noctu ex Dominica quinquagessimae in fer. 2am, seu e 2a in 3am Martii 1862, et die 6a Martii in coemeterio Łyczakoviensi sepultus est.

Praematuram Praesulis jacturam Dioecesis tota sincere luxit; erat enim cleri ac populi verus pater, et brevi, quo inter nos morabatur, temporis spatio summum omnium amorem sibi conciliavit. Nova indies agitabat consilia, ecclesiae et episcopatui salutaria, quae cuncta mors invida irritavit!

In coemeterio Leopol. ubi quiescit, ex collecta Cleri Dioecesani et amicorum, praesertim de Capitulo Metrop. Leopol., monumentum super sepulchro ejus constructum est, hac inscriptione addita:

D. O. M.

Adamus Eques Jasiński *Eppus r. l. Premisl. altero Pontificatus, quinquagesimo aetatis anno Clero et populo suo praematuro fato ereptus. Hic in Christo quiescit beatam expectans resurectionem, quam pietatis et charitatis operibus bene merito, tuis viator precibus a Deo Opt. Max. efflagita. Natus 24 Decemb. 1812, obiit nocte e 2da in 3am Martii 1862.*

LIX. ANTONIUS

JOSEPHUS de WAŁAGIN

MANASTYRSKI,

STEMM. SAS.

E. P.

1863.

Contemporanei:

Imp. Austr.	Rom. Pontif.
Franciscus Joseph. I.	Pius P. IX.

Archi-Epp. Leopol.

Franciscus Xaver. Wierzchlejski.

Antonius Josephus Manastyrski, A. D. 1803 Stanislaopoli natus, studiis elementaribus et gymnasialibus in patria urbe peractis, Philosophiae in C. R. Universitate Leopol. operam dedit, tum pro studio S. Theologiae ad C. R. Convictum Viennam missus est, quo terminato (1825) ad S. Presbyteratus ordinem promotus (1826) et ad c. r. institutum sublimioris educationis sacerdotalis ad Stum Augustinum Viennae susceptus est.

A. D. 1830 in C. R. Universitate Viennensi lauream Doctoris S. Theologiae obtinuit.

Leopolim redux penes Seminarium Archidioecesanum diversa munia, utpote: studiorum Praefecti, Patris Spiritualis, tum Vicerectoris successive obivit, et inter Referentes Consistorii Metrop. cooptatus est.

Deinde ad Canonicatum ecclesiae Metropolitanae assumptus, ac a C. R. Regimine Gymnasiis in Galicia qua director praefectus est, quo tamen munere, mox gremium C. R. Gubernii qua Consiliarius ingressus, sese abdicavit, ejus loco vero functionem Directoris studii theolog. in C. R. Universitate Leop. in se suscepit.

In Capitulo Metrop. primum ad dignitatem Custodis et Abbatis in Żołkiew, tum ad Decanatum archi-cathedralem ascendit. Parochiam archicathedralem multis annis rexit, clero urbano Leop. Decanus praefuit.

Cum in praedictis functionibus luculenta scientiae, pietatis morumque integritatis specimina praebuisset, Augustiss. Franciscus Josephus I Imp. eum dignum reperit, quem altissimo suo decreto d. d. 25 Februarii 1863 in locum p. d. Adami Jasiński, Eppi Prem., sufficeret.

Die 28 Sept. 1863 SS. D. N. Pius P. IX eum in Consistorio Romae habito ecclae huic eppum praefecit.

Die 8 Novemb. 1863 in eccla Metrop. Leop. per Franc. Xav. Wierzchlejski, AEppum, sacrae consecrationis munus suscepit, die vero 8 Decemb. 1863 in magno cleri et terrigenarum concursu ad ecclam cathedralem solenniter introductus et inthronizatus est.

Quinquennio, quo Praesul iste dioecesis clavum tenet, ampla ipsi munificentiae exercendae occasio oblata est. Anno 1864 magnum incendium civitatem Premisliensem afflixit, quod ecclesiam PP. Minoritarum cum aedibus conventualibus, imo in adjacente platea totam aedificiorum seriem usque ad turrim horologii (quae vulgo S. Joannis dicitur) flammis vastavit. Anno 1867 inaudita aquarum exundatio totum tractum a Cracovia Cernovicium usque paulo ante messem (mense Julio) horribiliter vastavit, segetes maturas

prostravit ac limo infecit, vias publicas impervias reddidit. Tum ecclesia monialium S. Benedicti cum aedibus conventualibus in muris et pavimentis ingentes subiit desolationes, suburbiorum vero, Sani ripis adjacentium, incolae bene multi cum focis domesticis omne peculium amiserunt. In tanta calamitate Episcopus manum minime contraxit, imo tam pro restauratione ecclesiarum, quam pro juvamine miserorum, qui elementorum violentia bonorum jacturam passi sunt, larga munera profudit. Insuper, semper decori domus Dei studiosus, curam habuit, ut parietes templi cathedralis extrinsecus vetustate squallentes, renovarentur, apparatum ecclesiae pretiosis vestimentis sacris auxit, palatium episcopale magno sumtu eleganter restauravit, pro novo tecto ecclesiae PP. Recollectorum de laterculis struendo notabiliter contribuit.

Quo tempore Romae millenaria martyrii SS. Petri et Pauli memoria recolebatur, (29 Jun. 1867) et B. Josaphat, Archiepiscopo r. g. unito Polocensi, saec. 17° martyrii palmam consecuto, Sanctorum honores per universam ecclesiam exhibendi decernebantur, Praesul noster limina Apostolorum devote visitavit, et visibili ecclesiae capiti villicationis suae rationem exposuit, anno vero sequente (1868) magnum rarumque, qualem Premislia a duobus saeculis non vidit, hospitem domi suae habuit, excellentiss. ac reverendissimum Dominum Marianum Falcinelli-Antoniacci, ex ordine S. Benedicti congregationis Monte-Cassinensis, Archieppum Atheniensem, SS. Dom. nostri Pii P. IX apud aulam caesaream Viennae cum potestate legati a latere Nuncium, Patricium civitatis Assisiensis ac Foroliviensis, Ordinis magnae crucis Christi in Brasilia, S. Josephi in Hetruria, et SSmi Sepulchri Hierosolym equitem, — qui in reditu Leopoli die 19 Julii vespere a proceribus municipii Premisl. honorificentissime exceptus et in magna, populi fidelis frequentia primum ad ecclesiam cathedralem, tum ad palatium eppale deductus, homagia Cleri multarumque distinctarum personarum benevole excepit. Sequente biduo dignissimus ille Praelatus, qui mira sua demissione ac comitate cunctorum animos sibi conciliavit, Premisliae morari dignabatur, ac die quidem 20 Julii in ecclesia cathedr. r. l., 21 Julii in eccla cathedrali rit. graec. sacris operatus, omnia urbis templa, ac utrumque Seminarium clericale visitavit.

Quamquam animus luctu refugit, non possumus tamen silentio premere eam, quae ultimo tempore animum Praesulis nostri contristavit rerum ecclesiasticarum apud nos catastrophen. Exeunte scilicet anno 1867 generalibus imperii Austriaci comitiis visum est, concordatum, anno 1855 ab Augustissimo Imperatore cum S. Sede Apostolica initum, sine hujus annutu in plurimis, gravissimisque articulis retractare ac rescindere. Vi hujus conclusi episcoporum in scholas populares influxus, excepta religionis doctrina et pietatis

exercitiis, penitus sublatus, eorum jurisdictio in negotiis matrimonialibus ad solum forum internum restricta, catholicis, ut matrimonia cum impedimentis canonicis inire possint, eadem coram magistratu civili contrahendi facultas concessa, multa quoque alia statuta sunt, quae a doctrina catholica, et ecclesiae disciplina non parum abludunt.

Proxime lapsa aestate Praesul ecclesias Decanatus Rymanoviensis canonice visitavit, et antiquum morem a tempore Vencesl. Sierakowski intermissum, congregationes Cleri decanales quotannis celebrandi instauravit.

Die 13 Novembris 1869 Praesul Antonius una cum Exellmo Archi-Eppo Metrop. Leopol. r. l. ac Illmo Arch-Eppo r. armeni, affecta licet valetudine utens, molestum iter ad Urbem ingressus est, Concilio Vaticano, quod SS. D. N. Pius PP. IX in diem 8 Decembris a. c. indixerat, interfuturus. Quem utinam Numen providum rebus Ecclesiae in hoc amplissimo Epporum Orbis catholici coetu salubriter ordinatis ad dilectae sponsae cleriq sui amplexus brevi incolumem reducat!

Grave profecto semper fuit onus episcopale, et nostris diebus plurima sunt, quae illud multo magis aggravant. Quare officii nostri est, principem pastorum ardentibus precibus exorare, ut Praesulem, quem tam difficili tempore ad Dioecesis istius regimen vocavit, spiritu consilii et fortitudinis nunquam non adjuvet.

En absolvimus pensum, quod nobis imposuimus. At labore arduo et diuturno perfuncti calamum nequaquam laeti deponimus. Qui enim laetari possimus, cum dilectam Christi sponsam ubique gentium tanquam viduam lugentem, et amaritudine oppressam intueamur? Magna profecto est sicut mare afflictio ejus. Filii, quos educavit et enutrivit, eam passim spernunt, dicentes: Recede a nobis, quia notitiam viarum tuarum nolumus! Adolevimus, nostri juris facti sumus, non egemus paedagogo! Facessant quaecunque dogmatum vincula, subeat plena absolutaque cogitandi, scribendi docendique libertas! Intellectus noster circa coeli cardines perambulat, astrorum orbitas metitur, nubibus fulmen eripit, vaporibus ceu jumentis utitur, vastissima spatia in compendium redigit, terrae profunda rimatur, naturae arcana penetrat, respublicas sapienter administrat, leges condit, quibus mundus attonitus applaudit!

Non ii sumus, qui omnem humani generis profectum inficiemur. Sit sane beata gens, cujus haec omnia sunt, at longe beatior illa, cujus est dominus Deus ejus, — quae timore domini, morum pietate et justitia magis quam progressu in artibus ac scientiis, divitiis, potentia et prudentia hujus saeculi excellit. Quae autem hodiernae, societatis facies est, si sub respectu morali et religioso

spectetur? An vera sanitate fruitur? Imo vero omne caput languidum et omne cor moerens. Quocunque oculos circumferas, nil nisi vulnus et livor, et plaga tumens tibi occurrit. Omnes quae sua sunt quaerunt, ut serviant voluntati carnis et cogitationum. Bonorum animae quis studiosus, thesaurizandi sibi fundamenti in vitam futuram quis curam gerit? Potentes in debiliores cuncta sibi licere existimant, egeni divitibus invident, peculii cujuscunque abrogationem, ac bonorum communionem postulant. Periit sanctus de terra, rarescit justus et aequus; qui optimus in eis, est quasi paliurus, et qui rectus, pungit velut spina sepimenti.

Talibus morbis mederi nunquam valuit, nunquam voluit humana sapientia. Christi tantum doctrina et ecclesia mundum, vitiorum coeno immersum, regeneravit, et populos, degeneres in gentes sanctas transformavit! Providentiae divinae, non humani ingenii opus istud fuit.

Numquid autem abbreviatum est brachium Domini, ac in tanta malorum colluvie nobis animus despondendus est? Minime gentium. Furant sane venti, grassentur tempestates, populi ingrati dulce jugum Christi excutere studeant; novit Dominus consilia mortalium, quoniam vana sunt! Non novum istud bellum est, quo ecclesia hisce diebus ab infidelibus et incredulis impetitur. Portae inferi contra eam non praevalebunt. Judicia Dei sunt abyssus multa; sinit persaepe ecclesiam suam variis calamitatibus tentari, naviculam ejus fluctibus jactari, — at nunquam eam submergi patitur. Haec ergo spei nostrae in hac temporum procella anchora sit, quam firmiter tenentes humiliemur sub potenti manu Dei, ut nos exaltet in tempore visitationis.

SERIES EPISCOPORUM PREMISL.

ordine alphabetico disposita.

1. Baranowski Albert., Reg. Polon. Vice-Cancelarius, pag. 321.
2. Betański Vencesl. Ant. pag. 626.
3. Błażejowski Nicol., pag. 113.
4. Bokum, Joann. Casim. R. P. Vice-Cancell. p. 531.
5. Borukowski Joann., R. P. Vice-Canc. pag. 317.
6. Boryszewski Andr. pag. 159.
7. Chojeński Joan. R. P. V. Canc., postea Cancell. p. 225.
8. Chrząstowski Petrus. pag. 99.
9. Czapski Valent. pag. 567.
10. Doenhof Georg. Albrecht. R. P. Cancell. pag. 522.
11. Drzewicki Mathias, R. P. V. Cancell, postea Canc. pag. 167.
12. Dziaduski Joann. p. 250.
13. Firlej Henric. pag. 416.
14. Fredro Alexander, Ant. p. 554.
15. Gamrat Petrus, pag. 233.
16. Gembicki Petr., R. P. V. Canc. postea Cancell. pag. 437.
17. Gołaszewski Anton. p. 633.
18. Goślicki Laurent. p. 328.
19. Grochowski Achac. p. 387.
20. Herbort Valent. p. 284.
21. Janina Mathias p. 73.
22. Jaśiński Adam p. 674.
23. Karnkowski Joann. p. 216.
24. Kazimirski Joann. p. 140.
25. Kierski Joseph. Thadd. p. 610.
26. Korczyński Michaël p. 654.
27. Kościelecki Lucas. p. 302.
28. Krajowski Nicol. p. 150.
29. Krzycki Andr. p. 201.

30. Leszczyński Raphaël p. 192.
31. de Lubin Januss. p. 87.
32. Manastyrski Ant. Jos. p. 678.
33. Młodziejowski Andr. Stanisl. R. P. V.Cancell., post. Can. p. 606.
34. de Mora-Winsen, Ericus. p. 54.
35. Moszyński Petr. p. 134.
36. Nowodworski Adam. p. 405.
37. Oporowski Andr., R. P. V. Canc. pag. 128.
38. Padniewski Philip., R. P. V. Canc. p. 279.
39. Piasecki Paul. pag. 453.
40. Potoczki Joan. Ant. pag. 649.
41. Pstrokoński Math. R. P. V. Canc., postea Canc. pag. 346.
42. Sarnowski Stanisl. pag. 493.
43. Sieciński Stanisl. pag. 361.
44. Sierakowski Venc. Hieron. pag. 570.
45. Sobiejuski al. Starożrebski Albert. pag. 308.
46. Szembek Christoph Joan. pag. 541.
47. Szołdrski Andr. pag. 428.
48. Targowicki Joan. pag. 144.
49. Tarło Stanisl. pag. 239.
50. Tomicki Petr. R. P. V. Canc. pag. 180.
51. Trzebicki Andr., R. P. V. Canc. pag. 474.
52. Trzebiński Alex. R. P. V. Canc. pag. 447.
53. Wężyk Joann. pag. 372.
54. Wężyk Valent. pag. 602.
55. Wierzchlejski Franc. Xav. pag. 666.
56. Wodzicki Michaël, R. P. Vice-Cancell. pag. 661.
58. Zamojski Joann. pag. 466.
59. Zbąski Joann. Stan. pag. 508.

INDEX

PERSONARUM, ET RERUM PRAECIPUARUM,

in hoc opere

commemoratarum.

INDEX

personarum et rerum potissimarum in hoc opere commemoratarum.

A.

Abbatiae, — cum eppatibus in provincia Russiae compatibiles pag.
Academia Cracov. erigitur p. 76. (424, 425.
— — jus praesentandi duos Canonicos Premisli obtinet, vide astic. „*Concionator*," ejus lis cum PP. S. J. pag. 342, 395 n. 2.
— Zamoscensis p. 343, 574, XXXIX, 582.
— Leopolien. PP. S. J. pag. 598. not. 2.
Administrator Sede epp. vac. pag. 143 n. 3.
Albertus Messanens., Nunc. Aplic. p. 307 n. 1.
Aldobrandini Hippolyt. Nunc. Apl. p. 326 n. 3.
Alembek Frider., Cancus cathedr. p. 5. p. 451.
Almannus Ambros., haereticus p 271, 290.
Almutium canonicale p. 461 n. 7.
Altare S. Annae in eccl. cathed. Prem. p. 150. IV, 155 n. 2; 538 n. 5,
— castri Prem. p. 83 n. 1, 89. XVII, p. 109, 110, n. 1 lit. F.
— SS. Corp. Christi in eccl. cathedr. Prem. p. 111 n. 1, 147 n. 3, 173 n. 2, p. 252 XIV, 277 n. 1, 378 n. 6, p. 405. VII, 461 n. 5.
— — in eccla Drohobyc p. 111, n. 2.
— Grochovianum in eccl. cath. Prem. p. 100, VIII, 111 n. 3, 173 n. 1, 390 n. 2.
— B. Mariae V. in eccla Stryj. p. 125, n. 1.
— B. Mariae Magd. in eccla cath. Prem. p. 222, n. 8.
— S. Nicolai in eccl. c. Prem. p. 229, n. 6.
— S. Stanislai — — p. 508, V.
Amurathes, Turc. imperator, legatio ad eum p. 450, n. 1.
Anabaptistae in Polonia p. 230, n. 1, 260, n. 1, 262.
Andreas, Haliciae rex, p. 17, n. 1.
S. Angeli custodis confraternitas Jarosl. p. 413, n. 2.
S. Annae confratern. Praemisliae p. 336, n. 4.
Anna Jagellonica, regina Pol. p. 312, n. 7.
Anna de Sztembrek, ducissa Ostrog. p. 367, n. 2, 435, n. 1.

Annulus parturientium p. 125. n. 4.
Antiphonarium Goslician. p. 335. n. 3.
Archidiaconatus Premisl. p. 108. n. 3.
Argenteria eccle cathedr. Prem. fisco tradita pag. 477. n. 1, 638 n. 1.
Ariani in Polonia, vid. „Sociniani".
Armenorum (Monophisitarum) unio cum ecla Rom. p. 413. n. 5.
Arx Premislien. p. 15 n. 2, 18. n. 1.
eccla cathedr. r. l. in ea pag. 76. n. 4, 77, 78.

B.

Bachorzec villa pag. 80 n. 4.
Bacoviens. eppatus p. 34 n. 1, 467 n. 1.
Bal Mathias, haeret. 290 n. 1.
— Stanisl. ibid.
Bałaban Gedeon, Vladica Leopol p. 340 seq.
Baldachiniferi eccl. cath. Prem. p. 514 n. 15.
Barensis confoederatio p. 608, 609, 613, 614 n. 1. 110 n. 1.
Basileense Concilium p. 94 n. 1. 99 I, 100 VII, 105, 106 n. 1. 110 n. 1.
Beneficiorum pluralitas p. 244 n. 2, 293 n. 3, 335 n. 1, 630 n. 14.
Bernardus AEpp. Halic p. 65 n 3.
Bernardinorum in Polonia origo p. 120, 111 n. 1.
Beskidenses latrones vid. „latrones".
Białobrzeski Martin, ejus postilla p. 257 in nota.
Bibliotheca Capituli Prem. p. 295, 296 n. 1.
— Collegii Prem. S. I. p. 583 n. 6, 574 XLIV.
Bilinski, Epus Prem? p. 254 n. 4.
Biskupeswald, villa eppalis p. 62 not. sub. lit. b.
Blizne, villa eppalis p. 79 n. 2.
— advocatia p. 581 n. 3.
Błożew parochia p. 268 in not. s. lit. 6.
Boleslaus Audax Premisliae p. 15 n. 2.
— Crivoustus p. 16.
— Trojdenowicz p. 16 n. 3, 27 n. 3.
Bolestraszychi (Petrus?) p. 367. n. 1. 380 n. 1.
— Samuel Svatopelcus, 388 VI, 394 n. 7.
Bonfili Marc. Concil Basil. in r. Pol. legat. p. 106 n. 1.
Bona eppatus Premisl. p. 61.
— — a nobilibus infestata p. 104, 119 n. 2. 3.
— — eorum possessio decretis regijs confirmata p. 175. n. 4, 251 VIII.
Bona eppalia ab onerib. publ liberata p. 70 XIII, p. 68. VII.
Bona Sforzia, regina Pol. p. 186 n. 1.
Bonjoanni, legat. Apl. p. 265 in not. 292 n. 2.
S. Bonifacius, Russiae Aplus p. 21 n. 7.
Borussowski Tiburtius, haereticus p. 271 in not. 290 n. 2.

Breviarium Tomicianum p. 190 n. 2.
Bruno, Russsiae Aplus p. 21 n. 6.
Brzozow, bona epp. p. 61 n. 1.
— curia eppalis p. 393, 403, 404, 581 n. 2. 619. 645.
— advocatia p. 61 n. 3. 89 XV, 581.
— hospitale pauperum 151 V, 155 n. 5, 158 n. 2. 180. II, 190 n. 4. 209 n. 2, 298 n. 2. 434 n. 16.
— ecclesia collegiata 542. VII, 550. n. 2.
— confraternitas litterator. p. 298.
— oppidum incendio vestatum p. 191 n. 4, 326 n. 2, 334 n. 1, 481.
— — vallo munitum p. 393.
— — ejus priuilegia 453. IV, 502 n. 2, 523. II, 541. I,
— — — privilegium pro depositorio vini p. 444. n. 4.
Bucovina, unde ejus nomen p. 156. p. 220
Byliński Stanisl. defensorium ecclae p. 220.

C.

Cajetan Henric, Card. legat. Apl. p. 332 n. 3.
Calendarium Gregorian. in Polonia p. 314.
Calix aureus Sarnowskianus p. 502. n. 3.
— Młodziejowskianus 609.
— argent Sierakov. p. 579. n. 3.
Calimachus Philipp. p. 138 n. 1.
Calvinismus in Polonia p. 260 n. 1.
— Dubiecko p. 275 in nota.
Camenecensis eppatus p. 34 n. 1.
Campana major ecclae cathed. Prem. p. 603. n. 3.
Campanile p. 90 XXII, 161. n. 4.
Cancellarij dignitas in R. Polon. p. 128 (seq.) n. 1.
— Praelatura in Capitulo 571 XII, 579.
Canonicorum *ad honores* origo p. 320 n. 1.
Canon, contributio pro fabrica eccl. p. 433 n. 6.
Cantelmi, legat. Apl. p. 525.
Cantoratus Praelatura p. 63 n. 1. lit *a*. 96 n. 4.
Cantionale dioeces. reformatum 651. n. 1.
Capistranus, S. Joannes, Cracoviae predicat p. 120 n. 1.
Capituli catredr. Prem. origo p. 62 n. 2.
— generalis celebrandi módus 378 n. 7.
— reductio quoad statum person, p. 639.
Capitulares deviantes quomodo judicandi p 335 n. 2, 379 n. 1.
Cappa, habitus capitularium p. 461 n. 7.
Carolus Gustavus, Sueciae rex 476 n. 2, 479 n. 1.
Carolus XII — pag. 535.
Casimirus Justus. Premisliam occupat p. 16 n. 2.

Casimirus Mag. Russiam rubr. Poloniae adjungit p. 16 n. 4.
— arcem Premisl. aedificat p 18 n. 1.
Casimirus Mag. eppatus r. l. in Russia rub. fundare intendit p. 32 n. 1.
Caspar in Dubiecko. haereticus p. 270, 275 in not.
Catechismi Romani polon. edit. vid „Kuczborski".
Cathedralis eccla vid „Ecclesia".
Cergowa, villa vid „Cyrgowa".
Chelmensis eppatus erectio p. 32.
— diocesis particulae diocesi Prem. annexae p. 43. p. 620 n. 2.
— Capituli mensae beneficium Drohobyc. incorporatum vid „Drohobycz".
Chotimensis pax cum Turcis 373 V, 374. VII, 382 n. 1.
Chotyniec villa p. 162.
Ciborium argent. in Capella SS. p. 549 n. 2.
Ciborij capella picturis ornata p. 579 n. 2, 676.
de Ciężkowice Stanisl. haereticus p. 218 n. 4.
Cleri mores corrupti saec. XVIto p. 205. n. 3.
Colloquium charitativum Thoruniense, vid sub T.
Colomannus, Haliciae rex p. 17 n. 1.
Commendoni, legat. Apl. p. 282 n. 5, 293 n. 3, 312 n. 1.
Concionator cathedr. ordinarius p. 151 VI, VII, 154 n. 2, 167 II, p. 174 n. 1.
— — extraordinarius p. 252 XV, 277. n. 10.
— confraternitatis SS. Corp. Christi p. 453. I.
Concordatum Austr. anni 1855, p 671.
Concursus pro beneficijs paroch. p. 629 n. 7.
Confessio paschalis p. 335.
Confoederatio Varsav. p. 303 n. 5.
— Barens. 609, 613, 614.
Confraternitas sacerdotalis vid s. S.
— activae charitatis proximi p. 622 n. 4.
— SS. Corp. Christi in eccl. cathdr. p. 248.
Congregationes cleri. decanales p. 334. n. 3, 354 n. 1. 406 VIII, 412, p. 551, 590 n. 1.
Conservatores regularium p. 443.
Consistorium eppale p. 628 n. 1. 638 n. 2.
Constanciense concilium p. 76.
Constantinopolis a Turcis expugnata p. 120.
Contentiones cleri. cum saecularibus regni ordinib. p. 163. n. 4. 243. n. 4. 258 n. 1. 358, 425 n. 2. 563 n. 7.
Contributiones cleri pro republ. p. 124 n. 4. 162 n. 2. 184 n. 1. 185 n. 1. 325. seq. n. 1. 470 n. 1.
Corporis Christi processio p. 336 n. 1.
Correctionis domus pro clero deviante p. 643.

Cosaci, eorum insurrectio p. 462 n. 4. 470.
— Premisliam obsident ibid.
Cracov. Eppi jurisdictio Kijoviae et Vladimiriae p. 25 n. 1. 26.
— dioecesis pars premisliensi adjungitur p. 44.
Crucigeri, vid. „teutonici equites". s. T.
Custodia Praelatura in Capitulo Pr. p. 100 XI 115 XIV.
Cyrgowa, villa eppalis p. 61, p. 308. I.
— advocatia p. 122.
— villa mensae Capituli incorporatur p. 346 406 XIV. 437 VI.
— advocatia — — p. 405 XIV 437 VI.
Częstochoviense monasterium Suecis resistit p. 479 n. 2.

D.

Dalejowa, villa eppal. et scultetia p. 319 n. 4.
— eccla ruthenica p. 277. 494. XIV.
Daniel, Russiae rex unioni cum S. R. E. accedit p. 27 n. 1.
Decanus Capituli, ejus jura p. 63 in not. s. lit. *b*, 431 n. 2, 539 n. 11.
— ejus controuersia cum Praeposito de prioritate p. 133 n. 3.
Decanatus dioec. Prem. p. 46 seqq.
Decani foranei, norma visit. eccl. iis praescripta p. 629, 544 n. 2.
Decimae eppales, compositio super iis p. 81 e. 1, 167 IV.
— Capitulo ceesae p, 62 n. 2, 71 XXII, p. 70 n. 1. 88 X, 238. I, 361 V.
— Archidiaconi ex Hujsko p. 286 XII, 294 n. 1.
— Capituli de Lacka - Wola — —
— vicariales de Sliwniki ac Korytnicki, vid „Sliwniki".
— cleri ex agris desertis p. 225 II.
Demetrius Cardinal, AEppus Strlgon. p. 41 62 n. 2.
Devotio paroch. regulatur p. 636 n. 2, 651 n. 2.
Diotellani, Nunc. Apl p. 377. n. 1.
Dislimitatio dioec. Prem. ab ADioec. Halic p. 41—43.
S. Dismas, in patronum Dioec. Pr. assumtus p. 574. XLII, 579 n. 1
Dissidentes in Polonia, unde eor nomen. p. 303. n. 5.
— extraneor. principum auxilium invocant. 564. n. 1. 604. 608.
Dissidia cleri saecul cum regularib. p. 422 n. 4.
Distinctoria canonicor. cathedr. p 580.
Dolina beneficium Capitulo Prem. incorp. p. 286 XIV. XV.
Domaradz, villa eppalis p. 61.
— novae villae (Lutcza) locatio p. 96.
— advocatia Capitulo incorp. p. 329 XII.
Dominicani, eorum in partib. Russiae coenobia et labores p. 23 seq.
— — conventus Prem. p. 23 n. 3.
— — — Leop. p. 23 n. 4,

Dominicani, eorum conventus Halic, p. 24. n. 5.
— — lis cum Erico Eppo Pr. p. 64 n. 4.
— — — in provinciam Poloniae et Russiae divisio p. 329 VI 340 seq.
— — statua . thauaturg. in eor. eccla Prem., ejusque coronatio p. 375. XLIX. LIV. p.694. n. 2.
Dominicanae moniales Premisliae p. 338 n. 4.
— earum, et Dominicanorum eccla interdicto subjicitur p. 431 n. 3.
Drohobycz, benef. paroch. Capitulo Chelm. incorp. p. 329. VII.
Drohojowski Stanisl. haereticus p. 272 n. 2. 281 n. 2.
Drohojovianus canonicatus p. 424. XII, 572 XV, 580.
Dubiecko, schola haereticorum p. 275 in not.
de Dukla, — B. Joannes ord. s. Franc. de obser. p. 143.
Duńkowice, villa reg. Eppis. Prem. obligata p. 116 XIX. 127 III. 132 n. 1. 251 IX. 281, 296 n. 4.
de Dynow Andr. haereticus p. 269. n. 5.
Działoviana Votiva de sept. dolor. B. M. V. p. 554 IV.

E.

Eccla S. Petri Premisliae p. 60 n. 2. 62 n. 1. 504 n. 1.
Eccla cathedr. ab Erico Eppo restaurata ac dedicata p. 62 n. 1.
— in arcem Premisl. translata p. 122.
— in hodiernum locum translata p. 122.
— incendio vastata p. 155 n. 6.
— per Alex. Fredro renovata p. 558.
— ejus consecratio p. 578 n. 3.
— ejus profanatio p. 357 n. 3. 373 II 380 n. 1.
— PP. Soc. JESU Prem. p. 393 n. 5.
— PP. Minorit. Conventual. vid „Pre islia".
Electio Epporum per Capitulum p. 63 lit. c. 75 in not. 93 n. 3. 104 n. 1, 130 n. 1. 2: 141 1, 153. n 3.
Eloquentiae sacrae in Polonia degeneratio p. 395. n. 1, 401.
Eppatus r. l. Russia rub. p. 28 n. 1. 31 n. 2. 3.
Erectio monasterior. aprobationi Eppor. subjecta p. 381. n. 2.

F.

Fabrica ecclae cathedr. lex de ea p. 97 n. 1, 190 n. 1.
— — — indulgentiae pro illa p. 116 XVIII.
— — — controversia Capituli cum Eppo p. 245 n. 3. 4.
— — — contributio cleri dioec. pro ea p. 221.
Falcinelli Antoniacci, Nunc. Apl p. 680.
Franciscani (Minoritae) eorum in Russia coenobia et labores p. 24 n. 1. 2. 3.
— — — — privilegia p. 24 n. 4.

Franciscani conventuales, et Franciscani de observatia p. 120. n. 1.
Fratres peregrinantes p. 25.

G.

de Gacz Petrus, haeretic. p. 289 n. 3.
Gerardus Russiae Eppus r. l. p. 29.
Germanorum in Polonia et Russia rub. coloniae p. 27 n. 2, 57 n. 2.
Golcowa, villa eppal. vid „Piotrawin".
de Goniądz Petr, Anabaptista p. 261 in not.
Górki, villa p. 168 IX.
Gózlińskianus canonicatus p. 571 X, 579.
Graecor. cum S. R. E. unio Florent. p. 107 n. 1.
Gregor. XI, ejus bulla pro eppatib. r. l. in Russia r. p. 35 seqq.
Grünwald, victoria de Crucigeris p. 75.

H.

Halicia, urbs, ejus antiquitas p. 13 n. 1.
— AEppatus r. l. ibi erectus p. 33 n. 2.
— Leopolim translatus p. 33 n. 2, 76 n. 2.
— A Mathia Ep. Pr. administratus p. 14 n. 1, 85 n. 3.
Haeresis scintillae saec. 16 Premisliae, Crosnae et in Lisko p. 289 n. 3.
Hedvigis regina P. provinciam Russiae recuperat p. 17 n. 2.
Henricus barbatus, dux Silesie favet Eppis Lubuss p. 29, 30 n. 1.
Hohenstadt (Jasliska) oppidum p. 132 n. 2.
Horodło, Conventus p. 85,
Hospitale pauperum Premisliae p. 115 XVI.
Hosii Stanisl. confessio catholica p. 257.
— opus contra Prolegomena Brentii p. 262.
Hungari Russiam rubr. occupant p. 17 n. 1.
— submontona Poloniae depopulantur p. 121 n. 2.
Hrycowa-Wola, villae locatio p. 168 IX.
Hussitae in Bohemia, prophylactica contra eos in reg. Pol. p. 93. n. 4, 105 n. 2.
Huta Krzeszowska, beneficium p. 603.
S. Hyacintus (Odrowąż) in Russia predicat et monasteria Dominic. erigit p. 23 n. 2, 24 n. 6.

I.

Jarosław, eccla collegiata p. 193 IV.
— Jesuitae in eccla collegiata verbi div. praecones p. 326. 362. XII.
— eccla Campo Mariana 405 I, 406 IX, 412 560.
— effigies B. M. V. in eccl. Campo-Mar. miraculosa declaratur et coranatur p. 428 II, 587.

— bursa pauperum p. 326 n. 1.
— civitatis incendium 343 396.
Jasionka, villa eppalis, v. „Biskupeswald“
— — Capitulo incorporatur p. 357. n. 2.
— — ejus advocatia Capitulo obtingit. p. 437. VI 494 XIII.
Jaśliska, oppidum mensae epp. p. 90 XIX 95 n. 3 169 XIII.
— advocatia p. 90 XVIII. 95 n. 3.
— privilegia oppidi p. 127 I, 416 IV, 417 VII, 453 III. 466 n. 1. 542 II.
— nundinae et forum septimanale p. 225 I.
— hospitale pauperum p. 346 357.
— mons pietatis p 657.
— eccla de cocto latere structa p. 560, 566.
— bonorum dislimitatio p. 346 II.
— loricae et muri oppidi p. 356.
— privilegium pro depositorio viri p. 417 VII.
— parochia ab Eppo. Crac. Premisliensi cessa p. 597 573, XXVI.
Jejunium fer 4. Polonorum ab eo dispensatio p. 167. I.
de Iłża Albert, haeretic. p. 271 273 n. 3.
Inquisitores haereticae pravitatis p. 93 n. 4. 219 n. 1. 257.
Intestati capitulares, p. 87. I, 96, 379 n. 1. 416 V, 439 n. 10. 558 n. 10.
Inundatio magna an 1650 p. 469 ann. 1813 et 1867 p. 679.
S. Johannis Bapt. eccla cathedr. ruthen. p. 16 n. 3 77 in nota.
Joannes Casim. R. P. Premisliam invisit p. 505.
— — Leopoli se suumque regnum protectioni B. M. V. tradit p. 479.
S. Joann Cantius, ejus beatificatio p. 698.
— Capistranus vi5 sub C.
— de Dukla, vid sub D.
Josephi II Imp. leges in publico-ecdefiasticis 621 622 629 seqq.
Isabella, Hung. regina p. 244.
Isidorus Card. Metrop. Kijov. p. 107 n. 2.
Judaei decreta contra eos p. 460 500.
Judices synodales, et examinatores p. 378 n. 4.
Juramentum epporum in primo ad cathedram accessu p. 172 n. 1.
Iwanus Eppus Prem p. 52.
Iwaniszowka, villae locatio 113. II.
Iwonicz, aquae minerales p. 422. n. 3.

K.

Kamieniec (Odrzykoń) arx superior p. 83 n. 1 lit. c.
— — inferior p. 248.
Kamionka, scultetia p. 248.
— eccla ruthen p. 318 n. 5. 388 IV, 494 XIV

Kapustyński, Cosacor. dux p. 482 seq. n. 4.
Kijov. eppatus r. l.
Kniażyce. decima Vicar, cathedr. p. 208.
Komarnicki Philip. an Epp. Pr.? p. 53.
Kopystyński Michaël, Vladica Prem. p. 340 IB not.
Kożmin, schola haeret. p. 261 n. 2.
Krassowice, villa p. 162.
Krosno, Convent. Minorit. p. 64 n. 4.
— beneficium paroch. Capitulo cathdr. incorp. p. 63 in not.
— confraternitas litterator p. 65. n. 2.
— hospitale pauper. p. 127. IV, 132 n. 3. 142 n. 2 208.
— altare S. Crucis p. 83 n. 1. lit. b, d. 100 XI.
— schola p. 410. n. 4.
— curia eppalis p. 100. X, 387 I, 393 n. 4. 306 X. 417 IX.
Krowicki Martin, haereticus p. 270 n. 8.
Krupecki Athanas. Eppus Prem. r. gr. unit. p. 366, 460 in not.
Kuczborski Valent. transfert Catech. Rom. in ser. pol. p. 257, 603.
Kusienice, benef. paroch. Cpitulo incorp. p. 528 n. 6. 572 XXIV.
Kwalk Joann. haeret. p. 281.

L.

Łańcut, miraculosa imago B. M. V. p. 523. X.
Lateranenses ineulgentiae ecclae cathed. Prem. communicantur. 555' XII 563 n. 1. 578 n. 4.
Lateranense concilium p. 173. p. 185.
Latini ritus in Russia rubra origo p. 18 seqq.
Latrones Beskidenses p. 80 n. 5.
Lampus coram SSmo, fundatio pro ea 296 n. 2.
Laureus Vinc. legat. Aplic 307 n. 2.
Łaski Joan. AEpp. Gnesn. p. 185. n. 2.
Łaski Joan. haeret. Calvin. p. 260.
Legatus natus titulus AEpp. Gnesn. p. 185 n. 2.
Lemburga, origo ejus p. 13 n. 1.
— AEpp. ad eam transfertur b: 33 n. 2.
— consecratio ecclae B. M. V. ad nives d. 74 n. 1.
Leo, Russiae dux, Lnopolis conditor p. 13 n. 1. p. 16 n. 3. p. 23 n. 4.
Leszczyński Stanisl Antirex Augusti II p. 535, 536. n. 3.
Lewartow„ scholae Calvin p. 419.
Leżajsk parochia v. S. Sepulchri Conici (lit. S.)
— conuentus Bernardinorum p. 346.
— imago B. M. V. apud Bernardinos miraculosa declaratur et coronatur p. 423. n. 7, 588.

Limites, dioec. Prem. saec. 14 et seqq pag. 40; saec. 18 dilatati p. 43 seqq. p. 51.
— — bonorum eppal. descripti 113, III, IV, V, IX. 175, 278, 285, X. 297, n. 6. 346, 356, 361, I, VI.
Lipomanus, legat. Apstlic. p. 261 n. 2.
Lipowiec, villa eppal. locatur p. 226. VI, eccla ruth. p. 297 n. 8.
Lissowczyki p. 369.
Lithuanorum in Russiam rubr. incursiones p. 59 n. 2.
Litterae Aplicae sine admissione Ordinarii nc publicentur p. 199 n. 1.
Litteratorum confraternitas Premisliae 150, I.
— — Crosnae 55 n. 2.
— — Radimnae p. 111.
— — Brzozoviae 298 n. 1. 314 n. 2.
Liturgia haereticorum in Dubiecko p. 273 n. 3.
Lubatowa, villa eppalis emitur, p. 79, 122 n. 5.
— — Capitulo ceditur, 572 XIV, 581.
— — scultetiae locatio p. 79 n. 5.
— — ad mensam Capituli incorporatio 433 n. 8.
Lubaczow, beneficium parochiale mensae eppali incorporatur 329 V.
Lubomirskianum bellum 498 n. 1.
Lubussensis Eppi in Russia rubra jurisdictio p. 28 n. 2. p. 33 n. 1, p. 83 n. 2.
Lustratio bonorum Eppi et Capituli 333 n. 2. 581.
Lutheri reformatio p. 187, 187 n. 2, 218, 255.
— decreta adversus propagationem ejus in Polonia p. 187 n. 2. 194, 206, 219, 230, 242, 255, 256, 257.
Łutomirski Stanislaus haereticus p. 268 n. 1.
Łukawiec villa eppalis 402.
Łysakowski ab haeresi conversus p. 367 n. 1.

M.

Maciejowski Bernard, AEpp. Gnes. ejus epla synod. pag. 377 n. 4.
Majalis devotio ad B. M. V. pag. 661 n. 2.
Majstroga, paroch. Strachocin. a Tartaris crematus. p. 385 n. 1.
Makowica, arx in Hungaria p. 477 n. 1.
Maliciana votiva in eccla cathed. de passione Dni 453, V.
Mansionarii Premisliae, 155, 3. 168, X. 173 n. 2. 215, VII.
Denoviae p. 124 n. 5. Crosnae p. 240 IV, 249 n. 1.
Tyczyni p. 336. in Rybotycze 337.
Samboriae p. 335 n. 3. Kaźczugae p. 368.
Jaroslaviae 362 X, 368 n. 2. Rymanoviae 362 XI.
Brzozoviae 406 XIII, 412 n. 1. Ressoviae 428 I.
Łańcuti 437 V. in Pruchnik 438 IX.
Sanoci 542 IV, 550. Sokoloviae 574, XLVI.
Mantolletti usus in Capitulo cathedr. 461 n. 7.

Mantolletti usus in Collegiata Jarosl. 539. 582.
— — Collegiata Brzozov. 582.
Maria, Regina Hung. Eppatui Prem. dotem assignat p. 61 n. 1.
Marycki Simon, litteratus. p. 288 n. 2.
Maximilianus, Archidux Austriae coronam Pol. affectat p. 331.
Menicki Josephus, haereticus p. 270 n. 6.
Michelsdorf, advocatia p. 79 n. 4.
Michałówka p. 69, XI.
Miechów, Praepositura eppatui Prem. avellitur 193 VI, 198 n. 4.
— — — — incorporatur, 180 I, 191 n. 6.
Minoritae v. Franciscani
Missa cant. abusus circa eam tollitur 190 n. 1.
Missionarii S. Vinc. a Paulo Premisliae 513 n. 7, 8.
— — Brzozoviae 575 L, 582.
— — eorum abrogatio in Galicia p. 630 n. 1.
Monasteria, pro eorum erectione consensus Ordinarii necessarius, vide „Erectio“
Monstratorium aureum Fredrovianum p. 560 n. 1
de Mościska Bartholomaeus haereticus 272 n. 1. 289 n. 3.
Moscovitium bellum p. 298 n. 6. 305 n. 5. 369 n. 7. 424, 476 n. 1.
Moszczyska, villa p. 95 n. 177 n. 2.
Mozettae violaceae usus in Capit. cathedr. 523. V.

N.

Nicolaus Ruthenus, Eppus Prem. r. l. p. 52, 53.
S. Nicolai ecclesia ruthen. p. 77, 78.
Nizankowice, benefic. paroch. Vicariis cathedr. incorporatur, 175, 201, V. 215, VIII.
Nobiles ad Capitula exclusive assumendi p. 185 n. 2.
— restrictio statuti de nobilibus in Capitulo 295 n. 1.

O.

Opatow, dotatio Eppi Russiae r. l. p. 29 n. 1.
de Opatowiec Stanislaus haereticus p. 271, 272. n. 2.
de Opoczno Martinus haereticus p. 268 n. 2.
Opizo Abb. Mezzanen. legat Aplic. p. 27 n. 1.
Opoliensis ducatus in Silesia, Joan. Casim. R. P. refugium 476 n. 3.
Optiones capitularium, statutum de eis p. 124 n. 1. p. 134 n. 2.
Oratoria privata restringuntur p. 395 n. 1. 401.
Orthodoxus Rex — titulus regum Poloniae p. 433 n. 2.
Orzechowski Stanislaus, Canonicus cathedr. p. 241. n. 2. 244 n. 2. 245 n. 2. 263 seq n. 3.

P.

Palatium eppale de cocto latere Prem. aedificatum. 581.
— — — Brzozoviense p. 619.
Passionalistarum collegium in eccla cathedr. 532 V, 538 III.
Passionis Dominicae scenica repraesentatio vetita 442 n. 1.
Pawłow et Piotrawin, beneficia Capitulo Cracov. incorporata 555 X.
Pestis Premisliae p. 108, 137, 156, 172, 218, 276 n. 6. 300, 343, 358, 383, 445, 463, 469, 480 n. 2. 537, 552.
Petrus AEppus Halic.? pag. 43 n. 2.
S. Petri eccla Premisliae v. s. E.
Philonardus, Nunc. Aplic. in R. Pol. p. 432 n. 3.
Piasecii Eppi tolerantia p. 457.
— — testamentum 464 in nota.
Piekarski Hieron. haereticus p. 269 n. 4.
Pieniążek Joan detto p. 291 n. 1.
Pilecki Christophor „ p. 271 n. 1.
Pinczow, schola, haereticorum seminarium p. 256 n. 2. 260. 261 n. 1.
Piotrawin, (Golcowa) villa eppalis locatur 101 XVII.
Piotrków, curia eppor Premisl. p. 278 n. 1.
Placetum regium 621.
Pluralitas beneficiorum v. s. B.
Pnikułt, villa eppalis p. 61 n. 2.
— — Capitulo ceditur p. 63. not. sub. 6.
— — scultetia p. 82 in nota.
Poenitentiarius cathedr. 573, XXVII, 580.
Poenitentiariatus in Capitulo cathedr. 580 n. 1.
Pontificum Rom. conatus hierarchiam r. l. in Russia rub. stabiliendi 28 n. 1.
Porchowka, praedium eppale 285 IX, 297 n. 5.
Potok-dziewczy, Eccla paroch. erigitur p. 319.
Praepositus Capituli p. 96 n. 4.
— cum Decan de prioritate certat vid. s. D.
— usum pontificalium obtinet 663.
Premisliae, antiquitas et fata p. 13 seqq. privilegia p. 18 n. 1.
— exustio per Valachos p. 157 n. 1.
— beneficium parochiale Capitulo in corporatur p. 63, n. c. 88 VII.
— hospitale sacerdotum 583, 625.
— incendium 157, 445.
— obsessio per Cosacos p. 462 n. 4.
— — per Suecos p. 480 n. 2.
— — per Rakoczyanos p. 481 n. 1.
— moderna eccla Minorit. Convent. p. 584 n. 1.
— anterior p. 64 n. 4.
— typographia S. Jesu 583 n. 6.

Primatialis AEppi Gnes. dignitas p. 76.
Provisio ordinandorum 551.
Prussia occidentalis reg. Poloniae adjungitur p. 121 n. 3.
— orientalis reg. Pol. vasallitico jure subjicitur 209 n. 7.
Przerębski Vinc. an fuerit Eppus Prem. p. 165.
Przesiecznica (Przesietnica) villa eppalis p. 80 n. 5.
— — scultetia ibid.
— — Capitulo ceditur 508 VI, 552. I.
Przeworsk parochiia Can. S. Sepul. vide sub Sepulch.
Psalterium et Antiphonarium Dioecesan. vide s. „Antiph."
Psalteristarum collegium ad ecclam cathedr. erigitur 362 VII, 405 III.
Puleo — L. Baro de Nuncius Aplicus in Hungaria p. 209 seq n. 7.

R.

Racovia. Socinianorum primaria sedes p. 261.
Radymno, villa eppalis, p. 61.
— — beneficium parochiale 317, III.
— — in oppidum mutatur p. 8, XI. 96.
— — taberna ib. Capitulo ceditur p. 67 n. 2. 80 n. 1.
— — advocatia p. 63 n. 3, lit. a.
— — privilegia oppidi 108 n. 2.
— — nundinae pro festo S. Mathaei Apli 115, XV.
— — — — S. Laurentii m. p. 88, XI.
Radymno, beneficium Capitulo cathedr. incorporatur 523, VIII. 527, 6. 572 XXIV.
— Ecclae parochialis aedificatio 560.
— item. ecclae ruthenicae 251, X 277, 297 n. 7. 454 XII.
— molendina p. 201, IV. 284, IV. 285, V. 393 n. 1.
— vastatio oppidi per Tartaros et reaedificatio 393 n. 1 402.
Rakoczy. Transylvaniae princeps Poloniam invadit 481 n. 1.
PP. Rëcollecti Premisliam introducti p. 412 n. 6.
— in duas provincias divisi p. 608.
Reductio obligationum Capituli et Vicar. cathedr. 538, 618, 673.
Regulares ad beneficia saecularia admissi 629 n. 7.
Reinbernus, Russiae Aplus. p. 21, 22, n. 8.
Residentia canonicorum ad ecclam cathedr. 295 n. 2.
Ritus latinus in partes Russiae illatus p. 20 seq.
— Ruthenorum principum cum catholicis r. l. procendi ratio p. 25 seq.
Rokosz sub Sigismundo I, p. 236 n. 3.
— Sigismundo III, p. 359 n. 1.
Rościszewski Sigismund. Nominatus Prem.? 363 n. 1.
Równe, villa eppalis p. 61.
— — advocatia 100, IX. 168 V.
Russiae rubrae nomen et extensio p. 12 n, 1. desolatio p. 27 n. 2.

Russorum copiae bonis eppalibus molestae 565.
Rutheni agris Catholicorum insidentes ad messalia obstricti p. 190 n. 1. 239, I. 309, VIII.
de Rzeszow Albert haereticus p. 270 n. 7.
— effigies gratiosa B. M. V. apud Bernard. 372, XVII.

S.

Sabbato S. regulares prius, quam id in eccla cathedr. fiat, campanas pulsare vetantur p. 500 n. 2.
Sacerdotalis confraternitas in districtu Ressov. et Tyczyn. p. 84 n. 1.
— — — Sanocensi p. 111.
— — — Krosnensi p. 111.
— — — Sambor et Neomest. 494 VII.
— — — Łańcut. p. 111, 175.
— — — Leżajscen. 428.
— — — Denov. 381.
Premislien. Jarosl. Pruchnic. p. 508 IV.
— — in districtu Sanoc. et Krosn. unita Archiconfraternitatis titulo insignitur 428, VI.
— a Venc. Sierakowski regulatur 592 n. 1. 575 LIII.
— a Josepho II Aug. aboletur 622 n. 4.
Sacrista Prem. domus pro eo 209 n. 4. 215, VII.
— — praebenda pro eo erigitur p. 222.
Sadowska lapidea 365 n. 1, 508, VI.
Samboriae Bernard. ecclesia p. 148.
Sandomir. Collegiatae concionatura p. 560.
Sanok, Minorit. Conventual. monasterium p. 64 n. 4.
— hospitale pauperum c. Praeptura p. 190 n. 3.
Saxonicae copiae in Polonia bonis eccles. infestae p. 536.
Schisma orientale Premisliae p. 19 n. 4.
— occidentale — p. 106 n. 1.
Scholae et Scholares p. 142, n. 1. 176 n. lit. c. d. 190 n. 1. 216 VII. 233, III. 278, n. 4.
Scholae haereticorum p. 256 n. 2.
Scholae piae p. 483.
Scholae elementares in imperio Austr. Epporum inspectioni subjectae 643.
Scholastici dignitas in Capitulo 523, IX.
Secymin, schola haeres. p. 261 n. 1.
Seminarium Dioecesan. Premisliae 508, III. 512 n. 3. 562 n. 10.
— — Brzozoviae 575, L.
— — utrumque supprimitur 630.
— — Premisliense restituitur 643.
— — generale Leopoli 630.
SS. Sepulchri Canonici regulares p. 83 n. 2. 144, IV.

Sielec, villa eppalis p. 80 n. 1. 309, VI. 523, VII.
Sieneński Sbigneus haereticus p. 290 n. 2.
Sigismundus I. R. P. Premisliae hospes 172 n. 3.
Sigismundus Aug. R. P. novatoribus connivens 255 n. 3.
Sliwnice, decima pro Vic. cath. 277.
Snopkovianus Canonicatus 524, XI.
Societatis Jesu in Poloniam introductio p. 293.
— — Collegii Jaroslav. fundatio ib.
— — — Premisl. 362, IX, 365 n. 1. 393 n. 5.
— — — Krosnens. 365 n. 1.
Societatis Jesu, invidiae cleri et saecularium obnoxia 365 n. 1.
— — lis cum ea de eccla S. Petri Prem. 504 n. 1. 515 seq. n. 2.
— — ejus abrogatio 620.
— — ad dioec. Prem. reditus 645 n. 3.
— — domus Łańcutensis 657.
Sociniani in Polonia p. 260, 261, 312, 483 n. 2.
Sokal, thaumaturga imago B. M. V. 557 n. 2.
Sorores charitatis Brzozoviae 575, L. 582.
— — Prevorsciae 610, XII.
Stadnicki Stanisl., Matthaeus in Dubiecko haereticus p. 273 n. 3.
— Stanislaus in Łańcut dto. p. 272 n. 1.
— ejus bellum cum Luca Opalenio p. 369, 371.
Stancar Franc. haereticus 255 n. 3. 260, 275 not.
S. Stanislaus Kostka ejus beatificatio 564.
de Stano Hieoron. haereticus p. 276 n. 4.
Starawieś, conventus eremitarum S. Pauli 561 n. 5.
— collegium S. J. p. 645 n. 3.
Statutum Capituli primitivum p. 63 in nota. 81 n. 2. 96 n. 4.
— — reformatum et auctum 547 n. 3. 589 n. 1. 618 n. 2.
Statorius, Calvinianus p. 260.
Stephanus, R. P. Premisliae praesens 308, IV. p. 312.
Stipendiarius miles bonis ecclae gravis p. 147 n. 4. p. 243 n. 1. 244, 370 n. 1. 470 n. 1. 481, 498, n. 1. 537 n. 1.
Stoiński (v. s. Statorius).
Stryj benef. paroch. Vicar. cathedr. incorporatur 286, XVI.
— Capella B. M. V. cum praebenda p. 144 III.
de Strzyżow Jacob haereticus p. 271, 276 n. 4. 299 n. 1.
Suecica bella 343 n. 5. 359 n. 2. 383 n. 1. 396 n. 2. 476 n. 2. 497.
Suffraganeatus Premisl. 438, VI, 494, V. 501 n. 10, p. 508 n. 2.
Suffraganei sedes in eccla et Capitulo 540 n. 2.
Superstitionis severe punitae exemplum p. 222 n. 2.
Synodus Dioecesana. 175, 190, 207, 220, 230, 242, 257, 334 n. 1. 354, 377, 422, 431, 442, 549.
Synodus provinc. Leopol. 220, 230 n. 2. 242 n. 1. 258, 293 n. 3.
— haereticorum Łańcut. p. 272 n. 3.

Szczutkow, eccla ruthen. p. 369.
Szczytna, villa Praepositi Collegiatae Jarosl. 168, VI.
Szklary, villa eppalis locatur 202, XI.
Szramowice — conventus p. 85 n. 2.
Szykowski Christin. Ord. Recoll. Tartaros fundit p. 499 n. 1.

T.

Tarło Paul, AEppus Leop. 293 n. 3, 298.
Tarnawski Stanisl. Canonicus Prem. purgat se ab haeresi. 268 n. 1.
Tarnoviensis episcopatus p. 45, 620 n. 2. 635 n. 2.
Tartarorum invasiones p. 26 n. 1. 146, 162 n. 1. 205 n. 1. 258, 344, 358, 370, 383, 384 n. 1. 499 n. 1.
Temperantiae institutum 663.
Testamenta Capitularium confirmandi jus 558 n. 1.
Testudo eccles. cathedr. p. 276.
Teutonici ord. equites Poloniae infesti p. 75, 76, 121 n. 3, 185 n. 1.
Theologiae speculativae cathedra in Colleg. S. J. Prem. 374 XLIV, 583.
Theodoricus de Wawrzyńczyce Canon., ejus legatum pro fabrica eccles. cathedr. p. 123 n. 7.
Thenaud. Calvini in Poloniam emissarius p. 260.
S. Thomae capella in eccla cathedr. p. 309, VII, p. 312 n. 2. 438, X. 548, seq. n. 1.
Thoruniensis tumultus 552.
Thoruniense colloquium charitativum 452.
Tinecensis eppatus p. 46.
Tobolka haereticus p. 269 n. 3.
Tribunal regni Lublini et Petricoviae 313 n. 1.
— — Radomiae 592 n. 2.
Tridentinum Concilium p. 242, 312 n. 1.
SS. Trinitatis confraternitas Premisliae 532 V, VII, 538 n. 4.
Trzcianka, villae eppalis locatio p. 144, II.
Turcae Constantinopolim expugnant p. 120.
— Hungariae partes occupant p. 218.
— Poloniae et Germaniae imminent p. 259, 382 n. 1.
— Victoria Vienn. Joannis III p. 519 n. 5.
Turris eppalis in arce Premisl. p. 205 n. 1.
— cathedralis aedificatio 618 n. 6.
Tymphones, moneta argentea vilis 498 n. 1. 602.
Typhographia Colleg. S. J. Premisl. p. 584, nota

U.

Unio Ruthenorum cum eccla Romana p. 107 n. 2. 328, II, III, IV, X, 338, 339 n. 1. 361, IV. 437, I. 442 seq. n. 1. 459 n. 9. 529 n. 1.
— Armenorum, (vid. sub A.)

Universitas Josephina Leopoli 630.
— Cracoviae v. Academia.
— Zamosc. dto.

V.

S. Valentinus patronus Dioec. Prem. minus principalis p. 569. n. 2.
Vergerius Paulus, haereticus in Poloniam venit p. 261 n. 1.
Versio bibliorum polon. Joan. Leopolitae p. 298. Jacobi Wujek, (p. 257.
Veto-liberum p. 470 n. 1.
Vicarii cathedralis, eorum statutum et relatio ad Capitulum p. 97, n. 2. 101, XVI, 134 n. 142 n. 1. 189 n. 4. 337 n. 3. 499 n. 2.
Vidoni Petrus, Nuncius Aplicus in Polonia, p. 480, 484.
S. Vincentii Mart. reliquiae in eccla Minorit, 472.
Visitatio ecclesiae cathedr. 353 n. 1. 377, 441 n. 5, 499 n. 2. 527, 536, n. 1. 538 n. 1. 546 n. 1. 539, 618.
Vivicomburium propter furtum s. hostiae p. 288, 289.
Vladimiriae Eppatus r. l. p. 25 n. 2.
Vladislaus, dux Opolien. p. 17 n. 1., curam gerit eppatuum in Russia rubra erigendorum p. 32, 36.
Vladislaus II (Jagello) legem condit contra haereticos p. 93 n. 4.
— bona eppatus Prem. ab oneribus publ. liberat p. 70, XIII.
— ejus obitus, pag. 95 n. 1.
Vladislai III (Varnens.) nativitas p. 94 n. 2.
— — coronatio p. 95 n. 2.
— — obitus p. 108.
Vladislaus IV. R. P. confirmat privileg. Vladislai II de anno 1424 in rem Capituli Prem. p. 447, I.
Vladislaus Dominicus, dux Ostrog. Capitan. Prem. p. 480 n. 2.

W.

Wągielka, villae eppalis locatio p. 233, I.
Witosławskianus Canonicatus p. 371, V, 579.
Wola-wyżnia, scultetia p. 233, II.
— niżna, villa transfertur in jus Valachicum p. 248.
— ecclesiae ruthen. dotatio p. 277.
Wolski Petrus, an nominatus Eppus Prem.? p. 311 n. 4.
Wołodarus, Premisl. dux p. 16 n. 3.
Wujek Jacobi, versio polona S. Scripturae et postilla 257, 294.

Z.

Zacharias Gard. Eppus, Nunc. Aplicus, p. 192, I.
Załuże, villa Seminario Prem. incorporatur p. 555, XI, 562 n. 10.

Zamość, academia v. s. A.
— Collegiata p. 570, I, 582.
Zawadka, villa eppalis, v. Trzcianka.
— ecclesia ruthenica 297 n. 8. 417, VIII.
Zieliński Const. AEppus Leopol. Moscoviam captivus migrat p. 535 n. 6.
Żyndramus de Maszkowiec Eppo Prem. vendit villam Lubatowa, p. 71, XIX.
— bonorum eppalium defensionem suscipit p. 72 XXV.

Corrigenda et addenda,

pag.	2.	*lin.*	5.			*loco*	Eplta	*lege*	Epistola.
„	3.	„	5.			„	cruditis	„	eruditis.
„	8.	„	18.			„	succesivas	„	succisivas.
„	—	„	—			„	posuisse	„	potuisse.
„	15.	„	10.			„	matrinonium	„	matrimonium.
„	—	„	14.			„	iliius	„	illius.
„	24.	*not.*	6.	*lin.*	6.	„	et	„	rit.
„	26.	„	1.	„	16.	„	repetitur	„	reperitur.
„	29.	„	—	„	7.	„	ussia	„	Russia.
„	30.	„	1.	„	15.	„	quid	„	quod.
„	32.	„	—	„	5.	„	Nieolaum	„	Nicolaum.
„	35.	*lin.*	7.			„	favorae	„	favore.
„	41.	*not.*	1.	„	1.	„	1.	„	6.
„	52.	„	2.	„	1.	„	3.	„	sequente
„	53.	„	5.	„	5.	„	allegato	„	allegat.
„	—	„	—	„	13.	„	Cethedr	„	Cathedr.
„	60.	„	3.	„	4.	„	jnnctuis	„	junctus.
„	—	„	—	„	6.	„	prebente	„	praebente.
„	64.	„	4.	„	16.	„	Dominicam	„	Dominicani.
„	—	„	—	„	18.	„	Dominicani	„	Dominicanis.
„	—	„	—	„	26.	„	7.	„	Frater.
„	74.	„	1.	„	22.	„	rit	„	vit.
„	78.	„	—	„	21.	„	ruthienicis	„	ruthenicis.
„	93.	„	3.	„	7.	„	us	„	ut.
„	96.	„	4.	„	11.	„	habent	„	habeat.
„	103.	*lin.*	17.			„	anno	„	annum.
„	106.	*not.*	1.	„	21.	„	adjecise	„	adjecisse.
„	108.	*lin.*	7.			„	succesit	„	successit.
„	—	*not.*	2.	„	11.	„	not. 14.	„	not. 4.
„	109.	„	4.	„	15.	„	verro	„	vero.
„	110	„	*ff.*	„	2.	„	prohibenut	„	prohibebunt.
„	113.	*lin.*	2.			„	prodilecto	„	pro dilecto
„	115.	„	24.			„	VVI	„	XVI
„	—	„	30.			„	VVII	„	XVII.
„	117.	„	20.			„	Gregot	„	Gregor.
„	119.	„	3.			„	praelattorum	„	praelatorum.
„	123.	*not.*	8.	*lin.*	5.	„	paretum	„	parietum.
„	125.	„	3.	„	10.	„	ac Canici	„	ac Canonici.
„	129.	„	—	„	4.	„	Idem	„	Iidem.

pag.	129.	*not.*	1.	*lin.*	16.	*loco* emotua	*lege* emortua
„	132.	—	„		2.	„ persentes	„ praesentes.
„	—	„	—	„	5.	„ 1469	„ 1479.
„	133.	„	2.	„	2.	„ praptus	„ praepositus.
„	134.	„	1.	„	9.	„ deponebant	„ deponebantur.
„	135.	*lin.*	5.			„ accesum	„ accessum.
„	—	*not.*	1.	„	8.	„ ingeni	„ ingenio.
„	138.	„	4.	„	3.	„ eum *ommittatur.*	
„	139.	*lin.*	4.			„ Potifici	„ Pontifici.
„	142.	*not.*	1.	„	32.	„ Joanni	„ Joannis.
„	148.	„	3.	„	4.	„ Praestit	„ Praestitit.
„	157.	„	—	„	24.	„ Zydaczovian	„ Żydaczoviam.
„	171.	„	—	„	22.	„ remuneratus	„ remuneraturus.
„	172.	„	—	„	1.	„ 1809	„ 1509.
„	173.	„	—	„	9.	„ Mansionarium	„ Mansionariorum.
„	—	„	2.	„	2.	„ Mansionarium	„ Mansionariorum.
„	—	„	2.	„	2.	„ destinatur	„ destinatum.
„	177.	„	2.	„	22.	„ fundas	„ fundus.
„	178.	„	3.	„	5.	„ obsequis	„ obsequiis.
„	—	„	—	„	20.	„ epis	„ ejus.
„	184.	„	—	„	31.	„ Acta Rokosz	„ Acta Nicolai Rokosz
„	185.	„	2.	„	8.	„ procretae	„ procreatae.
„	187.	„	4.	„	8.	„ exhiberri	„ exhiberi.
„	189.	„	1.	„	2.	„ Mascoviae	„ Moscoviae.
„	—	„	2.	„	1.	*adde* ad Vide, quae diximus, pag. 183. (seq. n, 1.	
„	190.	„	1.	„	27.	*loco* aque	*lege* aeque.
„	191.	*post.*	*lin.*		16.	*adde:* Katedra na Wawelu. p. 52.	
„	196.	*not.*	—	*lin.*	17.	*loco* praeseni	*lege* praesenti.
„	211.	„	1.	„	4.	„ tevis	„ texis.
„	212.	„	*bb.*	„	7.	„ haec	„ hae.
„	220.	„	1.	„	9.	„ reventer	„ reverenter.
„	228.	„	2	„	1.	„ eppla	„ episcopatu.
„	229.	„	6.	„	3.	„ quoad	„ quo ad.
„	232.	„	—	„	10.	aliud epitaph. in Katedra Wawel p. 48.	
„	234.	„	—	„	4.	„ 1524—1527	„ 1536. 1537.
„	—	„	1.	„	11.	„ Sulimea	„ Sulimeae.
„	235.	„	—	„	3.	„ itu	„ ita.
„	236.	„	3.	„	4.	„ externe	„ externo.
„	237.	„	2.	„	11.	„ epla	„ epistola.
„	240.	„	—	„	3.	„ Walachium	„ Walachicum.
„	242.	„	1.	„	19.	„ impenitorum	„ impetitorum.
„	257.	„	3.	„	24	post S. J. *adde* autor polonicae bibliorum versionis.	

pag.	259.	*not.*	—	*lin.*	21.	*loco*	disidiorum	*lege*	dissidiorum.
„	264.	„	—	„	29.	„	sedensce	„	secedens.
„	—	„	—	„	31.	„	Żurawieensem	„	Żurowicensem.
„	267.	„	1.	„	8.	„	consueri	„	consuevi.
„	273.	„	3.	„	31.	„	Sanctae	„	Sancte.
„	—	„	—	„	34.	„	de indestatim	„	deinde statim.
„	279.	„	—	„	24.	„	Interfuit	„	interfuit.
„	280.	„	—	„	8.	„	1570	„	1560.
„	—	„	2.	„	7.	„	tradicit	„	tradidit.
„	—	„	3.	„	8.	„	Premisliae	„	Premisliam.
„	287.	„	—	„	5.	„	1562	„	1572.
„	291.	„	1.	„	3.	„	eum	„	cum.
„	295.	„	2.	„	9.	„	currabant	„	curabant.
„	296.	„	—	„	10.	„	uniebantur	„	puniebantur.
„	299.	„	7.	„	3.	„	dixit	„	dicit.
„	—	„	1.	„	15.	„	concuserunt	„	concusserunt.
„	301.	„	—	„	5.	„	ecclesiasticae	„	ecclesiae.
„	302.	„	—	„	8.	„	Uchaski	„	Uchański.
„	305.	„	7.	„	2.	„	Idetsi	„	Ideo, etsi.
„	307.	„	—	„	15.	„	At que	„	Atque.
„	312.	„	—	„	12.	„	Anvero	„	Anna vero.
„	—	„	—	„	13.	„	quaezam	„	quaedam.
„	—	„	5.	„	8.	„	et	„	ut.
„	313.	„	1.	„	15.	„	Eppiscopos	„	Episcopos.
„	315.	„	—	„	8.	„	grilis	„	grlis.
„	316.	„	—	„	8.	„	Petrokonscianis	„	Pstrokonscianis.
„	317.	„	—	„	9.	„	Nasie	„	Nawsie.
„	318.	„	—	„	6.	„	1560—1562	„	1583—1584.
„	323.	„	—	„	3.	„	regi	„	regni.
„	324.	„	2.	„	10.	„	*omittendum*:	„	„etiam“
„	325.	„	—	„	11.	„	discesus	„	discessus.
„	330.	„	—	„	13.	„	1503	„	1603.
„	332.	„	2.	„	4.	„	Niesieki	„	Niesiecki.
„	339.	„	1.	„	20.	„	magnum	„	manum.
„	—	„	—	„	23.	„	hrysostomi	„	Chrysostomi.
„	341.	„	1.	„	8.	„	ila	„	illa.
„	342.	„	—	„	8.	„	advenerunt	„	advenerat.
„	344.	„	5.	„	10.	„	transferet	„	transferret.
„	349.	„	*ab infra*		1.	„	situm	„	tum.
„	—	„	—	„	5.	„	cum que	„	cumque.
„	351.	„	1.	—	6.	„	Ad modum	„	Admodum.
„	—	„	—	„	15.		„et“ *ommittatur*		
„	352.	„	—	„	8.	„	qunrum	„	quorum.
„	—	„	1.	„	5.	„	Ata	„	Acta.
„	355.	„	1.	„	12.	„	Vicarii	„	Vicariis.

pag.	357.	*not.*	3.	*lin.*	3.	*loco*	Referendium	*lege*	Referendarium.
„	359.	„	1.	„	8.	„	fecit	„	fuit.
„	365.	„	—	„	5.	„	arbitraos	„	arbitros.
„	370.	„	1.	„	1.	„	eppla	„	epla
„	375.	„	—	„	14.	„	Er.	„	Fr.
„	377.	„	4.	„	9.	„	ecctica	„	ecclesiastica.
„	384.	„	21.	„	21.	„	exsuserunt	„	exusserunt.
„	—	„	—	„	33.	„	fundibus	„	funditus.
„	385.	„	1.	„	10.	„	artisificio	„	artificio.
„	386.	„	2.	„	10.	„	autoritatem	„	austeritatem.
„	391.	„	—	„	1.	„	optatissimumr egno	„	optatissimum regno.
„	394.	„	6.	„	2.	„	Zaczermiensem	„	Zaczerniensem.
„	399.	„	4.	„	23.	„	calicem	„	calcem.
„	400.	„	—	„	21.	„	Domior	„	Dominorum.
„	401.	„	—	„	8.	„	patrias	„	patenas.
„	—	„	—	„	—	„	crucces	„	cruces.
„	—	*ab*	*infra*	„	5.	„	quam	„	quum.
„	404.	—		„	6.	„	praepositor	„	praepositorum.
„	—	—		„	8.	„	preesumat	„	praesumat.
„	407.	—		„	16.	„	ecelae	„	eclae.
„	—	*not.*	3.	„	12.	„	Lucecriensem	„	Luceoriensem.
„	—	„	—	„	14.	„	Quambrem	„	Quamobrem.
„	411.	„	4.	„	4.	„	pedagogicis	„	paedagogicis.
„	—	„	—	„	6.	„	Jesuitar	„	Jesuitarum.
„	423.	„	—	„	5.	„	Zawadki	„	Zawadka.
„	—	„	6.	„	14.	„	iter	„	inter.
„	425.	„	2.	„	13.	„	contreversia	„	controversia
„	426.	„	3.	„	14.		aliaspr omotiones	„	alias promotiones
„	—	„	—	„	35.	„	być eus	„	być reus
„	427.	„	—	„	16.	„	precare	„	precari.
„	430.	*ab*	*infra*	„	4.	„	cum	„	eum
„	431.	*not.*	3.	„	6.	„	praetextibus	„	praetexentibus.
„	436.	*ab*	*infra*	„	1.	„	in	„	ni
„	441.	—		„	5.	„	scepius	„	saepius.
„	445.	*not.*	1.	„	3.	„	mortus	„	motus.
„	446.	*adde*	*ad*	*Epitaph*:			Obiit 1657 d. 14 Julii, in Eccla cathedr. Cracoviensi quiescit.		
„	451.	„	—	„	11.	„	pessumi verant	„	pessum iverant.
„	452.	„	2.	„	2. inf.	„	aliquot	„	aliquos.
„	456.	„	1.	„	3.	„	acquirivit	„	acquisivit.
„	457.	„	—	„	15.	„	fuit	„	fecit.
„	—	„	1.	„	6.	„	fuit	„	fecit.
„	461.	„	7.	„	4.	„	hiemati	„	hiemali.
„	—	„	—	„	5.	„	palmutia	„	dalmuiia.

pag.	463.	*not.*	4.	*lin.*	19.	*loco*	tertium	*lege* testium.
„	471.	„	—	„	4.	„	Thormae	„ Thomae.
„	475.	„	1.	„	6.	„	tamem	„ tamen.
„	476.	„	3.	„	2.	„	suas	„ suae.
„	—	„	—	„	10.	„	1665	„ 1655.
„	477.	„	1.	„	1.	„	1665	„ 1655.
„	—	„	—	„	12.	„	extradaretur	„ extraderetur
„	478.	„	—	„	12.	„	bęqzie	„ będzie.
„	—	„	—	„	29.	„	trnctus	„ tractus.
„	—	„	—	„	33.	„	coneluserunt	„ concluserunt.
„	479.	„	—	„	1.	„	inn	„ in
„	—	„	1.	„	3.	„	macesoleum	„ mausoleum.
„	—	„	—	„	5.	„	vrster	„ vester.
„	—	„	—	„	6.	„	aplius	„ amplius.
„	—	„	1.	„	7.	„	senev	„ senex
„	—	„	—	„	10.	„	irre	„ ire
„	—	„	2.	„	3.	„	nepellebat	„ repellebat.
„	480.	„	—	„	1.	„	presente	„ praesente.
„	481.	„	1.	„	11.	„	Josephum	„ Josephus.
„	484.	„	4.	„	6.	„	antepedium	„ antependium.
„	— *ab infra.*			„	6.	„	convoltsisque	„ convulsisque.
„	485.	—		„	6.	„	cpet	„ cet.
„	—	—		„	10.	*adde post: diebus*		commoratus.
„	486.	—		„	3.	„	viederetur	„ videretur.
„	—	—		„	13.	„	prilli	„ perillustri.
„	— *ab infra.*			„	4.	„	Consideramus	„ Concideramus.
„	489.	—		„	2.	„	iter	„ inter.
„	—	—		„	21.	„	et	„ ex
„	490. *ab infra.*			„	1.	„	Pro-Cancellariius	„ Pro-Cancellarii.
„	—	—		„	5.	„	Grajevius	„ Crajevius.
„	491.	—		„	13.	„	quod	„ quo
„	— *ab infra.*			„	9.	„	sanctorum	„ sanctarum.
„	492.	—		„	1.	„	adnittatur	„ admittatur.
„	—	—		„	25.	„	ingetium	„ ingentium.
„	—	—		„	30.	„	rogalem	„ regalem.
„	493.	—		„	24.	„	tatu	„ statu.
„	—	—		„	—	„	prosus	„ prorsus.
„	495.	—		„	18.	„	Jeann.	„ Joann.
„	496.	*not.*	1.	„	8.	„	reliquitit	„ reliquit.
„	—	„	—	„	14.	„	Pesillres	„ Perillres.
„	499.	„	1.	„	11.	„	Szykoski	„ Szykowski.
„	507.	„	—	„	2.	„	hoadiernus	„ hodiernus.
„	—	„	—	„	3.	„	indigenes	„ indigetes.
„	509.	„	—	„	9.	„	Olszewski	„ Olszowski.
„	510.	„	—	„	11.	„	regi	„ regni.

pag.	512.	*not.*	3.	*lin.*	10.	*loco*	Proesule	*lege*	Praesule)
„	513.	„	7.	„	11.	„	te	„	et
„	516.	„	2.	„	8.	„	quantumqua	„	quantumque.
„	—	„	—	„	—	„	cum	„	eum
„	—	„	—	„	9.	„	cullaburaturum	„	collaboraturum.
„	—	„	—	„	27.	„	aedificarut	„	aedificarent.
„	519.	„	3.	„	23.	„	eaqua	„	eaque
„	520.	„	1.	„	13.	„	ac	„	anno.
„	—	„	—	„	15.	„	praestandos esse	„	praestando sese
„	521.	„	2.	„	25.	„	i *omittatur.*		
„	—	„	1.	„	4.	„	cum	„	eum
„	—	„	—	„	12.	„	librorm	„	librorum.
„	—	„	—	„	—	„	eamqua	„	eamque.
„	522.	„	—	„	5.	„	eaqua	„	eaque.
„	—	„	—	„	6.	„	sententiae	„	sententiam.
„	—	„	—	„	7.	„	gravemqua	„	gravemque.
„	525.	„	1.	„	1.	„	Noltitias	„	Notitias.
„	529.	„	1.	„	7.	„	eum	„	cum
„	539.	„	10.	„	4.	„	Lociordiin arii	„	Lociordinarium.
„	543.	„	6.	„	6.	„	1794	„	1718.
„	545.	„	5.	„	21.	„	generoais	„	generosis.
„	547.	„	2.	„	5.	„	per eierunt	„	perierunt.
„	548.	„	2.	„	6.	„	oe	„	de
„	552.	„	3.	„	20.	„	atgua	„	atque
„	553.	„	2.	„	14.	„	Deauratis	„	deauratis
„	556	ad cognomen Niesiecki in lin. 15, *adde* notam: Fredro de Pleszowice occurrit 1448 in documento, quod vide pag. 102, n. XIX.							
„	557.	„	2.	„	6.	„	examnavit	„	examinavit.
„	—	„	—	„	7.	„	Schierbieszov	„	Skierbieszow.
„	558.	„	—	„	5.	„	atrivit	„	attrivit
„	559.	„	—	„	18.	„	cucutis	„	cunctis
„	560.	„	—	„	1.	„	ac *omittatur.*		
„	563.	„	7.	„	7.	„	eorudem	„	eorumdem.
„	564.	„	—	„	8.	„	ture	„	tunc
„	—	„	7.	v. inf.	4.	„	telafori	„	tela fori
„	565.	„	2.	„	19.	„	Chroniconi	„	Chronicon.
„	—	„	—	„	22.	„	eger	„	aeger
„	568.	„	1.	„	3.	„	sec.	„	sequentem.
„	569.	„	2.	„	1.	„	Abipso	„	Ab ipso
„	—	„	—	„	3.	„	acurrit	„	ocurrit.
„	—	„	6.	„	8.	„	pretermisit	„	praetermisit.
„	570.	„	9.	„	6.	„	coevus	„	coaevus
„	580.	„	1.	„	2.	„	concionatorii	„	concionatoris
„	—	„	3.	„	4.	„	metu	„	motu

pag.	580.	*not.*	4.	*lin.*	2.	*loco*	constituit	*lege* constituti
„	583.	„	—	„	1.	„	missionarior	„ missionariorum.
„	—	„	2.	„	8.	„	vo	„ vero.
„	584.	„	6.	„	8.	„	eppalii	„ eppalis
„	588.	„	1.	„	21.	„	Ponrif.,	„ Pontif.,
„	—	„	—	„	23.	„	filio	„ filia
						ante nomen „Beata“		*pone*: quos.
„	592.	„	1.	„	6.	„	in cursu	„ incursu.
„	—	„	3.	„	4.	„	ad	„ dioecesis
„	593.	„	4.	„	7.	„	exasse	„ ex asse
„	594.	„	—	„	1.	„	ex	„ et
„	596.	„	—	„	2.	„	scit	„ scilicet
„	—	„	—	„	9.	„	manus	„ munus
„	597.	„	1.	„	11.	„	valaemus	„ valeamus
„	598.	„	3.	„	1.	„	grandevus	„ grandaevus.
„	600.	„	2.	„	2.	„	dubius	„ dubia
	—			—		„	Anserius	„ An serius
„	601.	„	—	„	23.	„	Augmentum	„ Augmento.
„	604.	„	2.	„	7.	„	testat	„ testatur
„	606.	„	—	„	14.	„	epulentis	„ opulentis
„	—	„	—	„	15.	„	Cappellanum	„ Capellanum
„	615.	„	4.	„	8.	„	paleta	„ paletu
„	616.	„	5.	„	1.	„	quoque *omittatur.*	
„	627.	„	—	„	15.	„	et	„ ex
„	628.	„	1.	„	16.	„	Consistrio	„ Consistorio
„	630.	„	—	„	13.	„	relinquorum	„ reliquorum
„	631.	„	7.	„	3.	„	infutirt	„ infulirter
„	—	„	—	„	15.	„	siquieem	„ siquidem
„	637.	„	—	„	8.	„	neo electum	„ neoelectum
„	640.	„	—	„	1.	„	Praemisliae	„ Premisliae
„	642.	„	1.	„	8.	„	coaritetur	„ coarctetur
„	643.	„	—	„	1.	„	sub sequentibus	„ subsequentibus
„	646.	„	1.	„	6.	„	nonnuli	„ nonnulli
„	648.	„	2.	„	10.	„	suprallata	„ supraallata
„	649.	„	—	„	14.	„	nferioribus	„ inferioribus
„	656.	„	—	„	14.	„	sollennia	„ solennia
„	659.	„	d.	„	2.	*adde post Lwów* 8°		1827.
„	667.	„	—	„	9.	„	commiti	„ committi
„	668.	„	—	„	18.	*adde post: quin*		„i m o“
„	669.	„	—	„	16.	„	detransire	„ trànsire.
„	670.	*ab infra*		„	5.	„	thymphorum	„ tymphorum
„	675.	—		„	3.	„	ad	„ penes
„	681.	—		„	18.	adde post verbum „*reducat*“ sequentia:		

Non placuit divinae Providentiae votis nostris annuere; nam Antonius Josephus, dilectus Praesul noster morbo in via contracto die 17 Decembris 1869 Romae extinctus est, ubi in terra tot Sanctorum vestigiis calcata, et tot Martyrum sanguine rigata (in ecclesia S. Mariae supra Minervam) quiescit.

GTU Library
3 2400 00338 8828